This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`


600061540M

258 d 110




Arch. 4.

M. HERMANN. FRIDER. KOECHERI
REVEREND. MINISTER. VINAR. CANDIDAT.

NOVA
BIBLIOTHECA HEBRAICA
SECVNDVM ORDINEM
BIBLIOTHECAE HEBRAICAE
B. IO. CHRISTOPH. WOLFII
DISPOSITA
ANALECTA LITERARIA
HVIVS OPERIS
SISTENS.

CVM PRAEFAMINE

IO. GOTTFR. EICHHORNII
LINGVAR. SACRAR. ET ORIENTAL. PROFESSORIS PVBL. ORD.
IN ACADEMIA IENENSI.

Pars I.

IENAE,
IMPENSIS HAERED VM C. H. CVNONIS
MDCCLXXXIII.

258. d. 110.

526.4.110

PRAEFATIO.

Negari nequit, b. *Io. Christoph. Wolfium* in *Bibliotheca sua hebraica* clarissimam lucem historiae literariae sacri codicis Veteris Testamenti, monumentorum Iudaicorum, et rei orientalis attulisse. Nolo hic in laudes istius operis excurrere, quae satis inter eruditos harum rerum peritos constant. Interim tamen idem vir literatissimus in eodem opere varia documenta imperfectionis, qua ingenium humanum in rebus literariis premi solet, dedit, id quod etiam in tanta scriptorum describendorum varietate accidere facili negotio poterat. Fieri non potuit, ut unus idemque *Wolfius* singulos libros ad scopum suum pertinentes ipse inspiceret, unde ipsi imposita fuit necessitas, in symbolis aliorum doctorum virorum per literas conquisitis acquiescendi, ubi *αυτοψία* ipsum defecit, quod idem ipse in *praefatione Tomi primi Bibliothecae* suae *pag.* 18. 19. ingenue fatetur. Hinc interdum aliorum relationi plus fidei quam par erat tribuere coactus fuit, quo ex fonte plurima mendа descriptioni librorum priscorum circa auctorem, editiones, versiones, typographos, et chronologicam eorundem rationem operi huic alias praestantissimo admixta, deriuanda esse censendum est. Hinc iampridem varii post *Wolfii* tempora in re literaria orientali versatissimi scriptis suis varias inseruerunt obseruationes, quae ad *Bibliothecam Wolfianam* partim supplendam partim emendandam spectarent. Cum vero haec ipsa supplementa tantum sparsim in ephemeridibus, diariis literariis aliisque scriptis delituerint, a nemine, quantum quidem ego scio, in unum corpus collecta, impulit me hoc ipsum, ut iam hinc inde a pluribus annis emendationes et supplementa Wolfiani operis potiora, quae mihi in legendis eiusmodi libris, quorum maximam partem ipse possideo, obtigerunt, mihi adnotarem, quam collectionem tandem diu satis ab eruditis viris exoptatam hoc ipso libro in publicam lucem proferendam curaui. Breuitati, quantum fieri poterat, studui, ne lectores mei taedio afficerentur, unde pleraque dicenda in compendium contraxi. Fontes, ex quibus hausi Analecta haec, diligenter adduxi, rarius loca memoratu digniora autorum ex

libris hodie in terris nostris rarioribus propriis ipsorum verbis exhibui. Aliorum obseruationibus meas interdum adieci coniecturas, quod autem rarius factum est, ne nimia mole creseeret liber. Vt commoditati lectorum eo melius inseruirem, simulque ut haec Analecta Wolfiano operi accurate responderent, eadem studiose iuxta ordinem paginarum *Bibliothecae Wolfii* mei disposui, et, si forte unum atque alterum supplementum ad plures Tomos huius operis spectat, suo loco diligenter notaui. Vniuersam hanc collectionem Analectorum in duas partes diuisi, quarum prior Bibliothecam nouam literaturae Rabbinicae comprehendens hoc libello exhibetur, quam altera pars, cuius collectaneorum particula haud exigua ad prelum iam parata, argumenta nostris temporibus praecipue accommodata continens excipiet, dummodo intellexero, studia mea huic labori satis molesto consecrata doctis viris haud displicere. Symbolas huius operis, quas a fautoribus rei literariae orientalis vehementer expeto, quibus haec Analecta ornari possunt, gratissima mente accipiam, quae suo loco huic operi erunt postea inserendae. Caeterum quid in hac parte prima praestiterim, lectorum peritorum et aequorum iudicio submitto. Vnum adhuc est, quod monere debui. Scio equidem, haec Analecta *Wolfiani* operis ex descriptione codicum hebraicorum adhuc augeri posse, qui praecipue in Bibliothecis exterarum potissimum regionum squalore et puluere obducti adhuc delitescunt, quod vero subsidium iis relinquendum esse iudico, quibus facultas data est, eiusmodi Bibliothecas exteras adeundi atque talis generis κειμήλια, ad quae plerisque non patet aditus, recognoscendi. Quorum interim monumentorum pretiosissimorum si quis forte Maecenas reddere me participem aut certiorem velit, in eius honorem orbi literato haec tradere non deero. Cel. *Eichhornii* praefationem huic priori parti ob temporis angustiam nondum praefixam pars posterior exhibebit. Vale interim, Lector benuole, et hac prima parte *Bibliothecae* ad *Wolfium* supplendum a me conscriptae vtere feliciter. Scrib. Ienae ex museo d. XIV. Martii, A. R. S. MDCCLXXXIII.

NAR-



NARRATIO BREVIS
DE
BIBLIOTHECIS RABBINICIS ET ORIENTALIBVS
AD
SVPPLENDAM PRAEFATIONEM TOMI I.
BIBLIOTHECAE HEBRAICAE WOLFII
SPECTANS.

Cum b. noſtro *Wolfio* fontes omnino fuerint nominandi, ex quibus ea potiſſimum, quae ipſe de ſcriptis Iudaeorum antiquiſſimorum eorumque hiſtoria diligentiſſime obſeruauit, hauſerit, operae pretium omnino fuit, vt ea ſcripta, quae *Bibliothecarum Rabbinicarum* et *Orientalium* nomine inſigniuntur, paulo accuratius recenſeret. Praeſtitit hoc ipſum *Wolfius* in *praefatione* Tomo primo huius operis praefixa. Licet autem varia eaque egregia de iſtis attulerit *Wolfius*, ſpero tamen, quod lectoribus meis ſupplementa ſequentia *Wolfianae* relationis haud futura ſint iniucunda, in quibus ordinem, quem *Wolfius* ſecutus eſt, ſtudioſe retinebo, quibus deinceps ea, quae mihi de eodem argumento addenda videntur, ſubiungam.

M. HERMANN. FRIDER. KOECHERI
REVEREND. MINISTER. VINAR. CANDIDAT.

NOVA
BIBLIOTHECA HEBRAICA
SECVNDVM ORDINEM
BIBLIOTHECAE HEBRAICAE
B. IO. CHRISTOPH. WOLFII

DISPOSITA

ANALECTA LITERARIA

HVIVS OPERIS

SISTENS.

CVM PRAEFAMINE

IO. GOTTFR. EICHHORNII
LINGVAR. SACRAR. ET ORIENTAL. PROFESSORIS PVBL. ORD.
IN ACADEMIA IENENSI.

Pars I.

IENAE,
IMPENSIS HAEREDVM C. H. CVNONIS
MDCCLXXXIII.

258. d. 110.

528 · 9 · 110

PRAEFATIO.

Negari nequit, b. *Io. Christoph. Wolfium* in *Bibliotheca* sua *hebraica* clarissimam lucem historiae literariae sacri codicis Veteris Testamenti, monumentorum Iudaicorum, et rei orientalis attulisse. Nolo hic in laudes istius operis excurrere, quae satis inter eruditos harum rerum peritos constant. Interim tamen idem vir literatissimus in eodem opere varia documenta imperfectionis, qua ingenium humanum in rebus literariis premi solet, dedit, id quod etiam in tanta scriptorum describendorum varietate accidere facili negotio poterat. Fieri non potuit, ut unus idemque *Wolfius* singulos libros ad scopum suum pertinentes ipse inspiceret, unde ipsi imposita fuit necessitas, in symbolis aliorum doctorum virorum per literas conquisitis acquiescendi, ubi *autopsia* ipsum defecit, quod idem ipse in *praefatione Tomi primi Bibliothecae* suae *pag.* 18. 19. ingenue fatetur. Hinc interdum aliorum relationi plus fidei quam par erat tribuere coactus fuit, quo ex fonte plurima menda descriptioni librorum priscorum circa auctorem, editiones, versiones, typographos, et chronologicam eorundem rationem operi huic alias praestantissimo admixta, deriuanda esse censendum est. Hinc iampridem varii post *Wolfii* tempora in re literaria orientali versatissimi scriptis suis varias inseruerunt obseruationes, quae ad *Bibliothecam Wolfianam* partim supplendam partim emendandam spectarent. Cum vero haec ipsa supplementa tantum sparsim in ephemeridibus, diariis literariis aliisque scriptis delituerint, a nemine, quantum quidem ego scio, in unum corpus collecta, impulit me hoc ipsum, ut iam hinc inde a pluribus annis emendationes et supplementa Wolfiani operis potiora, quae mihi in legendis eiusmodi libris, quorum maximam partem ipse possideo, obtigerunt, mihi adnotarem, quam collectionem tandem diu satis ab eruditis viris exoptatam hoc ipso libro in publicam lucem proferendam curaui. Breuitati, quantum fieri poterat, studui, ne lectores mei taedio afficerentur, unde pleraque dicenda in compendium contraxi. Fontes, ex quibus hausi Analecta haec, diligenter adduxi, rarius loca memoratu digniora autorum ex

libris hodie in terris nostris rarioribus propriis ipsorum verbis exhibui. Aliorum obseruationibus meas interdum adieci coniecturas, quod autem rarius factum est, ne nimia mole creseeret liber. Vt commoditati lectorum eo melius inseruirem, simulque ut haec Analecta Wolfiano operi accurate responderent, eadem studiose iuxta ordinem paginarum *Bibliothecae Wolfii* mei disposui, et, si forte unum atque alterum supplementum ad plures Tomos huius operis spectat, suo loco diligenter notaui. Vniuersam hanc collectionem Analectorum in duas partes diuisi, quarum prior Bibliothecam nouam literaturae Rabbinicae comprehendens hoc libello exhibetur, quam altera pars, cuius collectaneorum particula haud exigua ad prelum iam parata, argumenta nostris temporibus praecipue accommodata continens excipiet, dummodo intellexero, studia mea huic labori satis molesto consecrata doctis viris haud displicere. Symbolas huius operis, quas a fautoribus rei literariae orientalis vehementer expeto, quibus haec Analecta ornari possunt, gratissima mente accipiam, quae suo loco huic operi erunt postea inserendae. Caeterum quid in hac parte prima praestiterim, lectorum peritorum et aequorum iudicio submitto. Vnum adhuc est, quod monere debui. Scio equidem, haec Analecta *Wolfiani* operis ex descriptione codicum hebraicorum adhuc augeri posse, qui praecipue in Bibliothecis exterarum potissimum regionum squalore et puluere obducti adhuc delitescunt, quod vero subsidium iis relinquendum esse iudico, quibus facultas data est, eiusmodi Bibliothecas exteras adeundi atque talis generis κειμήλια, ad quae plerisque non patet aditus, recognoscendi. Quorum interim monumentorum pretiosissimorum si quis forte Maecenas reddere me participem aut certiorem velit, in eius honorem orbi literato haec tradere non deero. Cel. *Eichhornii* praefationem huic priori parti ob temporis angustiam nondum praefixam pars posterior exhibebit. Vale interim, Lector beneuole, et hac prima parte *Bibliothecae* ad *Wolfium* supplendum a me conscriptae vtere feliciter. Scrib. Ienae ex museo d. XIV. Martii, A. R. S. MDCCLXXXIII.

NAR-

NARRATIO BREVIS
DE
BIBLIOTHECIS RABBINICIS ET ORIENTALIBVS
AD
SVPPLENDAM PRAEFATIONEM TOMI I.
BIBLIOTHECAE HEBRAICAE WOLFII
SPECTANS.

Cum b. noſtro *Wolfio* fontes omnino fuerint nominandi, ex quibus ea potiſſimum, quae ipſe de ſcriptis Iudaeorum antiquiſſimorum eorumque hiſtoria diligentiſſime obſeruauit, hauſerit, operae pretium omnino fuit, vt ea ſcripta, quae *Bibliothecarum Rabbinicarum* et *Orientalium* nomine inſigniuntur, paulo accuratius recenſeret. Praeſtitit hoc ipſum *Wolfius* in *praefatione* Tomo primo huius operis praefixa. Licet autem varia eaque egregia de iſtis attulerit *Wolfius*, ſpero tamen, quod lectoribus meis ſupplementa ſequentia *Wolfianae* relationis haud futura ſint iniucunda, in quibus ordinem, quem *Wolfius* ſecutus eſt, ſtudioſe retinebo, quibus deinceps ea, quae mihi de eodem argumento addenda videntur, ſubiungam.

Primus, quem b. *Wolfius* inter ſcriptores bibliothecarum Rabbinicarum laudat, eſt *Iohannes Buxtorfius* uterque *Pater* et *Filius*. (Vid. *Praefat. Wolf. pag.* 3. ſequ.) Quantum ego quidem ſcio, eadem nunquam ſeparatim lucem adſpexit publicam, ſed tantum iterata vice appendicis loco eiusdem tractatui *de Abbreviaturis hebraicis* ſubiuncta eſt. Praeſtantia, qua editio *Herbornenſis* de anno 1708. *Baſileenſem* et *Franequeranam* ſuperat, vel ex eo conſtat, quod prima editio *Baſileenſis* anno 1613. excuſa ſaltem quatuor plagulis conſtet, cum haec *Herbornenſis*, contra ducentas et ſexdecim paginas comprehendat. Memoratur etiam in praefatione editionis *Herbornenſis*, quod in eadem praeter articulos ab ipſo *Buxtorfio* adlatos adhuc trecenti alii iique novi Rabbinicorum librorum tituli et inſcriptiones reperiantur, quae ſupplementi cauſa acceſſerunt. Praeterea acceſſit in hac *Herbornenſi* editione index auctorum omnium in hac Bibliotheca recenſitorum Rabbinorum, qui eo magis fuit neceſſarius, cum *bibliothèca Buxtorfiana* ab auctore eiusdem non iuxta ordinem Auctorum Iudaicorum alphabeticum, ſed tantum iuxta ordinem librorum commemoratorum diſpoſita fuerit. Forte melius fuiſſet, ſi *Buxtorfius* libros vniuscuiusque auctoris Iudaici ſtatim nomini eius addidiſſet, et ſi libros per conſequens iuxta ordinem alphabeticum Auctorum ſuorum diſpoſuiſſet, quam methodum ſecutus eſt b. *Wolfius* in Bibliotheca ſua hebraea, quoniam tunc ſucceſſores eius in iſto ſcribendi genere non opus habuiſſent, prius ſcripta cuiuscunque auctoris ſub diverſis articulis occurrentia colligere eaque veris auctoribus vindicare, quod omnino valde moleſtum fuit. Interim hac literaria obſeruatione famae et meritis egregiis *Buxdorfiorum* in literaturam orientalem ſpeciatim Rabbinicam nihil detrectare cupio. Ad methodum, qua *Buxtorfius* monumenta literaria Iudaeorum recenſuit, quod attinet, praecipua eius cura in eo fuit collocata, vt paucis argumentum libri cuiusuis adlati et praecipuas eiusdem editiones enarraret. Narrationi de libris Rabbinorum praemiſſa ſunt quaedam partim de editionibus codicis ſacri hebraei et ſingularum eius partium, partim de interpretibus Iudaicis, Maſora, et aliis ad literaturam ſacram pertinentibus. Multa tamen in hac Bibliotheca *Buxtorfii* rabbinica omiſſa eſſe, quae haud fuerint omittenda, vnusquisque perſpiciet facile, qui vel leuiorem attentionem in hoc ſcripto perluſtrando adhibebit, quae iterum veſtigia imperfectionis humani ingenii in elaborando hoc literaturae genere manifeſta exhibent. Huc ſpectat inter alia, quod nihil adlatum ſit de libro *Sohar*, antiquiſſimo Theologiae Iudaicae monumento. Simili ratione librum notiſſimum *R. Aſarjae de Rubeis Meor Enajim* inſcriptum, de quo *Wolfius* noſter *Tomo primo* Bibliothecae ſuae *pag.* 944. *ſeq. num.* 1773. commentatus eſt, ſicco pede *Buxtorfius* praeteriit. De ſplendido opere Iudaico *Iad chaſaka*, cuius argumentum caeteroquin *pag.* 291. editionis *Baſileenſis* et *pag.* 94. editionis *Herbornenſis* optime enarrauit, non obſeruauit *Buxtorfius*, auctorem eiusdem eſſe *R. Moſen Ma monidem*. Alium huius ſcripti defectum notauit b. *Iacobus Frider. Reimannus* in *Introductione* ſua germanica *in hiſtoriam Theologiae Iudaicae pag.* 188.

Caete-

Caeterum nescire me profiteor, an *Auctarium* istud, quod *Iohannes Iacobus Buxtorfius* Auctoris huius negos reliquisse memoratur a *Wolfio Praefat. pag.* 4. in editione *Herbornensi* consultum fuerit, de quo maxime dubitandi causa subest, cum eiusdem in praefatione nulla facta fuerit mentio.

Progredior nunc ad Bibliothecam hebraicam *Iohannis Henrici Hottingeri*, cui auctor quidam Anonymus im *neuen Bücherſaal der gelehrten Welt Part.* XVIII. *pag.* 397. palmam et honorem primi in hoc argumento scriptoris assignauit. Vitam huius de literis orientalibus optime meriti virî *Reimannus* in *Introductione* germanica *in Historiam literariam Germanorum Part.* III. *Sect.* III. §. 239. *pag.* 370. sequ. et *Io. Petr. Niceronius* in *Nachrichten von den Begebenheiten und Schriften berühmter Gelehrten Part.* VIII. *pag.* 146. sec. *editionis german. Baumgarten.* enarrauit. Edidit iste tum *Bibliothecarium quadripartitum*, qui *Tiguri* 1664. in 4. prodiit, tum etiam *Bibliothecam orientalem.* Prius scriptum *Wolfius* noster non commemorat, forte quoniam istud non cuiuslibet usui est accommodatum, quod de eodem obseruauit *Reimannus loc. citat. Part.* I. *Sect.* III. §. 32. *pag.* 229. Neque mitius est iudicium de eodem libro, quod exhibuit *Niceronius loc. cit. pag.* 161. Posterius scriptum proxime huc pertinet et a *Wolfio pag.* 6. *Praefationis* memoratur. Plenior huius operis inscriptio haec est: *Promptuarium siue Bibliotheca orientalis, exhibens Catalogum siue Centurias aliquot tam Auctorum quam librorum Hebraicorum, Syriacorum, Arabicorum, Aegyptiacorum, addita mantissa Bibliothecarum aliquot Europaearum. Heidelbergae* 1658. in 4. In hac mantissa, quae in titulo libri huius memoratur, praeter alia quoque occurrit *Licent. Castilii Catalogus* CCLXI. *Manuscriptorum Arabicorum Bibliothecae Laurentianae in Escuriali regis Catholici et catalogus codicum Manuscriptorum, quos Iosephus Scaliger Bibliothecae Leidensi legauit.* Proxime ad literaturam Rabbinicam spectat caput primum huius operis, in quo *Hottingerus* de libris et monumentis editis Rabbinicis, et hoc caput nomen Bibliothecae rabbinicae *Buxtorfii* ordine digestae, quod eidem tribuit *Reimannus*, optime meretur. Interim variis in locis cum *Buxtorfio* suo grauissime hallucinatus est, dum errores a *Buxtorfio* commissos interdum diligentius, quam par erat, retinuit, cuius insigne exemplum in recensendo aliquo scripto *Rabbi Bechai Reimannus* dicto loco adduxit. Sententiam sinistram de hoc ipso *Hottingeri* opere tulit *Bailletus* eruditus Gallus, quae legi potest apud *Niceronium loco citato pag.* 157. Interim iam obseruauit *Reimannus* in *Introduct. in historiam literar. German. Part.* I. *Sect.* III. *pag.* 442. lectionem eius partim propter copiam rerum et relationum praestantissimarum in eodem opere occurrentium, partim ob ordinem accuratum ab auctore obseruatum vehementer esse commendandam. Circa reliqua capita huius operis, in quibus de literarum monumentis in aliis linguis hebraicae cognatis agitur, hic obiter obseruo, *Hottingerum* non primum auctorem Bibliothecae orientalis Arabicae cet. fuisse, quippe quam ante eum in ipso Oriente *Mustapha Hagi Kelfah Kiatibzadah* composuisse memoratur ab auctore Anonymo

„*ſtrat. Multa inedita manuſcripta, quae latent in Italicis bibliothecis, perveſtigauit, et quid de iis ſentiendum ſit, recluſit. Interſeruit varias diſſertationes curioſas et amplas de rebus Iudaicis, quas etiam magno cum fructu legere poteritis.*„ Concedendum eſt omnino, quod *Bartoloccius* primus fuerit, qui Indices ſcriptorum Rabbinicorum a *Buxtorfio*, *Plantavitio* et *Hottingero* deſcriptos ſecundum ordinem alphabeti in eiusmodi ordinem redegit, in quo ſub nomine cuiuslibet Auctoris quodvis ſcriptum eius reperiri poteſt, quod adminiculum magnum adiumenti huic literaturae praebet, dum ea ratione literarum hebraearum peritus lector moleſto labore conquirendi ex vniuerſo voluminoſo opere, quid cuiuis ſcriptori ſit vindicandum, ſuperſedere poterit. Manebit grata recordatio apud omnes, qui conditionem eiusmodi laborum norint, incredibilis et moleſtiſſimi laboris, quem in elaboranda Bibliotheca Rabbinica in ſe ſuſcepit. Primus eſt *Bartoloccius*, qui viam pandit ad plenius corpus literarium *Bibliothecae Rabbinicae* conficiendum, quod vero a praeſenti noſtro ſaeculo vix erit exſpectandum. Interim id non inficiari debemus, quod etiam interdum ſphalmata, menda in Auctorum et ſcriptorum Iudaicorum nominibus in hac Bibliotheca Rabbinica occurrant, quae imperfectionem ingenii humani ſapiunt. Eiusmodi mendum circa denominationem *Ariſtotelis* ab Auctore noſtro commiſſum b. *Baumgartenius* in *Nachrichten von merkwürdigen Büchern Tomo X. Part. 59. pag. 466.* obſeruauit et emendauit. Haec vero pretium et gloriam tanti operis obſcurare, qui affirmabit, ſcio fere neminem. Ad operam, quam *Imbonatus*, diligentiſſimus continuator huius ſcripti impendit, quod attinet, obſeruetur, *Bartoloccium* apud ſe conſtituiſſe, accuratum Indicem Auctorum omnium latinorum, qui de re Hebraica vel geſtis gentis Iudaicae ſcripſeruat, conficere. Non obſcure id ipſum promiſerat eruditis *Bartoloccius* alicubi (*Biblioth. magn. Rabbinic. Part.* III. *pag.* 916. *col.* 2.) ubi ſcribit: „*De quibus* (Concordantiis) *F. Marii a Calaſio*) *in Catalogo Auctorum, qui de re Hebraica ſcripſerunt, Deo dante, uberius agam.*„ Ad quem locum *Imbonatus* in praefatione ſuae continuationis prouocauit. Cum vero dira morte impeditus, filum laboris huius rei literariae orientali utiliſſime abrumpere cogeretur, hoc propoſitum *Imbonatus* exequendum curauit. His vero diſſimulari haud poterit, eundem in ſua continuatione varia, quae *Bartoloccius* iam in ſuo opere obſeruauerat, in uſus ſuos conuertiſſe. Sciographiam operis ſui, quod ipſe memorat *Imbonatus*, eruditiſſimorum virorum cenſurae ſubiiciebat, ex quibus inter praecipuos *Iohannem Paſtritium* nominat, cui titulum viri diuinarum Hebraicarumque literarum periti, ſocii in collegio Vrbano de propaganda Fide, Theologiae Polemicae Lectoris, huiusque Bibliothecae ex commiſſione Reuerendiſſimi ſacri Palatii Apoſtolici Magiſtri et cenſoris diligentiſſimi tribuit. Praeſidium ei ſubnatum eſt non ſolum ex Bibliothecis patriae ſuae ciuitatis, verum etiam aliis ex oris et regionibus ea deriuabat, quae ad incrementa operis ſui facere poſſent. His adminiculis adiutus *Imbonatus* deſcripſit indicem ſcriptorum, quorum numerus ad duo millia et quinquaginta excurrit. Interim

idem hic *Imbonatus* interdum in hoc labore in se suscepto hallucinatus est et humani nihil a se alienum fuisse saepissime demonstrauit. Eiusmodi errores *Imbonati* atro carbone notauit b. *Thomas Ittigius* in *Schediasmate de Auctoribus, qui de scriptoribus ecclesiasticis egerunt pag.* 81. Errauit praesertim circa religionem et fidem scriptorum a se commemoratorum. Hinc *Franciscum Gomarum* appellat *Lutheranum* (pag. 104. operis sui), *Io. Henric. Alstedium*, qui quondam fuit professor Theologiae Herbornensis *Lutheranum* (pag. 143.) ad quorum castra quoque refert *Ludouicum Crocium* et *Zachariam Vrsinum* (pag. 294. 367.). Contra *Iacobum Zieglerum* immerito pag. 395. nuncupat Theologum *Caluinianum* Zwinglianum. Notissimum inter eruditos *Gerhardum Iohannem Vossium* fuisse *Pastorem dioeceseos Heidelbergensis*, affirmat pag. 367. quo officio iste nunquam functus est. Ornamentum illud Academiae nostrae *Ienensis*, *Iohannem Frischmuthium*, celeberrimum quondam Linguarum orientalium Professorem pag. 104. nominat *Academiae Ienensis Rectorem*, quod vitium ei *Ittigius* exprobrat. Forte *Imbonatus* scribere voluit *Seniorem*, uti alias vocatur *Frischmuthius*. Administrauit etiam idem *Frischmuthius*, priusquam munus Professoris linguarum sacrarum ordinarii capesseret, munus Rectoris scholae senatoriae Ienensis, uti patet ex titulo eius in quibusdam disputationibus a se editis, vnde credendum est, *Imbonatum* hac in re tantum in eo errauisse, quod scholam senatoriam Ienensem cum Academia Ienensi confuderit. Operis *Bartolocciani* raritatem testantur fere omnes historiae literariae scriptores, qui eius mentionem fecerunt, ex quorum ingenti numero tantum nominamus magnum literatorem *Dauidem Clement*, qui in libro suo notissimo, *Bibliothéque curieuse historique et critique* inscripto, *Tom.* II. *pag.* 478. hoc opus appellat *ouvrage fort rare*, quod forte de terris Germanicis accipiendum est, cum in Belgio permulta eiusdem extent exemplaria, vti ipse hic *Clement* affirmat. Caeterum vberius et data opera in descriptione eiusdem operis diligenter versati sunt *Serpilius* in *den Lebensbeschreibungen der biblischen Scribenten, Part.* III. *pag.* 63. 64. IV. *pag.* 335. *Part.* VII. *pag.* 326. *Tenzelius* in *Colloquiis mensiruis germanicis* ad annum 1692. pag. 145. auctores *des neuen Büchersaals der gelehrten Welt. Tom.* II. *Part.* XVIII. *pag.* 403. *sequ.* *Io. Christoph. Dornius* in *Bibliotheca theolog. critica*, *Part.* I. *lib.* I. *cap.* III. *pag.* 117. *Burcard. Gotthelf. Struuius* in *Bibliotheca histor. litterar. select. Part* III. *cap.* VII. §. 7. *pag. m.* 1113. *sequ.* et *Dauid Clement loco citato*, qui scriptoribus a *Wolfio* citatis iungi possunt.

Ad *Gabrielem Groddeckium*, quem etiam *Wolfius* noster inter scriptores de Rabbinorum scriptis pag. 9. retulit, quod attinet, de eo adhuc obseruandum est, illum in *nouis literariis* sic dictis *maris Balthici* de anno 1700. pag. 37. consilium suum de conscribenda et aliquando edenda Bibliotheca Rabbinica chronologica aperuisse, in quo opere excerpta quaedam ex opere Bartolocciano cum necessariis supplementis reperiri potuissent. Verum hic eruditus vir morte praematura impedi-

tus

us fuit, quo minus hoc propoſitum utiliſſimum exequi potuerit, quod narratur tim *neuen Bücherſaal der gelehrten Welt. Tom.* II. *Part.* XVIII. *pag.* 404.

De *Io. Henrici Othonis Hiſtoria doctorum Miſchnicorum* obſeruat *Wolfius* noſter *pag.* 10. *Praefationis* ſuae, eandem cum ſuccinctis notis ab *Adriano Relando* eſſe editam, cauſam vero, quare nomen ſuum in hac editione diſſimulauerit, non addit. Hanc ipſe memorat *Relandus* in praefatione *Analectorum* ſuorum *Rabbinicorum*, vbi ſcribit: „*Sine nomine meo prodierunt notae iſtae, quia inter operas typographicas effuſae ſatis elaborari et recenſeri non poterant.*„

Inter eos Scriptores bibliothecarum Rabbinicarum, qui natione Iudaica prognati ſunt, primum omni iure locum ſine dubio meretur *Rabbi Schabtai filius Ioſeph*, de quo eiusque ſcriptis, ſpeciatim de eius celebratiſſimo opere, *Siphte iefchenim* dicto *Wolfius* noſter tum in *praefatione* noſtra *pag.* 12. *ſequ.* tum in variis locis *Bibliothecae hebraeae Tom.* I. *pag.* 1023. *num.* 1923. III. *pag.* 1004. *ſequ.* IV. 969. *ſequ.* plura attulit. A ciuitate ſua patria vocatur a nonnullis *Strinerus* omiſſo proprio nomine (vid. *Wolf Tom.* I. *pag.* 1023.) quod etiam fecit *Io. Albertus Fabricius*, Polyhiſtor ille Hamburgenſis in *praefatione ad Vogtii Thyſiaſteriologiam*. Commorabatur anno 1679. apud clariſſimum Typographum *Ioſephum Athiam*, qui eius opera in recognoſcendis et corrigendis *bibliis Veteris Teſtamenti Iudaeogermanicis R. Ioſephi Ioſel* vtebatur. Vid. *Wolf. Tom.* II. *pag.* 453. Anno ſequenti 1680. edidit librum, de quo hic ſermo eſt, vti *Wolfius* noſter obſeruat. Hinc error notandus eſt, quo editionis eiusdem tempus a *Morhofio* in *Polyhiſtore. Tom.* I. *lib.* IV. *cap.* 5. *pag. m.* 53. et ab Auctoribus *Actorum eruditorum Lipſienſium de anno* 1682. *pag.* 201. ad annum ſequentem 1681. transfertur. Caeterum de inſigni praeſtantia huius Bibliothecae Rabbinicae vix erit dubitandum. Summis laudibus extollit hoc opus *Richard. Simonius* in *Bibliotheca ſua critica. Tom.* I. *pag.* 362. Ex cuius eruditiſſimi viri ſententia hoc ipſum opus omnibus reliquis Bibliothecis Rabbinicis et ipſi quoque *Bartoloccíano* operi praeferendum eſt. Praecipue commendat ſe hoc ipſum ſcriptum propter notitiam ſcriptorum *Karaiticorum*, quam lectoribus ſuis ſuppeditat. Hauſit forte hanc notitiam et fere omnia, quae de ſcriptis Karaiticis tradidit, ex codicibus Manuſcriptis *Ioſephi Scaligeri* ab ipſo in Bibliotheca academica *Leydenſi* repertis, quam coniecturam iampridem fecit auctor ἀνώνυμος im *neuen Bücherſaal der gelehrten Welt*, *Tom.* I. *Part.* IX. *pag.* 694. Ibidem (*Tom.* II. *Part.* XIV. *pag.* 100. narratur, bibliothecam notiſſimi inter Iudaeos Rabbini *Oppenheimii* Pragenſis quamplurimis libris a *Schabtaeo* deſcriptis inſtructam fuiſſe. Edidit idem Iudaeus *Pragae* anno 1711. *indicem librorum a Schabbataeo recenſitorum*, quos ſibi nondum comparare licuerit, qui tam exiguus eſt, ut eorundem numerus vix ad ſeptuaginta excurrat. (Vid. *Neuer Bücherſaal der gelehrten Welt*, *Tom.* II. *Part.* XXIV. *pag.* 855.) Caeterum compendium huius libri,

libri, quod *Schroederus* iste a *Wolfio* pag. 14. Praefationis memoratus adornandum susceperat, de quo etiam conferatur *Büchersaal Tom. III. Part. 3. pag. 662.* sequ. lucem publicam non adspexit.

ANALECTA
AD
WOLFII BIBLIOTHEC. HEBRAICAE
TOMVM I.

Pag. 9. *num.* 21. *Tom.* III. *pag.* 6. IV. 747. Memorat quoque *David Clement* editionem *Neapolitanam* de anno 1492. cuius *Wolfius* noster *Tomo* I. et IV. mentionem fecit, eamque appellat *editionem perrarem.* (vid. eiusdem *Bibliothéque historique et critique. Tom.* II. *pag.* 284.) Vberiorem recensionem huius antiquissimae editionis recentissimo tempore suppeditauit *Iohannes Bernhardus Derossi* in *disquisitione de hebraicae typographiae origine et primitiis. Cap.* VI. §. 3. *pag.* 61. *sequ. edit. Huffnagel.* Liber secundus autem *de canone sanctis* recensetur a b. *Sigismundo Iacobo Baumgartenio* in *relationibus* germanicis *de libris memorabilibus. Tom.* VI. *Part.* 31. *pag.* 12. *sequ.* vbi memoratur, *Petrum Kirstenium*, virum de literatura Arabica olim meritissimum eundem Arabico idiomate Wratislauiae anno 1609. edidisse. Mirandum est omnino, *Wolfium* mentionem huius editionis sicco pede praeteriisse, praesertim cum idem *Tomo* I. *pag.* 9. quaedam de Arabicis huius libri Manuscriptis obseruauerit.

Pag. 18. *num.* 39. a *Wolfio* inter scripta Iudaei *Auen Rushd* physica commemoratur eius *commentarius in scriptum Aristotelis de auditu naturali.* Vera inscriptio huius operis est sequentibus litteris hebraicis expressa: פקורי אבן רשד vid. *Buxtorfii Bibliothec. Rabbinic. pag.* 179. *edit. Herbornens.*

ABRAHAM PATRIARCHA. *Tom.* I. *pag.* 23. *num.* 43. III. 17. IV. 753. De auctore *libri Iezirah* valde diuisae sunt sententiae eruditorum. Memoratur in ipsa inscriptione eiusdem nomen Abrahami Patriarchae, vnde nonnulli eruditissimi viri, Iudaei ac Christiani hoc scriptum eidem tribuendum esse censent. Alii iudicant, in determinanda antiquitate huius libri paulo longius ante tempora *Abrahami* esse ascendendum, et ipsi *Adamo* hunc librum vindicant. Fouit hanc sententiam inter alios *Brianus Waltonus.* Inter eos, qui hanc sententiam data opera impugnare conati sunt, nominandus est prae reliquis *Richardus Simonius* in *Histor. critic. Veter. Testam. Lib.* III. *cap.* XXI. *pag. m.* 545.

Alii tribuunt hunc librum *Rabbino Akibae.* Vid. *Wolf. Tom.* I. pag. 956. *num.* 2. Pluribus de hoc monumento antiquiſſimo eiusque potioribus editionibus praeter *Iohannem Steudnerum* iam a *Wolfio Tom.* III. *pag.* 17. adductum commentatus eſt b. *Io. Franciſcus Buddeus Introduct. in Philoſoph. Hebraeor.* §. XXVIII. *pag.* 131. *ſeqq.* Inter expoſitiones huius libri, quae ſubinde prodierunt, dictus *Steudnerus* in libro Jüdiſche ABC Schule, *pag.* 35-38. primarium locum ei tribuit, cuius auctor eſt *Rabbi Botril.* Caeterum idem auctor putat, hunc librum antiquiorem eſſe ipſo Talmude, cum in hoc, ſpeciatim in *Tractatu* eius *Sanhedrin*, *cap.* VII. *fol.* 65. *col.* 2. huius libri facta ſit mentio, ex quo loco Talmudis cum narratione *Iohannis Reuchlini* (*Lib.* III. *Cabbal. pag.* 540.) amplius concludit, Iudaeos admodum egregie de hoc ipſo libro ſenſiſſe, dum tradunt, peculiari voce Dei ipſius mandatum fuiſſe prophetae Ieremiae, vt ſtudio huius libri per tres annos incumberet. Quid quod? nonnulli Iudaei tradunt, ex hoc libro artem miracula exercendi addiſci poſſe. Ad editionem *Rittangelii* quod attinet, non concedi poterit ſententia *Hermanni Witſii*, quod *Rittangelius* hunc librum cum omnibus eiusdem Commentariis ediderit, cum ex ipſo intuitu huius editionis pateat, eundem tantum quaedam ſegmenta ex eiusmodi commentariis labori ſuo addidiſſe, quod obſeruauit *Steudnerus* §. 192. loco citato pag. 369. vbi miratur, quod *Rittangelius* aliquam memorabilem expoſitionem Rabbini *Moſis Botril* omiſerit. Idem auctor §. 193. *pag.* 370. varios defectus huius editionis atro notat carbone, quos vero hic adducere non opus eſt, ne lectores tot *μικρολογίαις* Cabbaliſticis fatigare videamur. Pleniorem et profecto accuratiorem recenſionem huius editionis exhibuerunt *Gottlieb. Stollius* in *den Nachrichten von den Büchern ſeiner Bibliothek. Tom.* I. *pag.* 25. et *Iacob. Wilhelm. Blauſus* in libro *vermiſchte Beyträge zur Kenntniſs merkwürdiger Bücher inſcripto, Part.* I. *pag.* 202. 206. qui ſimul de inſigni eiusdem raritate teſtantur. Vid. quoque *Widekind. Part.* I. *pag.* 7.

ABRAHAM VSQVE (*num.* 49 *Tom.* I. *pag.* 32. Scriptum, quod *Wolfius* noſter huic tribuit *de ritibus noui anni cet.* memoratur etiam a *Deroſſio Comment. de typographia Ferrarienſi. Cap.* V. *pag.* 80. *ſiqu.* Ex eius viri docti ſententia liber hic huic Iudaeo non tamquam auctori, ſed editori et correctori tantum tribuendus eſt. Impreſſus eſt liber non in 4. ſed 12. typis gothicis, foliis 262. conſtans. Vid. *Deroſſi loc. citato.*

ABRAHAM BEN ELI MELECH (*num.* 54.) *Tom.* I. *pag.* 33. *Ferrar.* 1556.) Perrara eſt haec editio *Likute ſcetacha*, vti conſtat ex *Bibliotheca rariorum librorum vniuerſali* ſ. *ſupplemento ad Vol. eius* I. (*Norib.* 1774.) *pag.* 5. Plura de eadem adduxit *Deroſſi de typograph. Ferrarienſi: Cap.* III. *pag.* 45. *edit. Erlang.*

ABRAHAM GALANTE. *Tom.* I. *num.* 61. *pag.* 36. Inter eius ſcripta primo loco memoratur *commentarius* eius *in Librum Sohar*, quem non editum eſſe affirmat. Idem fecit quoque b. *Iacobus Fridericus Reimannus* in *introductione* germanica *in hiſtoriam Theologiae Iudaicae pag.* 434. Compendium eiusdem ſeu epitomen

men composuit *R. Abraham Asulai*, cuius a *Wolfio* nostro *Tom.* III. *pag.* 24. et *pag.* 54. *num.* 116. facta est mentio.

ABRAHAM b. DAVID ARIE. *Tom.* I. *pag.* 37. *num.* 63. III. pag. 26. IV. 759.) Excerpta libri *Schilte haggibhorim Blasius Vgolinus* splendidissimo suo *Thesauro antiquitatum sacrarum hebraicarum* variis in locis inseruit. Legitur totum *caput secundum hebraice* cum *versione latina* ab *Vgolino* composita, quod agit *de vestitu sacerdotum Iudaicorum Tomo* XIII. dicti *Thesauri num.* 1. *pag.* 126. Simili ratione *septimum caput de suffitu* reperies ibidem *Tomo.* XI. *num.* 2. *pag.* 99. Vid. *Baumgarten. Nachrichten von merkwürd. Büchern. Tom.* IV. *Part.* 23. *pag.* 410. 413.

ABRAHAM BEN DIOR, Tom. I. (num. [illegible] pag. 39. III. 29.) Librum eius *de Kabbala Richardus Simonius* in *exercitationibus de caeremoniarum Iudaicarum cum disciplina ecclesiastica collatione*, quae latinae editioni *Grosgebauerianae* tractatus *Leonis Mutinensis de caeremoniis et consuetudinibus hodie inter Iudaeos receptis* (*Francof. ad Moen.* 1693. 12.) appendicis loco subiuncta est, *cap.* XV. *pag. m.* 79. appellat *scriptorum historicorum fere antiquissimum.*

ABRAHAM BEN DIOR *alius* (*num.* 70.) *Tom.* I. *pag.* 46. ad verba *Wolfii*: *quem alii ben Dauid vocant*) quod fecit inter alios *R. Ioseph Karo* in *praefatione* sua *ad Maimonidis Iad chasaka.*

ABRAHAM BEN CHANANJA IAGEL (num. 78.) *Tom.* I. *pag.* 54. III. 34. IV. *pag.* 763.) Ad versionem germanicam quod attinet Catechismi huius Iudaici, quam *Beckius* ex sententia *Wolfii* (*pag.* 55.) *Lipsiae* 1694. 8. edidit, sequentem titulum ea praefixum habet: Das Buch von guten Jüdischen Lehren, welches hiebevor von dem berühmten Rabbi Abraham Ben Chananja Jaghel als ein kurzer Unterricht in der Jüdischen Lehre in Rabbinischer Sprache beschrieben und im Jahr Christi 1595. zu Venedig, wie auch 1658. zu Amsterdam herausgegeben worden, ietzo aber wegen seines Nutzens und Würde in das Deutsche übersezt. Recentissimam eius versionem debemus b. *Carolo Antonio*, Professori Helmstadiensi. Edita est sub titulo: Rabbi Abraham Jagels gute Lehre, oder philosophisches und theologisches Gespräch eines Rabbi mit einem Schüler, in welchem die Hauptglaubens- und Sittenlehren der Juden in der Kürze zusammengefaßet sind. Aus dem Rabbinischen Grundtext übersezt und mit Anmerkungen, wie auch mit einer Vorrede begleitet von Carl Anton. Braunschweig 1756. 4. duodecim plagulis constans. Haec ipsa versio omnibus praecedentibus palmam praeripit. Imprimis legi meretur praefatio ab Auctore eius praemissa, quae, sicuti doctissimae adnotationes Editoris infra textum versionis collocatae haud vulgaria documenta egregiae notitiae Theologiae Iudaicae et literaturae antiquioris Iudaicae exhibet. Multa eaque egregia testimonia hic de eo possem adducere, in quanta auctoritate et fide non solum apud Iudaeos, verum etiam apud christianos Philologos fuerit,

Primus, quem b. *Wolfius* inter ſcriptores bibliothecarum Rabbinicarum laudat, eſt *Iohannes Buxtorfius* uterque *Pater* et *Filius*. (Vid. *Praefat. Wolf. pag.* 3. ſequ.) Quantum ego quidem ſcio, eadem nunquam ſeparatim lucem adſpexit publicam, ſed tantum iterata vice appendicis loco eiusdem tractatui *de Abbreviaturis hebraicis* ſubiuncta eſt. Praeſtantia, qua editio *Herbornenſis* de anno 1708. *Baſilaenſem* et *Francquerianam* ſuperat, vel ex eo conſtat, quod prima editio *Baſileenſis* anno 1613. excuſa ſaltem quatuor plagulis conſtet, cum haec *Herbornenſis*, contra ducentas et ſexdecim paginas comprehendat. Memoratur etiam in praefatione editionis *Herbornenſis*, quod in eadem praeter articulos ab ipſo *Buxtorfio* adlatos adhuc trecenti alii iique novi Rabbinicorum librorum tituli et inſcriptiones reperiantur, quae ſupplementi cauſa acceſſerunt. Praeterea acceſſit in hac *Herbornenſi* editione index auctorum omnium in hac Bibliotheca recenſitorum Rabbinorum, qui eo magis fuit neceſſarius, cum *bibliotheca Buxtorfiana* ab auctore eiusdem non iuxta ordinem Auctorum Iudaicorum alphabeticum, ſed tantum iuxta ordinem librorum commemoratorum diſpoſita fuerit. Forte melius fuiſſet, ſi *Buxtorfius* libros vniuscuiusque auctoris Iudaici ſtatim nomini eius addidiſſet, et ſi libros per conſequens iuxta ordinem alphabeticum Auctorum ſuorum diſpoſuiſſet, quam methodum ſecutus eſt b. *Wolfius* in Bibliotheca ſua hebraea, quoniam tunc ſucceſſores eius in iſto ſcribendi genere non opus habuiſſent, prius ſcripta cuiuscunque auctoris ſub diverſis articulis occurrentia colligere eaque veris auctoribus vindicare, quod omnino valde moleſtum fuit. Interim hac literaria obſeruatione famae et meritis egregiis *Buxdorfiorum* in literaturam orientalem ſpeciatim Rabbinicam nihil detrectare cupio. Ad methodum, qua *Buxtorfius* monumenta literaria Iudaeorum recenſuit, quod attinet, praecipua eius cura in eo fuit collocata, vt paucis argumentum libri cuiusuis adlati et praecipuas eiusdem editiones enarraret. Narrationi de libris Rabbinorum praemiſſa ſunt quaedam passim de editionibus codicis ſacri hebraei et ſingularum eius partium, partim de interpretibus Iudaicis, Maſora, et aliis ad literaturam ſacram pertinentibus. Multa tamen in hac Bibliotheca *Buxtorfii* rabbinica omiſſa eſſe, quae haud fuerint omittenda, vnusquisque perſpiciet facile, qui vel leuiorem attentionem in hoc ſcripto perluſtrando adhibebit, quae iterum veſtigia imperfectionis humani ingenii in elaborando hoc literaturae genere manifeſta exhibent. Huc ſpectat inter alia, quod nihil adlatum ſit de libro *Sohar*, antiquiſſimo Theologiae Iudaicae monumento. Simili ratione librum notiſſimum *R. Aſarjae de Rubeis Meor Enajim* inſcriptum, de quo *Wolfius* noſter *Tomo primo* Bibliothecae ſuae *pag.* 944. *ſeq. num.* 1773. commentatus eſt, ſicco pede *Buxtorfius* praeteriit. De ſplendido opere Iudaico *Iad chaſaka*, cuius argumentum caeteroquin *pag.* 291. editionis *Baſileenſis* et *pag.* 94. editionis *Herbornenſis* optime enarrauit, non obſeruauit *Buxtorfius*, auctorem eiusdem eſſe *R. Moſen Ma monidem*. Alium huius ſcripti defectum notauit b. *Iacobus Frider. Reimmannus* in *Introductione* ſua germanica *in hiſtoriam Theologiae Iudaicae pag.* 188.

Caete-

ABRAHAM BEN R. MEIR DE BALMES, (*num.* 108.) *Tom.* I. *pag.* 69. III, 45. Exſtat in ſine *Grammaticae hebraicae* inter ſcripta eius primo loco memoratae *tractatus R. Calonymi de accentibus hebraicis* cum *latina* eiusdem *verſione*. Vid. *Wolf Tom.* I. *pag.* 1093. *num.* 1886. Ad conditionem huius operis grammatici quod ſpectat, plurimos admodum ſiniſtre de eadem iudicauiſſe, vel ex iis colligi poterit, quae *Buxtorfius Biblioth. rabbinic. pag.* 378. *edit. Baſil. pag.* 135. *edit. Herbornenſ.* et *Wolfius ex Munſteri praefatione grammaticae Eliae Leuitae* adduxit. Interim b. *Wagenſeil* in tractatu *de notitia librorum Iudaicorum pag.* 31. paulo lenius de eadem iudicat, eamque praeclarum librum appellat, qui multum adiumenti ad notitiam Maſorethicae rei adferat. Caeterum de hoc libro grammatico, qui inſuper raritate ſua ſe commendauit, conferendi ſunt *Adrianus Bailletus Iugemens des Sauans. Tom.* IV. *pag.* 205. et *Andreas Gottlieb Maſchius* in *Beyträgen zur Geſchichte merkwürdiger Bücher. Part.* V. *pag.* 253.

ABRAHAM BEN MEIR ABEN ESRA (*num.* 110.) *Tom.* I. *pag.* 73. III. 46. IV. 764.) Magnam eidem peritiam linguae Arabicae tribuit praeter *Wolfium Bartholomaeus Mayerus* in *Tract. de LXX. Hebdomatibus Danielis* (Lipſ. 1628.) *Cap.* III. *pag.* 151. eamque inſigni exemplo ex loco *Exod.* XV, 1. demonſtrat, cui doctiſſimus hic Rabbinus in commentariis ſuis biblicis egregiam adfundit ex Arabiſmo lucem. Licet vero *Wolfius* noſter multa de hoc Iudaeo doctiſſimo congeſſerit, mirandum tamen omnino eſt, eundem nihil de religione eius et potioribus eius de diuinis rebus ſententiis in medium attuliſſe, quae, quantum fieri poteſt, hic ſupplebo. Plurimi doctorum virorum ei Atheiſmum ſubtilioris notae exprobrant, ex quibus hic tantum nomino *Reimmannum Introduct. in hiſtoriam Theologiae Iudaicae pag.* 607. 608. quod etiam magis fit veriſimile, ſi nonnullis concedamus, Atheiſmum potiora ſua incrementa ex Iudaiſmo cepiſſe. Spectat ad hoc aſſertum de *Abeneſra* confirmandum, vt alia omittam, inſigne illud teſtimonium *Benedicti Spinozae* in *Tractatu theologico-politico. Cap.* VIII. *pag.* 104. *edit. Hamburg.* quod iam propter raritatem libri afferam. „*Aben Ezra*„ ſcribit, „liberioris ingenii vir „et non mediocris eruditionis, primus omnium, quae legi, hoc praeiudicium, „ſcil. Moſen eſſe auctorem Pentateuchi, animaduertit, non auſus eſt mentem ſuam „aperte explicare, ſed rem obſcurioribus verbis tantum indicare, quae ego hic „clariora reddere, remque ipſam euidenter oſtendere non verebor.„ Poſt haec verba locum inſignem ex *Commentario* huius Iudaei *in Deuteronomiorum librum* adduxit, ex quo hanc ſententiam ſuam de ipſo latam, *Aben Eſram* a partibus ſuis in impugnanda Scripturarum ſacrarum antiquitate et auctoritate ſtetiſſe confirmare ſatagit. Hinc *Reimannus* loco ſupra citato colligit, *Aben Ezram* primum fuiſſe inter Iudaeos, qui de Moſe vero Pentateuchi auctore inter Iudaeos dubitauerit et qui aliis de eodem dubitare infeliciſſimo conatu occaſionem praebuerit. Interim defenſores nactus eſt *Aben Eſra* doctiſſimos, quorum in numero ſunt *Wolfius* noſter *Tom.* II. *Biblioth.* huius *pag.* 64. et poſt eum *Paulus Theodorus Carpouius* in

Ani naduerſionibus philologico-critico-ſacris. pag. 37. 39. Conferas quoque, ſi placet, egregia teſtimonia Iudaeorum pariter ac Chriſtianorum de *Aben Ezra*, celeberrimo Veteris Teſtamenti interprete, quae *Wolfius Tom.* I. *pag.* 72. adduxit.

Tom. I. *pag.* 71. III, 46. *num.* 1.) In recenſendis editionibus *commentarii Aben Ezrae in legem Wolfius* vnam omittit, quae prodiit *Conſtantinopoli* anno 1532. in *folio*. Mentionem eius fecit *Clement Bibliothéque curieuſe hiſtorique et critique des liures difficiles a trouuer. Tom.* I. *pag.* 13. eamque rariorem appellat. Vid. quoque *Widekindi* Nachrichten von raren Büchern. *Pa[illegible] pag.* 7. Memoratur quoque in *Catalogo bibliothecae Caſanatenſis* editio eius *Neapolitana*, anno aerae Iudaicae 248. Chriſtianae 1488. in Folio edita, quam vero *Deroſſi* in *diſquiſit. de typographiae hebraicae origine et primitiis. Cap.* VIII. §. 12. *pag.* 100. *ſequ.* iure ac merito ſuppoſititiam eſſe contendit, quoniam numerus anni huius editionis ab auctoribus memorati catalogi confundatur.

Pag. 75. *num.* 2. *lin.* 4. *ſeſte Bartoloccio*) *Biblioth. magn. Rabbin. Tom.* I. *pag.* 38.

Pag. 79. *num.* 3. III. 49. *num.* 3.) יסוד מורא *Editio Veneta* de A. C. 1566. maxime rara eſſe perhibetur a *Buxtorfio Biblioth. rabbin. pag.* 91. *edit. Herbornenſ.* quo in loco nunquam vidiſſe ſe hunc librum profitetur. Eandem raritatem teſtantur quoque *Richardus Simonius Hiſtor. critic. V. T. pag.* 599. 600. *edit. Gallic. original.* pag. 536. *verſ. latin. Clement. Biblioth. hiſtor. et critique. Tom.* I. *pag.* 13. et *Widekindus* in Nachrichten von raren Büchern. *Part.* I. *pag.* 7.

Pag. 80. *num.* 1. Liber hic a *Wolfio* memoratus a *Schabbataeo* ש״י lit. 51. num. 135. tantum ſub titulo: תמונה האותיות citatur.

Pag. 82. lin. 18. ad verba *Wolfii*; *Quae enim ſub Aben Arae* etc.) Collectio plenior omnium horum aſtrologicorum ſcriptorum edita eſt *Venetiis* anno C. 1507. cuius pleniorem titulum et accuratam deſcriptionem dedit *Theophilus Sincerus in collectione noua ſcriptorum antiquorum et rariorum. Tom.* II. *Part.* 3.

ABRAHAM BEN PERIZOL (*num.* 117.) *Tom.* I. *pag.* 89. 90. III. 55. IV. 767. *ſequ.*) Editio *Itinerarii*, quam *Thomas Hyde* prodire fecit *Oxonii* ex theatro Scheldoniano 1691. cuius *Wolf.* hoc loco mentionem fecit, vberius recenſetur a b. *Baumgartenio Nachricht. von merkwürd. Büchern. Tom.* III. *Part.* 16. *pag.* 296. 300. Idem auctor hanc editionem rarioribus libris adnumerandam eſſe cenſet. Appendicis loco huic editioni praeter *Alberti Bobouii*, interpretis Turcici tempore Machometis IV. *Liturgiam Turcarum* adiecta eſt *caſtigatio in Angelum a S. Ioſeph alias dictum de la Broſſe Carmelitam diſcalceatum ſui ordinis* in *Iſpahan Perſidis* olim profectum, id quod obſeruauit *Blaufuſius* in *Beyträgen zur Kenntniß merkwürdiger Bücher. Vol.* I. *pag.* 169. Caeterum editionem *Ferrarienſem* huius Itinerarii *Wolfius* noſter merito appellat *confictam*, cum eandem ſpuriam eſſe poſt eum quoque obſeruauerit *Io. Bernh. Deroſſi* in *Comment. hiſtoric. de Typograph. hebr. Ferrarienſi. Cap.* VII. *num.* 2. *pag.* 125. *ſequ.*

ABRAHAM SEBA (*num.* 127.) *Tom.* I. *pag.* 93. *num.* 1. *lin.* 3. Prodiit *Venet.* 1523. Hunc annum editionis memorat etiam *Richardus Simonius Hiſtor. crit. V. T. lib.* III. *Catalog. autor. Iudaicor. pag. m.* 145. Hinc male a *Buxtorfio Biblioth. rabbin. pag.* 175. *edit. Herborn.* haec editio ad annum 1513. referri intelligitur.

ABRAHAM ROVIGO (*num.* 152.) *Tom.* I. *pag.* 102. III. 63. אשל אברהם eſt liber recentiſſimus, nec a *Buxtorfio* neque ab auctore *Siphte jeſchenim* commemoratus. Varia tamen, quae ad eius hiſtoriam ſpectant, obſeruauit *Wagenſeilius* in *Notitia* ſua *librorum Rabbinicorum.* pag. 24. Argumentum huius libri ſpectat myſterium Trinitatis perſonarum in deitate, quod in eodem proponi affirmat b. *Zeltnerus* in *der genauen Unterſuchung des ſeltſamen Iüdiſchen Wahns von dem Tekupha Blut. pag.* 169. not.

ADAMVS (*num.* 174.) *Tom.* I. *pag.* 111. *num.* 8. III. 69. IV. 771.) Circumfertur a Iudaeis et ſaepius citatur liber חָכְמַת אָדָם inſcriptus. Quum vero hi ipſi fabulentur, angelum *Raſielem* fuiſſe praeceptorem primi hominis Adami, de quo commento euoluendus eſt *Eiſenmengerus entdekt. Iudenthum. Part.* II. *pag.* 375. hic ipſe liber cum libro *Raſiel* eiusdem pretii eſſe merito ſtatuitur a *Schrammio* in *Introductione in dialectum Rabbinicam. pag.* 148. Quid quod? Si coniecturae alicui indulgere licet, non dubito, quin hic liber cum libro *Raſiel* idem ſit et nomine tantum ab eodem diuerſus. Interim tamen haec res nondum ad liquidum eſt perducta, cum nos hic fontes neceſſarii deſerant. Varia de *libro Raſiel* eaque memoratu digna praeter alios adduxit *Dauid Richterus* in Quadriga diſputationum *de conciliatione ſpirituum Ienae* 1716. edita, ſpeciatim *Diſſertat.* II. §. XII. *pag.* 34. et *diſſ.* III. §. XV. *pag.* 59. 62. in notis ibidem adiectis.

AHARON FIL. ELIAE (*num.* 178.) *Tom.* I. *pag.* 115. *num.* 2. III. p. 72.) Manuſcriptum *Danzianum* Karaiticum hoc loco a *Wolfio* memoratum plenius deſcribitur a *Io. Godofredo Schuparto* in *Tract. de ſecta Karaeorum diſſertationibus aliquot adumbrata.* (*Ien.* 1701. 4.) *Cap.* III. §. IV. *pag.* 70. *ſequ.* et *Io. Chriſtoph. Dornio Biblioth. theolog. critic. Part.* I. *lib.* III. *cap.* VI. §. 1. *pag.* 409. *ſequ.* Praeſenti tempore hoc κειμήλιον literaturae *Karaiticae* praeſtantiſſimum aſſeruatur in Academiae *Ienenſi* Bibliotheca publica.

Tom. I. *pag.* 115. *num.* 3. III. pag. 72. עץ חיים) Vide de hoc ſcripto, ſi placet, *Dornium loco citato, pag.* 410. Caeterum de Commentario huius Rabbini adhuc ſequentia obſeruanda ſunt. Commentarii huius in Pentateuchum exemplar manuſcriptum exſtat in *bibliotheca Patrum oratorii Pariſienſium*, vti perhibet *Richardus Simonius* in *catalogo Auctorum Iudaic. libro* III. *hiſtor. critic. V. T. adiecto. pag. m.* 144. Alium huius nominis codicem manuſcriptum frequentiſſime laudat *Wagenſeilius* in *Sota* paſſim tamquam Antiquitatum Iudaicorum ſyſtema et eiusdem pretii cum *Maimonidis Iad chaſaka* facit. Caeterum excerpta nonnulla ex commentario manuſcripto *R. Aharonis Karaitae* citato cum verſione latina et notis in quarto edidit *Iohannes Ludouicus Frey* anno 1705. quae conſtant 4½ plagulis.

AHA-

AHARON BEN IOSEPH, *Karaeus* (*num.* 183.) *Tom.* I. *pag.* 119. III. 74.) De libro כְּלִיל יוֹפִי admodum pauca profert *Wolfius* noſter, quoniam iam alio in loco mox citando de eodem fuſius verba fecerat Memorant hunc librum et data opera recenſent *Richardus Simonius* in *Bibliotheque critique de Monſ. Sainjore. Tom.* II. *pag.* 201. *Iacobus Bernardus* in *Nouvelles de la republique des lettres de anno* 1709. *pag.* 132. *Iohannes Triglandius* in *Syntagmate de Sectis Iudaeorum. Part.* II. *pag.* 1. *ſequ.* et *Wolfius* noſter in *Notitia Karaeorum*, in *praefatione* pag. 13. et in ipſo libro *pag.* 142. *nota* b. ex quorum obſeruationibus relatio *Wolfii* de hoc libro valde imperfecta ſuppleri poterit. Ex his doctiſſimis viris *Simonius* affirmat, hunc librum breuiſſimum Grammaticae Iudaicae compendium eſſe, cum foliis tantum viginti et octo conſtet, et ſcriptura eius tamen literis maiuſculis excuſa ſit. Obſeruat porro, plerosque Idiotiſmos linguae hebraicae in hoc libro illuſtrari, facta quoque interdum *Maſorae* mentione. Poſt eum *Wagenſeilius* obſeruat (*Notit. libror. Rabbinicor. pag.* 23.) hunc librum expoſitionem difficillium Veteris Teſtamenti locorum continere. De raritate eiusdem libri nullum eſt dubium, cum eandem omnes ſupra memorati ſcriptores teſtentur, quibus recentiſſimo tempore quoque acceſſit *Dauid Clement Bibliothêque hiſtorique et critique. Tom.* I. *pag.* 1. Vid. quoque *Melchior Ludouic. Widekind.* Verzeichnis rarer Bücher *Part.* I. *pag.* 1. Hic ipſe vir doctus primarium fundamentum raritatis in eo ponit, quod omnes ii, qui bibliothecas Rabbinicas conſignauerint, in mentione ſua de hoc libro ita verſentur, vt conſtet, ſe nunquam vidiſſe eundem. Hinc *Rabbi Schabtai* ex eoque *Bartoloccius* partim mendoſe partim diuerſimode titulum eiusdem referunt, quod *Wolfius* noſter obſeruat *Tom.* I. *pag.* 119. Ex ſententia *Clementis* quoque ipſi *Buxtorfii*, *Pater* et *Filius* hunc librum haud ad manus habuerunt, cum Bibliothecam ſuam Rabbinicam conficerent. Id certiſſimum eſt, in editione eiusdem antiquiori *Baſileenſi* de anno 1613. mentionem eius haud reperiri. Mentio de iſto libro in *Herbornenſi* editione facta *pag.* 99. forte ab erudito Iudaeo Conſtantinopolitano *Iacobo Romano* per *Antonium Legerum* cum aliis ſupplementis *Buxtorfio* iuniori transmiſſa fuerat. Proinde nihil aliud ibidem de hoc libro traditur, niſi quod ſit Grammatica manu ſcripta, ex quo ſaltem colligi poteſt, neque *Buxtorfiis* neque *Iacobo Romano* et *Legero* cognitum fuiſſe, quod umquam hic liber editus fuerit. Aliam rationem raritatis in ipſa ratione huius ſcripti quaerendam eſſe ſuſpicor. Scriptum eſt Karaiticum, quod a prima editione ſua non amplius typis impreſſum eſt, cuiusmodi ſcriptis iampridem inſignem raritatis notam aſſignandam eſſe cenſuit *Dauid Clement* in *praefatione Tomo primo Bibliothecae ſuae praefixa nota* f. Ad *Simonium* quod attinet, eiusdem obſeruata de hoc ſcripto eadem ambiguitate et incertitudine premuntur. Memorat hic vir doctiſſimus haud leuiori notitia literaturae orientalis inſtructus in aliquo loco ſuae *Hiſtoriae gallicae Veteris Teſtamenti*, hunc librum in forma *duodecima* editum eſſe, in quo paucis verbis plurima comprehendantur, et in *critica bibliotheca* formam *octauam* quam vocant huic libro tribuit,

qui

qui tamen ſemel tantum editus eſſe perhibetur. Diſtinguit deinde *Simonius Aaronem Hariſcon* aperte ab *Aarone Karaita*, dum poſteriorem appellat auctorem *commentarii in Pentateuchum*, cuius *Wolfius Tomo* I. *pag.* 120. mentionem fecit, priori vero librum noſtrum tribuit. Contrarium ſuadet *Wolfius*, dum in locis adductis *Bibliothecae hebraicae* et in *acceſſionibus ſuis ad notitiam Karaeorum pag.* 37. vtrumque librum ex ingenio *R. Aharonis Karaitae* profectum et eidem tamquam auctori tribuendum eſſe iure meritoque affirmet.

Tom. I. *pag.* 120. *num.* 2. Excerpta *Iohannes Ludouici Frey* ex hoc Commentario, quorum *Wolfius* hic fecit mentionem, edita ſunt *Amſtelodami* 1705. 4. quibus auctor *exercitationem de Aharone Karaita eiusque ſcriptis* doctiſſimam praemiſit.

AHARON BARCINONENSIS (*num.* 187.) *Tom.* I. *pag.* 123. III. 77. IV. 772.) *Sepher hachinnuch.* Praeter librum *Hottingeri* a *Wolfio* memoratum idem quoque vir eruditus in ſuo *Bibliothecario quadripartito Lib.* III. *Cap.* 1. *pag.* 339. *ſequ.* varia de exercitationibus Iudaeorum catecheticis ex hoc libro catechetico Iudaeorum excerpſit. Legantur etiam ea de hoc ſcripto, quae b. *Parens* in *hiſtoria catechetica variarum religionum. Cap.* IX. §. 3. *pag.* 325. de hoc monumento Theologiae Iudaeorum catecheticae obſeruauit.

AHARON LEVITA (*num.* 191.) *pag.* 125. lin. 6. *de quo ſuo loco*) Vid. *Wolf. Biblioth. hebr. pag.* 783. *num.* II. III. 707. cum quibus conferantur ea, quae *Iohannes Buxtorfius* in *litteris ad Theophilum Spizelium apud Schelhornium Amoenitat. literar. Tom.* XIV. *pag.* 585. *ſequ.* in medium adduxit.

Tom. I. *pag.* 126. *num.* 193. Occaſione mentionis *R. Aharon. ben Moſe* Wolfius noſter nonnulla de diſſenſione inter poſteros *Aſcher* et *Naphtali* adduxit, quibus addatur locus *Tom.* II. *pag.* 291. Pluribus idem argumentum diligentiſſime pertractauit *Carolus Henricus Zeibichius* in peculiari *Diatribe de Codicum Veteris Teſtamenti Orientalium atque occidentalium diſſenſionibus. Witteberg.* 1742. edita, quam poſtea *Io. Oelrichs Collectioni* ſuae *opuſculorum hiſtorico-philologico-theologicorum Tom.* II. *Part.* I. *pag.* 1. 23. inferendam curauit. Recenſent eandem auctores *relationum innoxiar. de nouantiquis theologicis de anno* 1742. in *appendice pag.* 127. *ſequ.* et Scriptores *der grünndlichen Anzüge aus Diſputationibus, de anno* 1743. *Part.* I. *pag.* 74. 85.

AHARON PISAVRENSIS (*num.* 198.) *Tom.* I. pag. 129. III. 80.) Liber hic *de generationibus Aharonis* a *Wagenſeilio* in *notitia librorum Rabbinicorum pag.* 29. vocatur maxime neceſſarius ad intelligentiam Talmudis. Idem quoque auctor eius editionem Amſtelodamenſem de anno 1652. appellauit elegantiſſimam. Adiectus

 etiam

etiam est editioni *Pentateuchi hebraici* cum triplici Targum in lucem emissi, quam edidit anno 1590. et 91. *Iohannes de Gara*, obseruante *Hottingero* in *Bibliothecario quadripartito*. *Part.* II. *cap.* 1. *pag.* 127.

Tom. I. *pag.* 134. *num.* 206. IV. 1169. 1170.) De *Hottingeri Cippis hebraicis*, qui raritate se commendant, *Reimannus* in *Catalogo Bibliothec. historic. theologic. pag.* 925. admodum honorifice iudicat, dum sequentia de eodem scribit: „In scripto hoc multum industriae et varietatis, iudicii etiam praeclara vis et orien„talis literaturae non vulgaris nec quotidiana peritia. Et si qua in parte deficere „videatur, non Auctoris, sed materiae est vitium, quae tam anceps et ambigua „est, et tot obstructa difficultatibus, ut difficilis admodum sit de ea divinatio.„ Vid. *Mich. Lilienthalii fortgesezte theolog. Bibliothek Part.* XI. *pag.* 115.

ALI IBN RAGEL (*num.* 230.) *Tom.* I. *pag.* 144. III. 92. IV. 780. Nomen ipsum docet, eundem fuisse gente *Arabem*. Vocatur mendose in *Lexico nouo eruditorum vniuersali*, *Part.* II. *pag.* 1337. *filius Aben Ragel*, quod mendum diligenter notauit et emendauit b. *Baumgartenius* in *Nachrichten von einer Hallischen Bibliothek. Tom.* VII. *Part.* 38. *pag.* 142. *not.* quo in loco doctissima recensio libri *de iudiciis astrorum*, cuius autor fuit *Albohazen Aly filius Abenragel* huc etiam spectans *pag.* 137. 143. exstat.

ELIAS LEVITA (*num.* 249.) *Tom.* I. *pag.* 153. *sequ.* III. 97. *seq.* IV. 782. Cum historia huius clarissimi Iudaeorum doctoris olim in tot tantisque tenebris iaceret, easdem praesertim recentiori nostro tempore laudando sane studio dispellere, simulque doctissimis suis lucubrationibus memoriam eius renouare atque ab omni obliuione immunem conseruare studuerunt literatissimi quidam historiae literariae orientalis indagatores, de quorum monumentis literariis pauca quaedam praemittenda sunt, priusquam me ad supplementa historiae *Wolfianae* de hoc scriptore accingam. Primo loco hic nominandus est celeberrimus *Iohannes Andreas Michael Nagelius*, professor linguarum orientalium *Altorfinus*. Septem is ab annis 1745-1771. edidit dissertationes, in quibus *de vita et scriptis Eliae Leuitae* egregie commentatus est, quarum priores duae *de Elia Leuita Germano* agunt, posteriores quinque autem *tres praefationes Eliae Leuitae Germani* libro eius celebratissimo *Masoreth hammasoreth* dicto *praemissas* illustrant. Plenus harum dissertationum titulus, et argumentum earundem indicatur a summe venerabili D. *Io. Friderico Hirtio* in *Bibliotheca sua orientali et exegetica Part.* VII. *pag.* 66. *sequ.* Post *Nagelium* clarissimus scholae quae *Neostadii ad Aissum* floret, Director, *Georgius Christophorus Oertelius* ibidem programma doctissimum anno 1776. edidit, inscriptum: *Vita Eliae Leuitae Germani eiusque Neustadiensis ad Aissum* in quo ciuibus suis compendium ex *Nagelii* dissertationibus duabus prioribus exhibuit. His merito iungendus est S. V. D. *Hirtius*, quem docti viri de hac historia *Eliae Leuitae*

uitae praeclare meritum esse haud ignorant. Non solum iste vir ad incrementa linguarum orientalium et fere omnis literaturae Orientis natus *bibliothecae* suae *orientali et exegeticae Part.* VII. *pag.* 49. 79. inseruit vberiorem recensionem praecipuarum editionum ac versionum libri Masoreth hammasoreth huius scriptoris, ex qua bene multa hauriri possunt, quae ad historiam ipsius autoris faciunt, verum etiam peculiarem *commentationem* eruditissimam, qua *memoriam saecularem tertiam Eliae Leuitae Germani vsum accentuum Hebraeorum non negantis sed confirmantis Ienae* 1777. 4. edidit. Quae cum historiae *Eliae Leuitae* nostri Germani lucem adferat clarissimam, simulque multa, quae antea dubia et ambigua fuerant clariora reddat, spero fore vt lectoribus meis non ingratus a me suscipiatur labor, si ex memorata commentatione D. Hirtii ea, quae supplendae historiae *Wolfii* nostri de hoc Iudaeo inseruire queunt, quasi in compendio hic adduxero.

Quis fuerit parens Eliae huius, de eo haud vna est eruditorum sententia. Nonnulli eundem nominant *Mosen*, quorum in numero sunt *Bartoloccius Biblioth. magn. Rabbin. Tom.* I. *pag.* 1359. *Iohannes Iacobus Schudtius* in *Memorabilib. Iudaicis. Part.* IV. *Contin.* II. *Lib.* VI. *cap.* 29. Interim ii ipsi rectius nobis sentire videntur, qui nostrum Eliam Leuitam filium *Rabbi Ascheris Leuitae* fuisse censent. Apparet hoc praecipue, si nonnullas scriptorum suorum inscriptiones consideremus. Sic disertis verbis in inscriptione libri *Masoreth* Venetiis editi appellatur בר אשר הלוי האשכנזי *filius R. Ascheris Leuitae Germani.* Plures inscriptiones idem probantes lubentissime hic transeo, quas adduxit *Hirtius* in *Commentatione* memorata. §. 3. De nomine vel potius cognomine *Eliae* non מדקדק etiam non opus est, vt de eodem faciamus verba, cum iam in eo nobis otium fecerit *Wolfius* noster *Tom.* I. *pag.* 153. *not.* u. Porro vocatur *Leuita*, quoniam ex tribu Leui originem suam ducebat, *Germanus* vero, quoniam in Germania natus fuerat. Omnia haec eiusdem cognomina non solum apud ipsum Eliam nostrum, verum etiam apud alios doctores Iudaicos, in scriptis *R. Azariae*, *Muscati*, *Schabtai* aliorumque occurrunt, quorum loca *Nagelius dissert.* I. *de Elia Leuita Germano.* §. 1. *pag.* 4. *sequ. diss.* II. §. 1. *pag.* 3. *sequ.* adduxit. Praeterea vocatur תשבי *Thisbites*, de qua denominatione *Hirtius Comment.* §. 4. *pag.* 11. insignem locum *Schabbataei* adduxit. Licet vero mihi locus scriptorum Eliae cognitus non fuerit, in quo iste seipsum hoc nomine ornauerit, fundamentum istius nominis, facili negotio perspici poterit exinde, quod sexicon Hebraicum reliquerit temporum suorum captui valde accommodatum, quod ipsum appellauit תשבי. Vid. *Wolf. Tom.* I. *pag.* 159. Deinde, si coniecturae meae locus datur, summae, qua merita eius prosequebantur Iudaei, venerationis vestigia et documenta non exigua in hoc cognomine deprehendi mihi quidem videntur, quippe quae eo vsque processit, vt eundem Eliae Thisbitae, priscae religionis Iudaicae strenuo cultori et prophetae

 Dei

Dei Israelis tempore Ahabi aequipararent. Patriam *Eliae* nostri quod attinet, de eadem eruditi quidem olim in diuersas abierunt partes, dum alii eum in Italia natum esse perhibent; interim tamen plurimi, quibus etiam *Wolfius* noster accessit, hunc honorem *Germaniae* nostrae vindicarunt, id quod etiam *Hirtius* Comment. memorata. §. V. tum ex proprio testimonio *Eliae Leuitae* tum ex testimoniis coaeuorum firmissime confirmari posse affirmat. Speciatim ciuitas patria eius fuit *Neostadium* ad flumen *Aissum* sita vrbs, quod praeter alios *Oertelius* supra citatus variis ex rationibus demonstrauit, quamuis non defuerint, qui vitium istud *Moltheri* a *Wolfio Tom.* III. *pag.* 97. indicatum imitati fuerint, quorum exempla quoque sequuntur *scriptores anglicani historiae vniuersalis. Tom.* XXVIII. pag. 536. *version. germanicae*, de quibus valde miramur cum *Hirtio Comment. pag.* 15. eosdem hunc errorem *Moltheri* retinuisse. De anno natiuitatis nullam plane mentionem fecit *Wolfius* noster. Verisimile est, eum haud alia ex ratione eandem praeteriisse, quam quoniam in tanta diuersitate sententiarum nihil certi de eodem definiri posse arbitratus fuerit. Inter eruditos viros recentioris aevi *Nagelius* natiuitatem Eliae nostri ad annum 1477. *Hirtius* vero ad annum 1469. refert. Argumenta, quibus utraque nititur sententia, satis copiose recensuit *Hirtius* tum in *bibliotheca* sua *orientali et exegetica. Part.* VII. *pag.* 51. *not.* tum in *Commentat.* saepius citata. §. 6 - 8. Quaeritur imprimis in resoluenda hac controuersia imprimis de vera lectione et puritate loci ex libro בחור a *Nagelio* adducti, cuius disquisitionem vero hic loci instituere breuitas horum Analectorum non permittit, quam itaque lubens [illegible] eiusmodi rerum peritioribus committere malo, praesertim cum eandem *Hirtius* ipse *Comment.* §. IX. *not.* f. *pag.* 21. in dubium vocauerit. Ad alia, quae historiam vitae Eliae Leuitae nostri concernunt, ex quibus historia *Wolfii* nostri suppleri poterit, quam obseruationibus suis auxerunt *Nagelius*, *Oertelius* et *Hirtius*, mihi transeundum est. Vitam coelibem egisse *Eliam* nostrum ex nomine ipsius בחור colligi posse suspicatur *Wolfius* noster *pag.* 153 not. u. Falsitas autem huius commenti ex verbis eius, quibus in prosaica conclusione libri מחורגמן vtitur, facili negotio poterit deriuari. Ibidem enim propositum suum cum vxore sua in ciuitate sua moriendi haud obscure expressit, simulque optauit vna cum vxore mortem oppetere. Liberos quoque eidem non defuisse ex hoc matrimonio prognatos, constat ex fine *Psalterii* Venetiis apud *Iustinianum* anno 1546. editi, vbi affirmatur, illud ipsum emendatum et a mendis correctum fuisse per *Iosephum filium Rabbi Isaaci*, *nepotem R. Eliae Grammatici Germani.* Expellebatur a Marchione Brandenburgico *Casimiro* vel *Georgio* ex ciuitate patria Neostadio, quod non memorat *Wolfius*, narrauit autem *Melchior Adami* in *vita Conradi Pellicani.* Vid. eius *Vitas Germanorum Theologorum. pag.* 135. a. *edit. Francofurtens. in folio.* Hinc ex Germania migrans *Italiam* se convertit, et praecipue tum *Patauii* tum *Venetorum* ciuitatis iuuenes literarum hebraicarum institutione

eru-

eruditiuit. Hinc modo allegatus *Adami* falso de *Elia* nostro refert, eum demum in Italia, tempore commorationis suae intra eiusdem terminos, Hebraicam Grammaticam didicisse eumque tunc temporis nondum Iudaeum Grammaticum in sensu strictiori fuisse. Aperte enim haec pugnant cum verbis ipsis *Eliae Leuitae* nostri in suo *carmine finali notarum* suarum *in Mosis Kimchii Grammaticam hebraeam*, quae *Nagelius differt. pag.* 17. et *Hirtius Comment.* §. XI. adduxerunt, ex quibus clarissime patet, eundem iam anno post Christum natum 1504. munus doctoris hebraici *Patauii* ornauisse. Quodsi vero verba *Meltshioris Adami* absolute posita cum restrictione quadam ad Germaniam referre velit quispiam, ut sensus eorum tantum sit, *Eliam Leuitam* isto tempore nondum tamquam Grammaticum fuisse notum, nunc sensum admitterem, nisi obstaret verbum *didicit.* Hinc saepius citatus *Hirtius* hanc narrationem falsam esse merito affirmat. Interim non negandum est, *Eliam* factura suorum bonorum *Paduae* anno 1509. ad aliquod tempus in Germaniam reuersum et anno 1514. *Neostadii ad Aissum* commoratum fuisse. Inter purpuratos, quorum fauorem, cum *Romae* vitam degeret, expertus est, quod *Wolfius Tom.* I. *pag.* 154. memorat, potissimum *Aegidius Viterbiensis Cardinalis* refertur ab *Hirtio Biblioth. oriental. Part.* VII. *pag.* 52. *sequ.* vbi etiam reliqua, quae vitam eiusdem attinent, diligentissime narrantur. Annum mortis *Eliae Leuitae* quod spectat, de eo iterum diuerse sentiunt eruditi, cum nonnulli eandem anno Christi 1540. alii 1542. rursus alii 1544. alii alio tempore accidisse affirment. Optime autem haec mors adsignatur anno 1549. a *Wolfio* nostro (*Tom.* III. *Biblioth. hebr. p.* 98.) quem secuti sunt *Nagelius*, *Oertelius* et *Hirtius Commentat.* §. X. Nixa est ista sententia ipso *epitaphio* Venetiis Eliae nostro a Iudaeis posito, quod Hebraice legitur apud *Wolfium*. Adiungo hic versionem eius latinam: „Nonne „lapis in pariete clamat, et obstrepit omni transeunti de hoc sepulchro, quod illud „sit doctoris nostri, qui ablatus est. Ascendit enim in coelum Elias in procella. „Hicce omnino est ille, qui obscuritates grammaticas collustrauit, et ipsam Gram„maticam reddidit clariorem, qui euolauit anno 309. (post C. N. 1549.) die 9. „mensis Schebhat in turbine suo, eiusque anima fasciculo viuentium illigata est.„ Obiter adhuc obseruo, numerum anni 1500. quem *Wolfius Biblioth. Tom.* I. *p.* 154. *not.* x. adduxit, operarum vitio adscribendum esse, pro quo scribendus sit numerus 1509. uti ipse notauit *Wolfius Tom.* III. *p.* 99. Fuerunt etiam nonnulli inter eruditos, qui arbitrati sunt, *Eliam Leuitam* in vltimo vitae suae tempore ad Christianorum castra transiisse. vid. *Wolf. Tom.* I *p.* 161. III. 98. quod vero vix probandum erit. Saltem istud commentum haud conciliari posse mihi quidem videtur cum summa, quam erga *Eliam* nostrum quolibet tempore monstrant Iudaei, veneratione, praesertim si obseruemus odium dirum et improbum, quo huius nationis doctores eos prosequi solent, qui a sua religione ad Christianorum sacra discesserunt. His addas encomia eius insignia, quibus *Elias* quasi vsque ad coelum ex-

tollitur, addas epitaphium eius modo adductum, et haec ipsa sententia euanescet. Satis aperte profitetur *Elias* noster in *praefatione secunda poetica libri Masoreth hammasoreth vers.* 325-332. quod Iudaeus fuerit, cum hunc librum consignaret, quem locum *Hirtius bibliothec. oriental. Part.* VII. *pag.* 54. adduxit. Interim illud inficiari nolo, quod in eadem praefatione multum laudis tribuerit Christianis, praesertim *vers.* 415. *seq.* ex quo illustrari poterit iudicium *Richardi Simonii* a *Wolfio Tom.* I. *pag.* 161. de *Elia* nostro adductum, *quod solus inter Iudaeos nugari desierit.* Operae pretium omnino esset, si eruditus vir aliquando haec et similia Iudaica testimonia, quae laudi et honori Christianis manent, ex scriptis *Eliae Leuitae* aliorumque colligeret et plenam eorundem collectionem in lucem publicam ederet. Non ignoro quidem, plures eruditissimos viros, Rabbinicarum literarum notitia egregie instructos, in scriptis suis quaedam huc pertinentia reliquisse, ex quibus nominandi sunt prae caeteris *Lightfoothus*, *Christianus Schoettgenius*, *Iohannes Frischmuthius* et *Iohannes Andreas Danzius*, nemo autem, quantum quidem ego scio, eiusmodi testimonia hic atque illic dispersa in vnum corpus redegit, quem laborem Herculeum quidem, utilissimum tamen contra horrendas Iudaeorum blasphemias in Christum et Christianos exaestuatas esse cuiuis eiusmodi rerum perito constabit. De insigni, qua pollebat, eruditione, prostant praeclara testimonia doctorum virorum a *Wolfio* nostro adducta, quibus ea addi possunt, quae *Hirtius* in *Commentatione* saepius citata §. XII. supplementi loco adiunxit. Caeterum de *Eliae* nostri sententia circa diuinam hebraicorum accentuum originem quae adduxit *Hirtius* Comment. §. XIII. suo loco in *supplementis meis ad Tomum secundum Bibliothecae Wolfianae* obseruabo. In numero immenso discipulorum celebratissimi huius Grammatici prae aliis eminent duumuiri clarissimi literarum hebraicarum fautores et instauratores, *Sebastianus Munsterus* et *Conradus Pellicanus*, vterque Christianus, quorum posterior munere Guardiani in coenobio *Pforzhemiensi* fungebatur, quos iam anno Christi 1514. *Eliae* nostri institutione in literis hebraicis vsos fuisse constat ex *Georgii Matth. Schnitzeri emendata relatione de Iudaeis in terris Byruthinis degentibus.* Vid. b. *Io. Berthol. Riedereri nützliche und angenehme Abhandlungen aus der Kirchen- Bücher- und gelehrten Geschichte. Part.* III. *pag.* 308.

Tom. I. *pag.* 154. 155. *num.* 1. 2. 4. III. 99. *Wolfius* trium scriptorum *Eliae Leuitae* ad rem Hebraeorum grammaticam spectantium mentionem fecit. Praeterea *institutiones* eius *hebraicae* ex versione latina *Sebast. Munsteri* prodierunt *Basileae* 1527, vti perhibet *Wolfius Biblioth. Tom.* II. *p.* 613. quo ipso anno quoque prima editio *libri Grammatici Thisbi* est euulgata. Vid. *Wolf. Biblioth. hebr. Tom.* I. *pag.* 159. num. 14. Monuit tamen iampridem b. *Baumgartenius* (*Nachrichten von merkwürdigen Büchern. Tom.* VII. *Part.* 41. *pag.* 325.) edi-

editionem institutionum dictarum demum ad annum 1557. referendam esse. Ad *rariores* editiones grammaticae huius iure meritoque refert *Daniel Salthenius* in *Catalogo librorum rarior. suae bibliothecae. pag.* 624. istum, quae anno 1537. 8vo. edita est. Forte eandem non ad manus habuit *Wolfius*, cum citaret (*Tom.* II. *pag.* 613.) aliis forte pleniorem monumenti huius rarioris descriptionem lectoribus suppeditauisset. Plenius itaque hanc editionem describere conabor, cuius exemplar olim ex auctione *Bohniana Ienensi* accipere mihi licuit. Plenus titulus eiusdem est sequens: סֵפֶר חִדְקְדוּק „Gram„matica hebraea Eliae Leuitae Germani per Sebastianum Munsterum versa et iam „vltima manu Scholiis illustrata, vna cum indice copioso recens adiecto. Item „institutio elementalis in eandem linguam, ex Eliae variis libellis concinnata, iam „denuo plurimum aucta. Quibus omnibus et Tabula coniugationum pulchre ex„plicata accessit. Basileae 1537. ex officina Frobeniana. plagul. 33. 8.„ Exemplari huius editionis, quod mihi ad manus est, adiecta sunt *capitula sic dicta Eliae, Basileae* anno 1527. 8. edita, simili ratione per *Munsterum* iuxta Hebraismum *latine* versa, cuius editionis *Wolfius* noster *pag.* 158. *Tom.* I. *num.* 10. mentionem fecit. Forte haec ipsa capitula editioni Grammaticae memoratae de anno 1537. appendicis instar adiecta sunt, licet haec appendix in titulo non memoretur et numerus anni editionis eorundem primae de anno 1527. in titulo eorundem retentus fuerit.

Tom. I. *pag.* 156. *seq. num.* 8. III. 100. IV. 782. *Masoreth kammasoreth*) De hoc libro, quem *Wolfius* dictis in locis describit, pluribus et data opera summe venerabilis D. *Hirtius Biblioth. oriental. Part.* VII. *Num.* VI. *pag.* 55 - 79. commentatus est, ex quo ea, quae *Wolfianae* narrationi supplementi loco inseruire possunt, lectoribus meis ob oculos ponere apud me constitui, vt tandem historia literaria celebratissimi huius monumenti ingenii *Eliae Leuitae* nostri fiat quodammodo absoluta. Primae huius libri editioni *Venetae* (1538. 4.) praemissa sunt tres lectu dignissimae praefationes, quarum argumentum *Nagelius* in dissertationibus supra citatis et *Hirtius* copiosissime cum iam descripserint, hoc labore ego hic lubens supersedere possum. Has praefationes excipit ipsa tractatio, seu a nostro *Elia* sic dictae *duae tabulae*, quarum quaelibet segmentis vel paragraphis decem absoluitur. Sequitur postea שער שבדים לרחות seu *Introductio in tabulas abbreuiatas*, (*pag.* 71 - 81.) cui coronidis loco adiectum est poema septendecim versibus constans, *pag.* 81. 82. Deinde sequitur *Eliae Leuitae introductio in Rabbi Saadiae Haggaon poema* memoratu dignum, in quo indicatus legitur numerus omnium alphabeti hebraici literarum, quoties scilicet vnaquaeque earum in sacro codice hebraeo reperiatur, vna cum ipso hoc *poemate* (pag. 82 - 87.) in cuius fine extat notissima Hebraeorum abbreuiatura בג"ד, ex qua *Hirtius* (*pag.* 60. loc. cit.) rectissime

ctissime colligit, *Eliam* nostrum expositionem huius poematis anno aetatis suae vigesimo et septimo literis consignauisse et hunc laborem anno aetatis quadragesimo secundo typis describendum exhibuisse, si assumendum fuerit, quod *Elias Leuita* anno Christi 1469. natus sit. Constat haec antiquissima editio octoginta et septem paginis. Appendicis loco adiectus est eidem ספר טוב טעם Eliae Leuitae quod scriptum *compendium accentuationis hebraicae* exhibet et octo capitibus constat. Secuta est hanc priorem editionem altera, quae *Basileae* 1539. 8. in lucem prodiit, de qua varia memoratu digna obseruauit *Hirtius pag.* 62. 63. ex quibus ea, quae *Wolfius* de eadem refert, illustrari et confirmari possunt. Illud saltem ex titulo latino, quem *Hirtius pag.* 62. adiecit, abunde colligi potest, *Sebastianum Munsterum* non totum librum hunc in linguam latinam transtulisse, sed eundem tantum epitomen seu accuratum eius compendium rerum notabiliorum in libro Masoreth hammasoreth occurrentium in hac sua versione exhibuisse. Hinc studiose omisit in hac editione poema *Saadiae* simul cum praefatione, quam *Elias Leuita* praemiserat eidem. Folia huius editionis in hac editione non hebraicis literis superne collocatis numerantur, sed numerus foliorum tantum ex custode sic dicto typographico infra cuiusuis plagulae initium expresso colligendus erit. Alia, quibus haec editio a *Veneta* distingui potest, lubens hic omitto, quae iam notauit *Wolfius*. Praeter has editiones vir de literatura orientali et theologica elegantiori meritissimus, summe venerabilis D. *Iohannes Salomo Semlerus* in *praefatione versionis germanicae libri Masoreth hammasoreth. pag.* 18. *not.* mentionem facit adhuc editionis eiusdem *Basileensis*, cuius fini adiectus sit numerus 298. quae consequenter *Basileae* anno Christi 1538. edita sit, antiquior *Veneta*, quam vero ob defectum vberioris descriptionis in dubium vocat *Hirtius pag.* 70. 71. *bibliothec. oriental.* Recentissimo tempore liber *Masoreth hammasoreth* omisso *Sepher Tobh tam* prioribus eius editionibus adiecto denuo recusus est *Solisbaci* anno 1769. 8. recensente *Semlero*, quae editio repetita est ibidem anno aerae Iudaicae 531. Christianae 1771. quam editionem uberius recensuit D. *Hirtius Biblioth. oriental. Part.* VII. *pag.* 75-79. In hac noua editione tum variae eaeque minores adnotationes textui hebraico huius libri adiectae leguntur, tum omissae sunt voces, periodi et membra quaedam, quae in praecedentibus editionibus reperiuntur, quae diligentissime obseruauit *Hirtius* memorato loco.

Ab editionibus huius libri ad versiones eiusdem iam transeo. De his *Wolfius Tom.* I. *pag.* 157. IV. 782. *Biblioth. hebr.* nonnulla adduxit, quae tamen suppleri possunt, si modo ea breuiter addamus, quae de iisdem D. *Hirtius* obseruauit. Memorat iste *pag.* 64. in nota adiecta, etiam *Conradum Pellicanum*, egregium istum Eliae Grammatici nostri discipulum latinam versionem huius libri composuisse, quod patet ex relatione de vita eiusdem *Commentariis* suis *in sacrum codicem* prae-

praemissa, quam tamen numquam in lucem publicam editam fuisse *Hirtius* affirmat. Recentiori tempore hunc laborem ab aliis promissum, praestiterunt egregie celeb. *Nagelius* et summe venerabilis D. *Semlerus*. Priori enim eruditus orbis in acceptis refert *versionem latinam trium praefationum libri Masoreth hammasoreth* accuratissimam, quam in forma quinque disputationum *Altorfi* Noricorum annis 1758-1771. publicatarum edidit. Sub posterioris auspiciis edita est noua eaque *germanica* versio cum eiusdem notis eruditissimis *Halae Magdeburgicae* anno 1772. 8. de qua conferatur *D. Hirtius* in *biblioth. oriental. Part.* VII. *pag.* 67. *sequ.* Reperiuntur in eadem omnes istae partes, quae in editione *Basileensi* de anno 1539. deprehenduntur. Autorem eius *Semlerus* designauit in praefatione libro praemissa *Christianum Gottlob. Meyerum* proselytum Iudaeum, *Halae* ad Christianorum fidem conuersum. Occurrit in hoc libro versio latino-germanica praefationis prioris poeticae huius libri, secundae vero tantum latina (*pag.* 34-48.) cel. *Nagelii*. Omissum quoque est in hac versione *poema Saadiae*, cuius loco tamen *Semlerus* adiecit *Iohannis Buxtorfii* versionem et explicationem latinam huius carminis depromptam ex eiusdem *commentario masorethico cap.* XVIII. Frustra quoque quaeritur in hac editione *praefatio Eliae Leuitae* ad dictum *R. Saadiae carmen*.

Tom. I. *pag.* 157. *lin.* 11. ad verba Wolfii: *in calce* cet. pro verbis *praefationis* III. *edit. Basileens.* legas versionis Munsteri.

Ibid. lin. 18. *Bibliorum marginales*) adde: omnes.

Tom. I. *pag.* 157. *sequ.* III. 100. *num.* 9. De hoc lexico Eliae Leuitae nostri obseruauit praeter alia *Wagenseilius* in *Notitia librorum Rabbinicorum. pag.* 20. sequ. illud esse valde imperfectum, cum multae radices verborum Hebraicorum in eodem frustra requirantur, e. g. radix פשׁ alias notissima. Plura quoque de eodem Lexico hebraico obseruauit *Wolfius* noster in *Historia Lexicorum hebraicorum.* §. XVI. *pag.* 60. *sequ.*

Tom. I. *pag.* 158. *num.* 10. III. 100. De *capitulis Eliae*, quae hoc in loco commemorantur, uberius commentatus est celeb. *Andreas Gottlieb. Maschius* in *Beyträgen zur Geschichte merkwürdiger Bücher. Part.* V. *pag.* 256. *sequ.* Praefatio *Sebast. Munsteri* huic libro praemissa ex eiusdem doctissimi viri obseruatione agit *de diuersis carminum generibus apud Hebraeos.*

Num. 11.) Hoc scriptum *Eliae Leuitae* praeter editiones a *Wolfio* memoratas etiam editum est per *Sebast. Munsterum Basileae* A. 296. C. 1536. *ex officina Henric. Petrina.*

Tom. I. *pag.* 159. III. 100. *num.* 13. Liber hic nescio quo casu omissus fuerit a *Bartoloccio*, *Part.* I. *Biblioth. rabbin. pag.* 135-141. vbi alias satis copiose de vita et scriptis *Eliae Leuitae* disseruit. Vid. *Wolf. Histor. Lexicor. hebraic.* §. XVI. pag. 62. Caeterum *Pisauri* potius quam *Ferrarae* 1507. librum hunc editum esse, obseruauit cum *Wolfio Io. Bernh. Derossi* in *Comment. historic. de*

Typographia Ferrarienſi. Cap. VII. *num.* 1. *pag.* 124. Vid. etiam *Wolf. Tom.* II. *pag.* 1413. *num.* 609. et *ſupplementa mea ad iſtum locum.*

Num. 14. *Thiſbi.* Prodiit hic liber poſt alias editiones etiam *Iſnae* 1541. 4. Editionem hanc, quam perraram appellauit *Daniel Salthenius* in *Catalogo librorum rariorum Bibliothecae ſuae pag.* 196. *num.* 959. data opera recenſuit *b. Baumgartenius Nachricht. von merkwürdigen Büchern Tom.* VII. *Part.* 41. *pag.* 394. *ſequ.* Antiquiorem editionem, cui *Wolfius* noſter annum 1527. aſſignat, editam eſſe *Baſileae* 1557. prouti ipſe *Wolfius* correxit hoc mendum, confirmauit quoque *b. Baumgartenius* citato loco.

Tom. I. *pag.* 160. obſeruat *Wolfius*, *opus grammat. hebr. Sebaſt. Munſteri* editum eſſe anno 1542. 4. vna cum libro Tobiae. Poſſideo inter libros meos editionem eius de anno 1549. *Baſileenſem* 8. mai. *ex officina Henric. Petri* emiſſam. Cum vero praefatio eiusdem a *Munſtero* iam ſcripta ſit die 10. Decembris anno 1541. vero ſimile ſit, hanc non nouam editionem, ſed potius repetitionem nouam typorum antiquioris editionis de anno 1542. a *Wolfio* memoratae fuiſſe.

Ibid. Teſtimoniis egregiis, quae *Wolfius* tum h. l. tum etiam in *Hiſtoria Lexicor. hebraic.* §. XVI. *pag.* 57. *ſequ.* adduxit, addatur teſtimonium *R. Dauid. Neumarckii* expreſſum a *S. V. Hirtio comment. de Elia Leuita.* §. XII. Neque minus honorificum eſt, quod cel. *Nagelius Diſſert.* I. *de Elia Leuita Germano.* §. X. *pag.* 29. de eodem *Elia* ſcripſit, ſequentibus verbis: „Quod ad eruditionem Eliae „Leuitae attinet, fuit egregius Grammaticus et inſignis Criticus, ſcriptor facundus „et eloquens, acutus et venuſtus poeta, Hebraicae et Aramaeae linguae peritiſſimus, „multisque libris editis et compoſitis nobilitatus.„

ELIAS BEN MOSCHE (*num.* 253.) *Tom.* I. *pag.* 163. III. 105. Liber eius *de generationibus hominis* editus quoque eſt *Wilmersdorfii* 8. ſine mentione anni, vti refert *Io. Chriſtian. Wibelius* in *Relation. innoxiis de nou. antiquis theologicis*, *ad annum C.* 1743. *pag.* 521.

ELIAS CRETENSIS (*num.* 261.) *Tom.* I. *pag.* 168. III. 107. IV. 783. Philoſophus hic inter Iudaeos celeberrimus quoque *Auerrois commentarium in Ariſtotelis libros de Meteoris* ex hebraico in latinum ſermonem traduxit. *Verſio haec latina* edita eſt *Venetiis* anno 1488. vti memorat *Cornelius a Beughem* in *Tractatu de Incunabulis typographiae* (Amſtelod. 1688. 12.) *pag.* 56.

ELIESER GERMANO (*num.* 269.) *Tom.* I. *pag.* 271. III. 109. Scriptis huius doctoris Iudaei a *Wolfio* memoratis addendum eſt tertium, quod inſcriptum eſt: פֵּרוּשׁ מְגִלַּת אֶסְתֵּר, quod prodiit *Cremonae ex officina Chriſtoph. Draconis* A. 336. C. 1576. plagul. 21. Seruatur hoc ſcriptum in bibliotheca ſenatus *Thorunienſis* publica.

ELIESER FIL. HYRCANI (*num.* 271.) *Tom.* I. *pag.* 173. III. 110. Editio *Conſtantinopolitana* capitum eius, quam *Wolfius* noſter loco poſteriori editam fuiſſe anno 253. Chriſti 1492. 4. iure meritoque a *Io. Bernhardo Derboſſi* in *Diſquiſitione de*

de typographiae hebraicae origine et primitiis. Cap. VIII. §. 16. *pag.* 102. pro falsa et supposititia declaratur. Forte *Wolfius* hic, vt alibi, numeros annorum editionis intersse confudit, cum hic liber longe antea *Constantinopoli* per *Iehudam Ben Ioseph Safon* anno Christi 1514. editus sit, vti idem vir eruditus testatur. Ad *Vorstii versionem latinam* quod attinet, eidem quoque addidit *Vorstius* annotationes nonnullas. Vid. *Io. Bened. Carpzovii dissert. de Chuppa Hebraeorum. Sect.* I. *Cap.* II. §. 2. Interim varia circa hunc foetum eruditum huius scriptoris atro carbone notauit, et partim eum in versione latina prodigiose errauisse ac obscure interpretatum fuisse, partim in annotationibus adiectis infeliciter hallucinatum fuisse, ostendit *Paulus Theodorus Carpovius* in *Animadversionibus philolog. critico-sacris. pag.* 193. 194. Praeterea hic liber capitum *R. Eliesers* editus est hebraice *Dyrenfurti* anno 1593. 4. quod memoratur in *neuen Büchersaal der gelehrten Welt. Tom.* I. *Part.* IX. *pag.* 704. *sequ.*

ELIESER BEN IACOB (*num.* 281.) *Tom.* I. *pag.* 177. Explicatio *Kabk venaki*, cuius *Wolfius* hic mentionem fecit, impressa quoque est in *bibliis Bombergianis Rabbinicis editionis Venetae* de anno 1518. vid. *Baumgarten. Nachrichten von merkwürd. Büchern. Tom.* III. *Part.* 14. *pag.* 95.

ABEXANDER COHEN (*num.* 307.) *pag.* 185. III. *pag.* 119. Plura de hoc doctore Iudaico memorat *Gabriel Groddeckius* in *Hexecontade Pseudonymorum hebr. num.* 1. apud *Wolfium* nostrum *Tom.* IV. *Biblioth. pag.* 1006. Vid. quoque *Wolfius Biblioth. Tom.* II. *pag.* 1249. num. 6.

ALPHONSUS (*num.* 321.) *Tom.* I. *pag.* 192. III. [illegible] De Iudaeis Doctoribus, quorum mentionem in hoc articulo fecit, alio loco pluribus egit idem auctor. Sic de *R. Isaaco ben Sid Tom.* I. *pag.* 684. *num.* 1249. et de *R. Mosche de Kiriath Iearim. Tom.* I. *pag* 894. *num.* 1646. conferas. Plura de his *tabulis Astronomicis* memorant b. *Fridericus Gotthilf Freytagius* in *Apparatu literario*, *Tom.* III. *pag.* 733. *sequ. Christian. Wolfius* in *Elementis Matheseos Tom.* V. *pag.* 2. *Clement. Biblioth. pag.* 209. et *Widekindus* in *Indice librorum rarior. Tom.* I. *pag.* 81. Occurrit ibidem doctissima recensio editionis earundem per *Lucam Gauricum* curatae, quae prodiit anno Christi 1524. 4. constans foliis 151. cui *Gauricus Theoremata* quaedam in fine subiunxit.

ALPHONSVS, SPINA (*num.* 323.) *Tom.* I. *pag.* 193. III. 124. Librum eius, qui inscribitur *Fortalitium fidei* dictum, cuius editio *Norimbergensis* apud *Antonium Koburgerum* impressa est, data opera descripsit eiusque quaedam excerpta dedit *Wolfius* noster, *Biblioth. hebr. Tom.* II. *pag.* 1115. 1123. Plura de hoc libro, quem inter rariores commemorat *Vogtius* in *Catalogo librorum rariorum. pag.* m. 639. adduxit *Reimmannus Biblioth. theolog. pag.* 347. *Theophilus Sincerus* in *relationibus* germanicis *de antiquis et rarioribus libris. Tom.* I. *Part.* II. *pag* 96. *sequ.* et *Wolfius* noster *Tom.* IV. *pag.* 545. *sequ.*

EPHRAIM FIL. AARON (*num.* 346.) *Tom.* I. *pag.* 209. III. 133. *num.* 3. Liber *Ir Gibborim* inſcriptus continet דרשות in Talmude occurrentes. Liber eſt intellectu difficilis. Vid. *Wagenſeilius Notit. libror. Rabbinic. pag.* 26. Interim commendanda eſt eiusdem lectio propter indicem effatorum et ſententiarum Talmudis, quae in eodem illuſtrantur, prolixiſſimum in fine adiectum, quod obſeruauit b. *Daſſouius* in *tractatu de mortuorum reſurrectione ex Iudaeorum ſententia.* b. 4.

Tom. I. *pag.* 210. III. 133. עוללות עפרים. *Wagenſeilius Notit. libror. Rabbinicor. pag.* 25. affirmat, hunc librum a Iudaeis valde aeſtimari, quod multa eaque egregia de Paſchate contineat.

ARISTOTELES (*num.* 356.) *Tom.* I. *pag.* 218. III. 135. Quod magnus hic Philoſophus morti proximus inſtar proſelyti ad Iudaeorum ſacra accederet a pluribus eruditis pro commento falliſſimo merito habetur. Eandem ſententiam de iſto refert *Buxtorfius* in loco *Catalectorum ſuorum* a *Wolfio* memorato, et epiſtolam, cuius hic mentionem fecit *Wolfius*, pro ſuppoſititia venditat.

Tom. I. *pag.* 220. *num.* 6. Conferes *Supplementa* noſtra ad *Tom.* IV. *pag.* 791.

Tom. I. *pag.* 222. *num.* 21. *liber de pomo.* Hic quoque cum latina verſione et praefatione b. *Io. Henrici Maii* prodiit *Giſſae* 1706. Auctor huius latinae verſionis vocatur *Lyſius*.

ASCHER FIL. JECHIEL (*num.* 363.) *pag.* 227. *num.* 6. Hunc librum de conſuetudinibus a *Wolfio* memoratum ab *Orchoth Chaim* plane non diuerſum eſſe obſeruauit D. *Hottinger Biblioth. oriental. et exeget. Part.* V. *pag.* 41.

ב.

R. BECHAI BEN ASCHER (*num.* 374.) *Tom.* I. *pag.* 231. III. 142. IV. 795. Aeſtimatur imprimis a Chriſtianis ob facilitatem ſcriptorum ſuorum.

Num. 1. De ſcripto *R. Bechai* ſub hoc numero a *Wolfio* memorato adfert b. *Wagenſeilius* in *Notitia librorum Rabbinicorum*, *pag.* 26. ſeſe tenere librum Manuſcriptum hoc titulo ornatum, in quo obſcuriora, quae in Commentario *Bechai* in Pentateuchum occurrunt, ex cabbala et ſcientia naturali explicantur. De editione eiusdem *Cracouienſi*, quam *Wolfius pag.* 232. memorat, b. *Daſſouius diatr. de reſurrectione mortuor. ex Iudaeorum ſententia. Dedicat. b.* 3. ſequentia obſeruat: „Prodiit etiam Cracouiae in folio typo tamen immundo et numero paginarum valde traiecto.„ Editionis *Piſaurenſis* de anno 274. Chriſtianae aerae 1514. mentionem quoque fecit eruditiſſimus *Deroſſi* in elegantiſſima *diſquiſit. de typographiae hebraicae origine et primitiis. Cap.* VIII. §. 10. *pag. m.* 98., *edit. Hufnagel.* qui auctor quoque perhibet, *Wolfium* noſtrum in mentione ſua editionis de anno 247. ſeu 1437. (quam pro ſuppoſititia declarat, prouti quoque *Wolfius* noſter

Tomo

Tomo III. pag. 142. concedere videtur) numerum 247. cum numero [illegible] confudisse et priorem falsum loco posterioris rectioris scripsisse. Prodiit quoque tertia editio huius *Commentarii Constantinopoli* 1517. *fol.* qua editione vti solebat *Richardus Simonius*, id quod ipse memorat in *catalog. auctor. Iudaic. p. m.* 602. *edit. original. Gallicae.* Prostat in eundem hunc Commentarium Index foliis 20. absolutus, qui vocatur *Sepher Manoah Maza chen Sabbi Manoah Hendel.* Excusus est in folio sub Imperatore Rudolpho et rege Matthia. In eodem omnes fere nodi in *R. Bechai* occurrentes soluuntur, ita tamen, vt numerus paginarum editionem Venetam respiciat, ceu monuit in praefatione auctoris filius *Rabbi Moses Hendel.*

Tom. I. *pag.* 233. III. 143. IV. 794. כר חקמה. Reperiuntur in hoc libro doctrinae theologicae Iudaeorum secundum ordinem alphabeticum dispositae. Hinc *Reimannus* im *Versuch einer Historie der Iüdischen Theologie pag.* 65. propter libri huius compositionem eidem Rabbino honorem primi locorum theologicorum inter Iudaeos scriptoris assignauit.

BECHAI IVDEX *num.* 375.) *Tom.* I. *p.* 235. Contendit *Wolfius* noster in fine huius paginae, hunc doctorem Iudaicum *R. Mosis Maimonidis* aetate fuisse superiorem, in qua sententia vestigia eius pressit *Buddeus Introduct. in Historiam philosoph. Hebraeor.* §. 31. *pag.* 171. Alii tamen, ex quibus *Pet. Daniel. Huetium Lib.* II. *de claris interpretibus*, *p.* 206. *Alstedium Chronolog. cap.* XLII. *p.* 436. et *Iac. Frider. Reimannum Introduct. in historiam Theol. Iudaicae Lib.* I. *cap.* 10. §. 8. *p.* 186. sequ. *not.* nominasse sufficiat, eundem anno demum Christi 1161. saeculo XII. vixisse statuunt. Ex his *Reimannus* idem ex loco quodam *R. Dauidis Ganzii Zemach Dauid*, *pag.* 137. confirmauit, quippe qui eius aetatem in tempora *Maimonidis* collocauit. Forte error *Wolfii* et *Buddei* ex eo ortus fuisse videtur, quod uterque hunc *Bechai seniorem* dictum cum *Bechai iuniore*, de quo Wolfius noster num. 374. verba fecerat, confundat.

Tom. I. *p.* 236. *num.* 1. III. *p.* 143. IV. 794.) *Chobath Halebhaboth.* Conferenda hic sunt ea, quae *Groddekius* in *Hexecontade Pseudonymorum hebraicorum num.* 14. de hoc libro obseruauit. Vid. *Wolf. Biblioth. hebraic. Tom.* IV. *p.* 1013. 1014.

BENEDICTVS DE SPINOSA (*num.* 378.) *Tom.* I. *pag.* 239. 240. III. 145. IV. 795. Vitam huius primarii verae religionis aduersarii debemus *Io. Colero*, vti refert *Wolfius Tom.* I. *pag.* 241. cuius quoque *versio germanica* prodiit *Francofurti et Lipsiae* 1733. 8. Deinde varii iique eruditissimi viri potiora, quae de vita et scriptis huius viri notanda sunt, collegerunt, eaque apto ordine disponere studuerunt. Addendi hic sunt scriptoribus a *Wolfio* memoratis b. *Iacobus Bruckerus* in *Historia critica Philosophiae. Tom.* IV. *p.* 68[illegible]. sequ. *Niceronius* in *Nachrichten von den Begebenheiten und Schriften berühmter Gelehrten. Part.* I. *p.* 265 - 283. *versionis german. Baumgarten. Iohannes Fabricius Histor. Bibliothec. Fabric. Part.* V. *p.* 61. *sequ. Iac. Frider. Reimannus im Versuch einer Historie der Iüdischen Theologie*

logie. Lib. I. *cap.* 18. §. 36. *p.* 632. *sequ.* et b. *Baumgartenius* tum in *Nachrichten von einer Hallischen Bibliothek*, tum in *Nachrichten von merkwürdigen Büchern*, quorum scriptorum loca huc pertinentia infra recensebo.

De discipulis eius primariis et sciagraphia systematis *Spinozae* philosophici ad euertendam religionem Christianam excogitati nihil hoc loco adferam, quippe quae tractatio me a scopo meo, historiam literariam *Wolfii* nostri de scriptis eius supplendi ex fontibus Wolfio incognitis, nimis abduceret. Interim non possum non quin hic lectoribus meis commendem eruditissimam disputationem, quam venerabilis D. *Balthasar Münterus Ienae* 1758. defendit, quae praeside sub titulo: „Theologiae naturalis polemicae specimen exhibens historiam, dogmata et refutationem systematis, quod a Benedicto de Spinoza nomen habet, cuius libelli academici elegantissimi summam exhibuerunt Auctores der *vollständigen Nachrichten von kleinen academischen Schriften de anno* 1760. *Part.* V. *pag.* 428. *sequ.*

Tom. I. *pag.* 240. *num.* 1. *Principia eius Philosophiae Cartesianae*, quae *Wolfius* primo loco inter scripta *Spinozae* nostri commemorat, comprehendunt 140 paginas sine praefatione. Copiosam eorundem recensionem et notitiam b. *Baumgartenius relationibus suis de bibliotheca Halensi. Tom.* I. *Part.* I. *pag.* 47. *sequ.* inseruit, ex qua argumentum huius scripti abunde constat. Eidem adiecta est *Appendix cogitatorum metaphysicorum* titulo insignita, in qua quaestiones *Metaphysicae* de ente eiusque proprietatibus generatim, de Deo eiusque perfectionibus et de anima humana ingeniosissime resoluuntur. Cum *Spinoza* in hoc scripto suo vestigia *Cartesii* eiusque Philosophiae nimis presse fuerit secutus, culpa notionum ambiguarum, quae *Spinozismo* postea occasionem dederunt, non in Spinozam, sed potius in *Cartesium* ipsum transferenda erit, quod etiam b. *Baumgartenius* obseruauit.

Num. 2. *Tom.* I. *p.* 240. 241. III. 145. IV. 795. De variis editionibus et versionibus scripti famosissimi, quod inscribitur *Tractatus theologico-politicus* conferendi sunt praeter *Wolfium* nostrum *Fabricius* in *Historia Bibliothecae Fabricianae Part.* V. *p.* 61. *sequ.* et *Iohannes Vogtius* in *Catalogo librorum rariorum. p.* 640. *sequ.* Licet liber iste raritatis notam prae se ferat, en tamen editio eiusdem, quae prodiit *Hamburgi* 1670. 4. pagiuis 233. sine praefatione absoluta in eruditorum manibus versari solet. Vberius eandem recensuit *Baumgartenius Bibliothec. Hal. Tom.* I. *Part.* I. *p.* 58-69. Secuta est hanc editionem alia, quae prodiit anno 1674. 8. quae in titulo *emendatior* appellatur, cuius etiam *Wolfius* noster mentionem fecit, suppresso loco editionis; de qua plura legantur in *Baumgartenii Nachrichten von merkwürdigen Büchern. Tom.* IX. *Part.* 52. *p.* 319. *seq.* Appendix huius editioni adiecta, quae titulo: *Philosophia S. Scripturae interpres* superbit, iam antea separatim lucem viderat publicam *Eleutheropoli* anno 1666. 4. quam editionem doctissime recensuit *Baumgartenius Biblioth. Halens. Tom.* III. *Part.* 14. *p.* 113. *sq.* Quamuis nomen *Spinozae* in titulo tractatus huius separatim editi non appareat,

Vog-

Voetius tamen *Catalog. p.* 639. hoc scriptum *Benedicto Spinozae* haud obscure tribuere videtur. Plurimi eius tamen auctorem esse perhibent *Ludouicum Meierum*, medicum *Amstelodamensem* et *Spinozae* familiarissimum amicum. Tertia vice, quod obiter hic moneo, prodiit hic liber separatim cum variis notis *D. Io. Salom. Semleri* eiusque praefatione *Halae Magdeburg.* 1776. 8. mai. Ad praecipuas *versiones Tractatus theologico-politici* quod attinet, prima eaque *Gallica* versio eius edita est sub titulo: *la Clef du Sanctuaire par un sauant homme de nôtre siécle, Amstelodami* 1678. 12. Versionem hanc in *Catalogo Bibliothecae Zochianae* falso in numerum scriptorum ad illustrationem sacrarum literarum spectantium referri, iampridem obseruauit *Baumgartenius* in *relationibus* suis *de libris memorabil. Tom.* IV. *Part.* 22. *p.* 363. Cum haec versio Gallica tam speciosam inscriptionem prae se ferens varios rumores excitaret, consultius videbatur eius auctori, hunc titulum postea mutare. Hinc iterata editio eiusdem in lucem publicam prodiit sub titulo: *Traité des Ceremonies superstitieuses des Iuifs tant anciens que modernes Amstelodami* 12. 1678. quae noua editio 531. paginas sine praefatione, indice et additamentis complectitur. Notiam huius scripti dedit accuratissimam literatissimus *Baumgartenius Bibliothec. Halens. Tom.* I. *Part.* I. *pag.* 69. seq.. Autorem huius versionis quod attinet, de eodem pace lectorum meorum ex *Baumgartenii* relatione afferam. Quidam hanc versionem tribuunt auctori *Lucae*, medico Belgico, quod affirmat inter alios b. *Reinmannus* in *Catalogo bibliothec. Reimannian. pag.* 1029. Alii iique quam plurimi, ex quorum numero tantum hic nominamus *Niceronium*, *Wolfium* nostrum *Tom.* III. *Bibliothec. hebr. p.* 145. et *Baumgartenium* loco memorato eandem vindicant Domino *de Saint Glain*, *Capitaneo Andegauensi*, vitam inter Belgas degenti. In fine huic editioni adiectae sunt *Reflexions curieuses et neceſſaires pour l'intelligence de ce liure*, quae a *Spinoza* tamquam auctore profectae continent maxima ex parte uberiorem illustrationem sententiae *Spinozae* de ordinanda forma politica regni Iudaeorum et Chronologica momenta concernunt. (vid. *Baumgarten l. cit. pag.* 71.) Tandem prodiit haec *Gallica* versio cum inscriptione: *Reflexions curieuses d'un Esprit desintereſſé sur les matiéres les plus importantes ou salut tant public que particulier*, eodem anno. Cum vero omnes hae tres editiones eodem anno publicatae fuerint, iure optimo tantum vnam editionem admittit *Baumgartenius* Gallicae versionis, quam tamen typographus lucri cupidus nouo titulo ornauit, vt eo citius exemplaria huius editionis per nouitatis speciem, qua prodibant, venderet, quam ob rem etiam in rubro statim impressionis secundae et tertiae locus editionis mutatus esse videtur. Hinc falso *Wolfius* noster *Tom.* III. *pag.* 145. tres diuersas editiones Gallicae versionis statuit. Idem quoque in eo errauisse a *Baumgartenio p.* 73. memoratur, quod affirmet, priorem tantum editionem sub clauis sanctuarii nomine editam tantum additamenta et notas marginales *Spinozae* continere. Versionem *Belgicam* huius Tractatus theologico-politici memorant *Colerus* in *vita Spinozae p.* m. 62. *sequ. Wolfius* noster *Tom.* I. *Biblioth. hebr. p.* 241.

241. IV. 795. et *Baumgartenius Biblioth. Halenſ. Tom.* I. *Part.* 1. *p.* 73. idem vero idem recenſuit ibidem *Tom.* VIII. *Part.* 43. *p.* 65. ſequ. Autor huius verſionis, quae ſub titulo Belgico: *De rechtſinnige Theologant of godgeleerde ſtaatkundige Verhandelinge* prodiit *Hamburgi*, vt titulus ſuadet, *Glaſemackerus* eandem ediderat, cum adhuc in viuis ſupereſſet *Spinoza*, qui cum probe perſpiceret inhibitionem huius libri in *Belgio* futuram, eundem ſupprimere et impreſſionem huius verſionis rationibus politicis impedire ſtudebat, quod apparet ex eiusdem *Operibus poſthumis* pag. 539. Locus impreſſionis eiusdem neque cum *Vogtio Hamburgi*, neque cum *Colero Bremae* quaerendus eſt, cum facili negotio credi poſſit, magiſtratum huius vtriusque ciuitatis impreſſum eiusmodi vix permiſſurum fuiſſe absque grauiſſima cenſura diuulgari. Rectius cum *Wolfio Tom.* IV. pag. 795. et *Niceronio* affirmatur, typis euulgatam eſſe hanc verſionem in *Belgio*. Ad alia, quae fata huius Tractatus ſpectant, iam tranſeamus. Cum hic ipſe liber grauiſſimos errores contineat, quibus infeliciſſimus eius autor fundamenta verae religionis tam naturalis quam reuelatae funditus euertere contendit, et imprimis auctoritatem librorum ſacrorum Veteris Teſtamenti labefactare ſtuduit, non mirum eſt, quod doctiſſimi quolibet tempore in refutando eius ſyſtemate et primario argumento operam laudandam adhibuerint, quorum nomina et ſcripta notauit *Colerus de vita Spinozae*, *p.* 101. Imprimis huc ſpectant *Iohannes Bredenburgius* (vid. *Wolf. Biblioth. hebr. Tom.* I. *num.* 1155. *pag.* 647. et *Baumgartenius Biblioth. Halenſ. Tom.* I. *Part.* 2. *pag.* 117. *ſequ.*) *Franciſcus Cuperus* in ſcripto ab eodem *Baumgartenio loc. citat. pag.* 122. ſequ. indicato, *Iohannes Colerus* in ſcripto Gallice edito, quod recenſuit *Baumgartenius loc. cit. p.* 132. ſequ. quibus merito addendum eſt ſcriptum, quod egregius olim Academiae Ienenſis Theologus, *Iohannes Muſaeus* vivente adhuc *Spinoza* huic ſcripto oppoſuit, cuius titulus eſt: *Tractatus theologico-politicus ad veritatis lancem examinatus. Ienae* 1674. 4. Praeſertim eundem *Spinozam* in hoc ipſo ſuo Tractatu ſpinoſo fraudulenter Iudaeorum doctorem clariſſimum *Aben Ezram* in impugnanda ſacra ſcriptura ad partes ſuas vocauiſſe oſtendit et defenſionem eius ingenioſiſſime contra *Spinozae* aſſerta in ſe ſuſcepit b. *Paul. Theodor. Carpouius* in *Animaduerſionibus philologico-critico-ſacris. p.* 37. ſeq. Vid. haec *Analecta* noſtra *ad Wolf. Tom.* I. *pag.* 73. Quamuis autem non negare audeam, librum hunc grauiſſimis erroribus contra religionem ſcatere, primaria tamen ſedes et complexus ſyſtematis vniuerſi *Spinoziſmi* ex eodem deriuari non poterit, cum *Spinoza* interdum in eodem de Deo tamquam ente a materia diuerſo loquatur, id quod iampridem b. *Moshemius Inſtitutionib. Hiſtor. eccleſiaſtic. N. Teſt. pag.* 846. obſeruauit.

Num. 3. *Tom.* I. *p.* 241. *Opera poſthuma*). Plura eaque egregia, quae ad hiſtoriam literariam huius ſcripti rariſſimi et nefandi pertinent, attulerunt *Colerus* in *vita Spinozae p.* 68. ſeq. *verſ. german. Vogtius* in *Catalogo librorum rarior.*

pag.

pag. 641. et *Baumgartenius Biblioth. Halenſ. Tom.* I. *Part.* 2. *pag.* 103. ſeq. qui copioſiſſimam dedit eiusdem recenſionem. Poſt mortem demum *Spinozae* edita ſunt haec opera, vti ex titulo ſtatim apparet, et impreſſa typis *Ioannis Rieuwertzii*, typographi Amſtelodamenſis, cui tradita fuerant omnia manu ſcripta *Spinozae* relicta. Conſtant variis ſcriptis minoribus, quorum numerum recenſuit *Wolfius*. *Primam* eamque praecipuam eorum partem conſtituit *Ethica*, cuius argumentum diligentiſſime recenſuit *Baumgartenius* loco memorato. Recentiori tempore prodiit haec ipſa Ethica germanico idiomate adiecta ſimul refutatione celeberrimi Philoſophi, *Chriſtiani Wolfii Francof. et Lipſ.* 1744. 8. mai. Vid. *Baumgarten. loc. cit. pag.* 115. ſequ. Quarum locum in his Opuſculis occupant Epiſtolae *per Amicos*, *Henricum Oldenburgium*, *Simonem de Vries*, *Petrum Balling*, *Wilhelmum van Blyenberg*, *Iohannem Ludouicum Fabritium aliosque ad Spinozam datae*, vna cum literis eius reſponſoriis, in quibus varias opiniones abſurdiſſimas protulit in medium, quarum nonnulla excerpta dedit *Colerus* in *Hiſtoria vitae Spinozae pag.* 75. *ſequ.* Vltimum ſcriptum in hac collectione exſtans eſt *compendium Grammaticae hebraicae*, de quo conferendus eſt *Wolfius* noſter *Biblioth. hebr. Tom.* II. pag. 618. *Verſionem Belgicam* horum operum *Iohannes Henricus Glaſemackerus* edidit anno 1677. quae inſcripta eſt: *De nagelate Schriften van B. d. S. cet.* 4. in qua tamen compendium Grammaticae hebraicae, collectio epiſtolarum et index editioni originali adiecta deficiunt, teſtibus *Vogtio* et *Baumgartenio*, qui huius verſionis mentionem fecerunt.

Num. 4. *Tom.* I. *pag.* 241. IV. 795. *ſequ.* In priore loco *Wolfius* noſter *Spinozam* quoque auctorem fecit libri, qui de iure eccleſiaſtico ficto ſub nomine *Lucii Antiſtii Conſtantis* prodiit, quem librum quoque *Vogtius* in *Catalogo librorum rariorum p. m.* 214. et *Iacob. Frideric. Reimmannus Introduct. in hiſtor. theol. Iudaic. Lib.* I. *cap.* 18. *p.* 642. eidem aſſignarunt. Interim ipſe *Wolfius* perperam hoc a ſe aſſertum eſſe, poſteriori loco ingenue fatetur eumque *Ludouico Meyero* diſcipulo et amico *Spinozae* vindicandum eſſe perhibet. Vberiorem recenſionem huius ſcripti exhibuit b. *Baumgartenius Bibliothec. Halenſ. Tom.* III. *Part.* 3. *p.* 25. ſequ. Vid. quoque *Mich. Lilienthalius Biblioth. theolog. Part.* IX. *pag.* 1085. *ſequ. Baumgartenio*, viro literatiſſimo neque placet *Vogtii* neque *Wolfii* poſterior ſententia, nec iis accedit, qui cum *Lilienthalio* auctorem eius eſſe perhibent *Lambertum Velthuyſen*, Carteſianae philoſophiae addictum, Profeſſorem Vltraiectinum. Potius iſte cum auctore anonymo ſcripti Gallici *la vie et l'eſprit de Mr. Benedict. de Spinoſa* in Indice ſcriptorum eius et b. *Heumanno Conſpect. reipubl. litterar. cap.* VI. §. 36. *pag. m.* 344. edit. de anno 1735. duobus eruditis, *Hermanno Schellio* et *van der Hooft* hunc foetum ingenii tribuendum eſſe cenſet.

Tom. I. *pag.* 242. Quae hic *Wolfius* de *verſione Belgica Veteris Teſtamenti* a *Spinoza* molita obſeruat, quam tamen ipſe forte non immerito, cum vix dubitandum ſit, eundem iſtam translationem quoque ſuo infeciſſe veneno, in fauillas rede-

redegerit, etiam confirmarunt *Colerus* in *vita Spinozae, pag.* 200. et *Iacobus Lelongius Bibliothec. sacr. Part.* I. *fol.* 414. *edit. Parisiens.* Vid. quoque *Io. Georg. Schelhorn. Amoenitat. literar. Tom.* VII. *pag.* 155.

R. BENIAMIN WOLF *fil.* R. ISAACI (*num.* 390.) *Tom.* I. *pag.* 246. Plura de hoc doctore Iudaico in medium adduxit *Christoph. Arnoldus* in *epistola* sua *ad Io. Christoph. Wagenseilium* data et appendicis loco huius tractatui *Sotah* subiuncta pag. 1175. Hic scriptor praeter tractatum a *Wolfio* memoratum eidem tamquam autori tribuendum esse librum Iudaicum, שאלות ותשובות inscriptum, quem *Wolfius* noster inter scripta Hebraeorum anonyma commemorat *Biblioth. hebr. Tom.* II. *pag.* 1432. *num.* 667.

BENIAMIN TVDELENSIS (*num.* 395.) *Tom.* I. *pag.* 248. III. 152. *seq.* IV. 798. Editio *itinerarii* eius *Ferrariensis* perrara est teste *Io. Bernhardo Derossio* in *Comment. historico de Typographia hebr. Ferrariensi. cap.* III. *p.* 45. Alia editio, quam in lucem publicam prodire fecit *Constantinus Lempereur*, duplici vice prodiit anno 1633. primo cum notis, deinde vero sine iisdem, quod *Wolfius* noster non obseruauit. *Versio latina Ariae Montani*, quam memorat *Wolfius*, nostris temporibus recens edita est absque textu hebraico, sub titulo: „Beniamini Tudelensis „Itinerarium ex versione latina Benedicti Ariae Montani. Subiectae sunt descriptio„nes Mechae et Medinae - Alnabi ex itinerariis Ludouici Vartomanni et Iohannis Wildii.„ Praefixa est dissertatio ad lectorem, quam suae editioni praemisit *Constantinus L'Empereur* et nonnullae eiusdem notae. *Lipsi.* 1764. plagg. 16. 8. Varia iampridem mendacia hac versione obuia detexerunt eruditi viri. quae etiam non dissimulare ausus est is, qui hanc editionem curauit. Sedulo obseruant subinde, in quibus haec versio a meliori *Lempereuriana* discrepet. Nouam eiusdem editionem promisit clarissimus olim Philologus Augustanus, *Matthias Friderictus Beckius*, vti memorat *Wolfius* noster *Tom.* I. pag. 248. III. 153. quae editio vero nunquam edita est. Vid. *Fransisc. Dominic. Haeberlini Notitia codicum Manuscriptorum bibliothecae Raymundi Krafftii.* pag. 94. sequ. Praeter *Gallicam* huius libri versionem, cuius mentionem fecit *Wolfius* noster *Tom.* IV. *pag.* 798. adhuc aliam *Iohannes Philippus Baratierius* eamque nouam edidit sub titulo: *Voyages de Rabbi Beniamin, par Iean Philipp Baratier. Amstelod.* 1734. 8. quae editio recensetur ab auctoribus *relationum innoxiarum de neu-antiquis theologicis* de *anno* 1735. *p.* 238. *sequ.* Non solum iste vir eruditus doctissimas adnotationes addidit, verum etiam singulari eruditione refertas commentationes de hoc itinerario eiusque indole praemisit, ex quibus notitia haud vulgaris de hoc celeberrimo Geographiae Iudaicae scripto hauriri potest, praemisit. Summam attentionem doctorum virorum omnino meretur ea obseruatio, quam b. *Beckius* supra memoratus notis manuscriptis versionis promissae huius Itinerarii Iudaici manu propria scriptam praemisit, quam, cum sententiam eius qualemcunque de eodem exhibeat, in gratiam lectorum meorum ex *Haeberlini* loco citato hic describam. Sic enim scripsit *Haeberlinus*: „Beckii

„ceii ſententiam, qua hoc ipſum itinerarium non ipſum Beniaminem ſcripſiſſe „contendit, eius ipſius verbis ex initio Notarum eius depromptis transſcribam, „cum alii eruditi hoc opus ipſi Beniamini tribuant. — — Ex relationibus, quas „enarrauit, exinde colligitur, non ipſum Beuiaminem, quippe itineribus factis „haud diu ſuperſtitem, ſed potius alios Iudaeos libellum hunc confeciſſe, (quin et „aliquando de ſuo edieciſſe) cum ex relatione orali, tum ex pugillaribus Beniami-„nis, in quibus is, vt hic dicitur, quicquid uſpiam vidit vel audiuit, adnotauerat, „ſed, prouti peregrinantes facere ſolent, ruditer et imperfecte; Beniaminem ita-„que hunc, tamquam foetum immaturum Parente decedente vita dignum iudican-„tes Iudaei Hiſpani obſtetricantibus manibus ſuſtulerunt, perfecerunt, et in lucem „ediderunt: quae R. Petachiae quoque Itinerarii Sibbuf Haolam dicti fata fuerunt. „R. Dauid Ganz in Chronologia ſua Zemach Dauid dicta Part. I. ad Ann. a creato „mundi 4933. pag. 55. b. inter alia de hoc Beniamine haec ſcribit: וכתבה בספר, „et ſcripſit ea in libello, per quem ſi Pugillares intelligit, nos conſentientes habet, „diſſentientes autem, ſi de perfecto hoc opuſculo loquatur. Multo magis vero „diſcedimus nos ab Aria Montano, qui totum hoc opus, cuius hic Libellus ſit Epi-„tome, ab auctore ipſo conſcriptum eſſe, in praefatione verſionis ſuae latinae per-„ſuadere nobis absque teſtis auctoritate fruſtra ſatagit.„

Caeterum licet fidem *Beniaminis* huius ſatis ſuperbe extollant Iudaei, iudi-cia tamen non admodum aequa virorum eruditorum de eius itinerario collegerunt *Wolfius* et poſt eum *Barateriu*s *diſſertat.* I. *in Benjam.* §. 4. *p.* 7. *ſequ.* Ex his memoratu dignum eſt iudicium *Hermanni Conringii*, quod extat in eius *Paradoxis de nummis Hebraeorum. Cap.* XI. *p. m.* 105. *edit. Helmſtadienſ.* „In vniuerſum, ſcribit „autor iſte cipporum videtur eiusdem fuiſſe indolis cum Beniamine, vel „potius eius, quae vulgo Iudaeis eſt pene communis, quae nempe in parte pieta-„tis collocat mentiri, ſi videatur id ſuo ſuperſtitioſo zelo commodum.„ *Barate-rius* longius reliquis proceſſit, ſententiam ferens citato loco, *Beniaminem* iſtum iter deſcriptum nunquam confeciſſe, ſed incertos rumuſculos conuaſaſſe, quo ſic opinionem de gloria, ſplendore atque dominatu ſuae gentis in remotiſſimis terris ſtabilitam iret, ſicque vaticinium Iacobi de ſceptro a Iuda ablato irritum redderet. Quae ex eodem obſeruauit *Io. Georg. Michaelis* in *Symbolis literariis Bremenſibus Tom.* III. *Part.* IV. *p.* 607. 608. Errauiſſe quoque *Beniaminem* conſtat, cum mentionem fecerit *Itinerar. p.* 124. rei muſicae Hebraeorum, vbi obſeruat, melodias veterum Hebraeorum apud *R. Eleaſar Zemach* reperiri, qua in re ab aliis Iudaeis eundem mendaciorum eſſe conuictum teſtati ſunt *Salomo van Til* in *der Dicht-Sing- und Spielkunſt der alten Ebraer. p.* 465. et *Io. Zachar. Hilligerus* in *diſſert. de Pſalmorum, hymnorum atque odarum ſacrarum diſcrimine.* (*Witteb.* 1720.) *Sect.* I. §. VI. *p.* 13. not. n. Plura de fide *Beniaminis* aliis in rebus erudite diſputauit *Henricus Sahrbau* in *noua Bibliotheca Lubecenſi. Volum.* II. *p.* 29. 30.

BEZALEEL *fil.* R. SALOMO. (*num.* 417.) *Tom.* I. *pag.* 265. III. 159. De scripto, quod primo loco *Wolfius* noster huic Rabbino tribuit, scripsit praeter alios *Dassouius Diatr. de resurrectione mortuorum ex Iudaeorum sententia. Dedicat. c.* sequentia: „Plerasque Rabbinorum allegorias per totam Scripturam passim occurrentes explicuit R. Bezaleel Darschan in Sepher Ammudeah Schisa cum indice locupletissimo.„ Corrigunt hunc *Dassouii* lapsum et vero auctori *R. Bezaleel filio R. Salomonis* ex *Kabhrin* vindicant auctores *supplementi indicis librorum typis Dyrenfurtensibus* [illegible] *vulgatorum* in *dem neuen Bücherſaal der gelehrten Welt. Tom.* II. *Part.* 14. *p.* 94. *seq. num.* 22. Sic vocatur etiam auctor huius operis in censuris eidem praemissis. Conf. *R. Schabtai Lab. dormient. Lit. V. num.* 59.

BARVCH FIL. R. ISAAC WORMATIENSIS (*num.* 422.) *Tom.* I. *p.* 268. III. 163. IV. 800. *Sepher haterumah.* Commentarium prolixissimum in hunc librum Rabbinicum excusum *Venetiis* anno 1643. fol. auctore *R. Samuele Isaaco* se vidisse testatur h. *Danzius* in Collegio manuscripto Rabbinico. Ibidem quoque obseruauit idem, librum hunc valde difficilem esse intellectu.

BERVRIA (*num.* 432.) *Tom.* I. *pag.* 271. III. 164.) *Zeltnerus* in doctissima dissertatione a *Wolfio* nostro in loco posteriori citata adduxit memoratu dignissimum locum *Thalmudis Hierosolymitani*, qui in resoluenda quaestione de antiquitate punctorum vocalium codicis hebraei non est negligendus, quo etiam ad euincendum, Iudaeos adhuc Saeculo secundo post Christum natum nondum Bibliorum codicibus punctatis instructos fuisse, vtitur doctissimus *Michael Merckelius uermischt. Anmerkungen aus der Philologie, Kritik und Theologie. Collect.* I. *Num.* 3. Vid. *B. Ernesti Biblioth. theol. recentiss. Tom.* II. *Part.* VI. *p.* 558. *seq.*

BERACHIA HANNAKDAN (*num.* 435.) *Tom.* I. *p.* 272. *seq.* III. 165. IV. 800. Hic ipse doctor Iudaicus praeter nomen *Rabbi Berachja ben Nittronai* quoque cognomen *Krispi* accepit apud *Bartoloccium Biblioth. magn. Rabbin. Tom.* I. *p.* 699. Alii eum quamuis immerito vocant *Barentonium*, et rursus alii vocem hebraicam *Hannakdan* latine expressuri *Punctatorem* appellant.

Fabulae eius *de vulpibus* excusae sunt *Wolfio* nostro referente *Mantuae* 1557. 8. Rarissimam editionem hanc vocat *Buxtorfius Biblioth. rabbin. p.* 381. *edit. Basileens. p.* 139. *edit. Herbornens.* De eadem raritate testimonium perhibuit clarissimum *Dauid Clement. Bibliothéque curieuse historique et critique. Tom.* III. *pag.* 151. vbi praeter mentionem raritatis de hac editione scripsit sequentia: „Notre edition „aiant vû le jour chez Ioseph ben Iacobi de Padoue, a donné l'occasion à Thomas „Hyde de citer une edition de Padoue 1557. 8. au lieu de mettre de Mantoue, ou „elle a veritablement eté imprimée. Robert Fisher a perpetue cette faute dans „son Catalogus Bibliothecae Bodleianae. Tom. I. pag. 140.„ Vid. quoque de hoc libro *Melchior. Ludou. Widekind.* Verzeichniß von raren Büchern. *Part.* III. *pag.* 390. sequ. Specimen bigae fabularum harum translatarum exhibuerunt auctores *Epistolarum Berolinensium ad literaturam recentissimam pertinentium. Part.* XII.

XII. (*Berol.* 1756. 8.) epist. 30. vbi simul praeiudicium, quod nonnullos occupauit, confutatur, quod fabulae in hoc ipso libro Iudaico obuiae deprompt[illegible] fuerint ex libro antiquissimo Germanorum *de Reineke Vos* inscripto. Vid. *Ephemerid. Lipsi. nou. litterar.* de anno 1758. *Scid.* 59. p. 527. 1759. *Scid.* 41. *pag.* 365. *Ephemerid. Goettingens.* 1758. *Scid.* 67. *pag.* 648. et *Bibliothec. Lipsiensem* germanicam *elegantiorum scientiarum et artium liberal. Tom.* III. *Part.* I. *num.* 4. quo in loco insertum est hoc specimen fabularum Iudaicarum.

Tom. I. *pag.* 273. lin. 2. *Melchioris Hanel*, discipuli *Athanasii Kircheri.* Ex huius praeceptoris erga *Hanelium* amore forte deriuandum est lenius iudicium *Kircheri*, quod falsum esse perhibuit *Wagenseilius Notit. librorum Rabbinicorum. pag.* 32. Vid. quoque *Wolf. Tom.* IV. *pag.* 800.

Coniecturam huic numero adiicio. Cum b. *Dassouius* in Diatribe de *mortuorum resurrectione ex Iudaeorum sententia. Dedicat.* b. 4. obseruet, *Berachiam* quendam librum sub titulo זרע ברך consignauisse, hic *Berachias* forte idem fuit, cuius nostro in loco mentionem fecit *Wolfius.* Idem *Dassouius* loco citato memorat, eundem *Berachiam* duos scripsisse in Pentateuchum commentarios in folio eiusdem nominis. „Cum autem„ verba eius sunt, „primum non tanti aestimari „a Iudaeis animaduerteret, atque quidem putarat, secundum accuratius elabora„uit, vt maximam partem in allegoriis ex Medrasch rabba, Sohar, Ialkut, Tan„chuma, Medrasch Chasis Schochad tobh etc. explicandis versetur, vocauitque „eundem Chelek Scheui, in quo simul notauerit omnes ac singulas Veteris Testa„menti Paraschas. Prodiit hic ipse secunda vice elaboratus commentarius Amstelo„dami anno Christi 1662. cui adiungendus est Sepher Lebh Arjeh R. Iehuda Ar„jeh Lebh.„

I

Tom. I. *pag.* 280. in medio fere paginae) *Cracouiae* 1596. 4. Seruatur haec editio in *bibliotheca Thorunienſi publica*, et constat plagulis viginti et nouem.

GERSON B. MOSCHEH. (*num.* 460.) *Tom.* I. *pag.* 283. III. 174. IV. 802. Libri eius *de finibus terrae Israelitiae* editio sine mentione anni impressionis suae prodiit *Lublini*, cuius mentionem *Wolfius* non fecit, quae inter rariora Iudaicae geographiae monumenta omnino referri meretur teste *Vogtio* in *Catalogo librorum rariorum pag.* 304.

I

DAVID FIL. IOSEPHI ABVDRAHAM. (*num.* 471.) *Tom.* I. *pag.* 289. III. 177. IV. 803. *Libri precum* huius Iudaeorum doctoris editio prodiit quoque *Vlyssiponae* anno aere Iudaicae 255. Christi 1495. duabus columnis instructa, quae constat foliis 170. Character eius est Hispanus Rabbinicus. Data opera descripsit eandem a *Bartolocio* et *Wolfio* nostro praetermissam *Io. Bernhard. Doross* in

Disquisitiones de typographiae hebraicae origine et primitiis. Cap. VI. §. 12. *pag.* 72. *sequ. edit. Hufnagel.*

DAVID GANS (*num.* 481.) *Tom.* I. *pag.* 292. III. 181. *sequ.*) Ad librum eius chronologicum *Zemach Dauid* inscriptum quod attinet, b. *Wagenseilius* in *Notitia librorum Rabbinicorum pag.* 27. de eodem sequentia refert, nouam editionem eius prodiisse, quae usque ad recentiora tempora procedat, verum hac in re chronologica vix aliquid tribuendum esse Iudaeis simul obseruat. De *Vorstii versione latina Wolfius* noster *Tom.* I. *pag.* 294. *sequ.* iudicia eruditissimorum virorum parum mitia iam adduxit. Addenda sunt iis, quae *Richardus Simonius* tum in *Historia critica V. T. lib.* III. *Catalog. auctorum Iudaic. pag.* 147. seq. tum in *Supplementis ad Leonem Mutinensem. Cap.* XV. *pag. m.* 79. 80. obseruat. Priori loco scribit iste: „Versio Vorstii mendosissima et ad originale saepius castiganda est.„ Posteriori loco simul de opere chronologico *R. Gedaliae Schalschaleth hakkabbala* inscripto iudicium profert. Cum vero hoc ipsum scriptum, de quo *Wolfius* num. 451. pluribus commentatus est et opus chronologicum *R. Dauid Ganzii* potiora scripta sint, meis lectoribus vt constet, quid *Simonius* de vtroque iudicauerit, totum hunc locum hic inserere placet. „Rabbi Gedalia„ scribit, „fabulis nugisque repleuit Chronologiam abs se compilatam, quae inscribitur Schalscheleth hakkabbala; huc namque praecipuus Iudaeorum tendit labor in historicis, vt perpetuam „nec incorruptam et Doctorum et Scholarum suarum edoceant successionem, ut „eo fortius Karaeorum reprimere possint audaciam, qui insignem Traditionum numerum istum detrectant, quae etiamsi a Rabbinistis sanctissime custodiantur, Karaeis nihilominus nimis infirmae iudicantur. Et vero eadem ratione inductus R. „Dauid Ganzius adornauit Chronicon suae gentis gratia ad nostra vsque pertingens „tempora, licet in parte secunda dilapsus omnino sit ad aliarum nationum Chronologiam exeutiendam. Verum praeterquam quod Iudaei vt plurimum hospites „sint in nostra historia, turpiter saepissime etiam offendunt ac hallucinantur nostros „in interpretando. Vnde male ageret, qui, quod aliunde melius rectiusque edoceri poterit de rebus gestis, ex his tamen tam putidis vellet haurire riualis.„

Circa inscriptionem huius libri *Zemach Dauid* adhuc obserno, *Dauidem de Pomis lexico* suo *hebraico* eundem titulum indidisse, quod testatur *Buxtorfius bibliotb. Rabbin. pag.* 173. *edition. Herbornens.* et *Wolf. Tom.* I. *pag.* 311. 312. III. 195. *num.* 499.

Tom. I. *pag.* 293. III. 181. Ad editionem *Francofurtensem* huius operis quod attinet, auctores *relationum menstruarum Ienensium de viris eruditis eorumque scriptis* de anno 1727. pag. 369. memorant, in eadem praeter inscriptionem a *Wolfio* hic adductam separatum adhuc titulum praefixum esse operi, in quo, licet editor ex mente *Wolfii Tom.* I. *pag.* 293. appelletur *Ben Mosche Reinsdorfensis*, continuatio tamen eiusdem tribuatur *R. Dauidi de Lara Lusitano.* Interim tamen coniiciunt iidem, hanc glossam tantum a typographo Francofurtensi forte commendandae

dandae editionis caussa sdiectum fuisse, cum in titulo exstet, eam impressam esse *Francofurti ad Moenum* ex typographeo *Wustiano* anno 1692. Hinc etiam auctor *catalogi Triglandini* et *Tilliani* memoratam continuationem tribuit Rabbino *Dauidi de Lara*, quod iam obseruauit *Wolfius* noster *Tom.* I. *pag.* 294. Variae potuerunt causae subesse, quae huic glossae typographicae ansam praeberent. Forte typographus editionem hanc eo magis commendandam reddere volebat eruditis inter Christianos Philologis, quos labores *R. Dauidis Cohen de Lara* eruditos magno semper habuisse in pretio constat inter omnes, qui Historiae litterariae orientalis haud sunt ignari. Forte etiam iste *R. Dauid ben Moses Reinsdorfensis* vehementer gloriatus est, se ad antiquissimam familiam clarissimam inter Lusitanos *de Lara* pertinere atque ex ea prognatum fuisse.

Tom. I. *pag.* 295. III. 182.) Scriptis *R. Dauidis Ganzii* a *Wolfio* hic adductis addendum adhuc est scriptum ab ipso sub titulo sequenti: ספר נחמר ונעים adornatum, quod S. V. *Hirtius Biblioth. oriental. et exegei. Part.* VII. *num.* 3. *pag.* 22. sequ. plene et accuratissime descripsit. Prodiit liber hic Iudaicus demum post confectam Wolfii nostri Bibliothecam Iesnitii ex typographeo *Israelis ben Abrahami* anno 503. Christi 1743. 4. vnde omissio eius apud *Wolfium* ipsi minus imputanda erit. Caeterum in titulo huius scripti ab *Hirtio* in linguam vernaculam translato alia eiusdem duo scripta *R. Dauidis Ganzii* recensentur, quorum etiam *Wolfius* nullam in Bibliotheca sua fecit mentionem.

DAVID VIDAL (*num.* 489.) *Tom.* I. *pag.* 296. III. 184. IV. 805. *num.* 2. *Aureolum Dauidis.* Editionis, quam b. *Io. Henricus Wolfius*, Gymnasii Gerani quondam Conrector dignissimus curauit, vberiorem recensionem dederunt auctores eruditi *relationum Ienensium menstruarum de viris eruditis eorumque scriptis* de anno 1726. pag. 118. sequ. quae lectoribus meis ob copiam rerum de hoc Rabbino eiusque scriptis valde erit commendanda.

DAVID KIMCHI *fil.* IOSEPH KIMCHI (*num.* 495.) *Tom.* I. *pag.* 301. Hunc celeberrimi nominis doctorem Iudaicum multa in suis commentariis in libros Regum mutuasse et exscripsisse ex libro talmudico *Midbar rabba* et *Baal Aruch*, obseruauit *Samuel Bochartus Hierozoic. Part.* I. *fol.* 21. II. 129. Simili ratione eum multa surripuisse ex tractatu talmudico *Baua Bathra* et *Aruch*, licet eorundem librorum nullam fecerit mentionem, notatur a *Iohanne Drusio* in *Annotationibus ad Genes.* I, 1. *Bibliorum criticor. Anglican. Tom.* I. *pag.* 29. et *Io. Frischmuthio* in *dissert. de gloria templi secundi cap.* II. §. 14. Hinc merito *Kimchius* noster a *Christiano Ludovico Schlichtero* plagii litterarii accusatur in *Symbolis litterariis Bremensibus. Tom.* I. *Part.* I. *pag.* 94. *sequ.*

Tom. I. *pag.* 301. *lin.* 15. *Leiriae* 1494.) Vid. *Wolf. Tom.* II. *pag.* 397. Quae ibidem de commentario huius Rabbini obseruauit *Wolfius*, quodammodo supplentur ab eodem *Tom.* II. *pag.* 399. Videantur quoque hic, si placet, quae vtrumque ad locum infra adnotabo.

Com-

Commentarii doctiſſimi huius *Kimchii* verſionem latinam adornauit *Caeſar Malaninaeus*, quae notis quibusdam inſtructa *Florentiae* anno 1774. in forma quarta prodiit, et recenſetur a *b. Erneſtio* in Bibliotheca *theolog. nouiſſim. Tom.* IV. *P.* III. *pag.* 163. 169.

Tom. I. *pag.* 303. III. 191. Recenſionem Editionis a *Paulo Fagio* commentarii eruditiſſimi *Kimchiani* in *Pſalmos* accuratiſſimam dederunt *Baumgartenius Nachricht. von merkwürd. Büchern. Tom.* VII. *Part.* 41. *pag.* 385. 387. et *Iacob. Wilhelm. Blauſuſius in vermiſchten Beyträgen zur Erweiterung der Kenntniſſ merkwürdiger und ſeltener Bücher. Part.* I. *pag.* 221. *ſequ.* In exemplari, quod *Wolfio* ad manus fuit, deficiebant obiectiones huius Rabbini contra Chriſtianos, id quod quidem ex verbis *Wolfii* in *nota pag.* 303. addita: *in has autem cet.* colligit *Baumgartenius*. Quae vero obiectiones *Kimchii*, ſpeciatim eae, quas in appendice Pſalmi ſecundi conſignauit litteris, cum ab ipſo *Bartoloccio* memorentur, in *Baumgarteniano* exemplari huius editionis etiam extiterint, rectiſſime *Baumgartenius* exinde concludit, hanc appendicem non omnibus huius editionis *Iſnenſis* exemplaribus adiectam fuiſſe. Videantur interim ea, quae de iisdem obſeruauit *Wolfius* noſter *Tom.* IV. *Bibliothec. pag.* 807. Ipſam hanc editionem *Pauli Fagii* quod attinet, *Adrianus Relandus* in *Prolegomenis Analectorum Rabbinicorum pag.* 33. eandem appellauit *rariſſimam* et *integerrimam*. Adſcripſit quoque *b. Iohannes Andreas Danzius* ſuo exemplari huius editionis, quod nunc in publica Academiae Ienenſis bibliotheca ſeruatur, ſequentia, ex quibus *Danzii*, viri quondam in litteratura Rabbinica verſatiſſimi, iudicium qualecunque de hac editione conſtat. iudicium: „Eſt haec ipſa editio multo copioſior planiorque ſenſui conſtituendo, quam „vlla praecedentium Venetarum. Vnde autem editor haec ſua ſupplementa hauſerit, an ex manuſcriptis codicibus inter ſe collatis, an vero ex mera coniectura, „non liquet. Quodſi coniecturam ſecutus eſt, tanto auctoritatis haud quaquam „reputentur. Oſtendit tamen ſe nec iudicio deſtitui nec notitia linguae.„ Vid. *Relation. germanic. menſtruas Ienenſ. de viris eruditis eorumque ſcriptis.*, ad annum 1727. *pag.* 370.

Tom. I. *pag.* 305. ſeqq. III. 192. IV. 807. (מכלול) Excerpta *Partis ſecundae* huius operis, quae *librum radicum* ſiſtit hebraearum, dedit *Santes Pagninus* in *Theſauro linguae ſanctae* ex *R. Dauidis Kimchii* libro radicum contractiori et emendatiore, qui prodiit Lutetiae *Pariſ. ex officina Roberti Stephani* 1495. 4. de quo conferatur *Frideric. Gotthilf. Freytagii Apparat. litterar. Tom.* III *pag.* 177. 182. vbi varia, quae ad hiſtoriam huius libri ſcitu neceſſaria ſunt, obſeruantur. Obiter hic mihi notatu dignus videtur error litterarius a *Thoma Popeblountio* in *Cenſura librorum. pag.* 280. et *Michaele Neandro Erotemat. linguae hebraic. pag.* 553. commiſſus. Vterque affirmauit, ſecundam partem huius operis *Michlol* dicti eſſe *Lexicon Talmudicum*, cum tamen lexicon ſit vocum in ſacro codice Veteris Teſtamenti occurrentium, cuius in Talmude vſus fuerit paene exiguus tantum illis in

locis,

locis, quae etiam in sacro codice reperiuntur. Nec hic silentio praetereunda sunt studia duorum doctorum Iudaicorum, *R. Samuelis ben Lateph* et *R. Iosephi Kaspi* in eiusdem *Scharschoth keseph*, quibus circa hunc librum radicum *Kimchii* laudanda opera versati sunt, vti testatus est iampridem *R. Schabtai.* Prioris enim cura prodiit editio *Neapolitana* eiusdem libri de anno 1490. quippe qui in praefatione huius editionis ingenue profitetur, se librum [illegible] formis exscriberetur, ad fidem codicum nonnullorum hebraicorum correxisse. Vid. *Wolf. Tom.* I. *pag.* 307. et infra *num.* 2099. *pag.* 1109. De posteriori [illegible] quaedam huc pertinentia adduxit *Wolfius* noster *Tom.* I. *pag.* 309. Editiones huius inter Iudaeos pariter ac christianos celebratissimi scripti quod attinet, primo loco memoratur a *Wolfio* nostro editio *Veneta* apud *Cornel. Adelkind* in domo *Bomberg.* 1545. edita. Interim in eo peccasse videtur *Wolfius*, quod scripserit, prodiisse hanc editionem in folio maiori, cum tamen edita sit in forma octaua, vti obseruauit *Baumgartenius* nonnulla de eadem erudite referens in *Nachricht. von merkwürdigen Büchern. Tom.* VII. *Part.* 41. *pag.* 391. Neque minori diligentia editio ista partis secundae huius Michlol seu libri radicum, quam typis exscriptam esse *Venetiis* apud *Marcum Antonium Iustinianum* in folio *Wolfius* noster refert *Tom.* I. *pag.* 306. recensetur ab eodem *Baumgartenio loco citato. pag.* 393. sequ. Prodierunt quoque *Neapoli* duae eiusdem *Sepher Schoraschim* editiones. Prior enim lucem vidit publicam ibidem 1490. teste ipso *Wolfio pag.* 306. alteram vero 1491. editam esse *Wolfius Tom.* III. *Biblioth. pag.* 194. perhibet. Vtramque doctissimus inter Italos rei literariae indagator felicissimus, *Iohannes Bernhardus Derossi* in *disquisitione de hebraicae typographiae origine et primitiis. Cap.* V. §. 13. *pag.* 53. sequ. *Cap.* VI. §. 11. *pag.* 60. sequ. data opera erudite descripsit. Posterior editio constat foliis 250. prior vero 166. vti idem obseruat. Adfert quoque quosdam characteres, quibus vtraque editio a se inuicem secerni et distingui queat. Scribit enim ibidem *pag.* 53. sequentia: „Vtraque editio est apud me, prior quidem (1490.) integra „pagina conflata cum rabbinicis bibliorum testimoniis in margine, altera vero du„plici columna distincta insertisque in Kimchianum ipsum contextum illis auctori„tatibus. — Prior charactere quadrato constat vt altera, sed absque vllo prorsus „ornatu ab auctoris praefatione incipit, cuius priora vocabula eodem plane cha„ractere maiori exhibentur, quo singulae verborum radices.„ Caeterum de hoc Lexico quid sentiant eruditi, pluribus exposuit *Wolfius* noster *Bibliothec. Tom.* I. *pag.* 309. *Bertrami* iudicio ibidem exposito iam subscripserat idem *Wolfius* in *Historia Lexicorum hebraicorum* §. VI. *pag.* 41. *sequ. Grammaticam hebraicam Kimchii* quod attinet, eadem studio et opera *Agathiae Guidaceri Lutetiae Parisiorum* anno 1540. in forma octaua prodiit in lucem publicam, in qua editione exhibitus est textus hebraicus vna cum versione latina *Guidaceri.* Vid. *Wolf. Histor. Lexicor. hebraic. pag.* 42. *sequ.* Caeterum plura de *Michlol Kimchii* memoratu

digna adduxerunt in medium. *Buxtorfius* Biblioth. rabbinic. pag. 121. et *Ioannes Chriſtoph. Harenbergius* in *Muſeo Bremenſi*, *Volum.* II. *Part.* II. *pag.* 307.

Tom. I. pag. 309. lin. 12. citatur a *Wolfio R. Eliſa* vel potius *R. Elieſer fil. Abraham*, de quo conferatur *Wolf. Biblioth. Tom.* I. *pag.* 170. *num.* 267.

Tom. I. *pag.* 310. III. 188. *Harduini* ſententia poſteriori loco adducta exſtat in eiusdem *operibus ſelectis*. Illit autem *Harduinum* iudicium. Vixit enim et claruit *Kimchius* iam anno C. 1190. vti *R. Dauid Ganz* in *Zemach Dauid* et *R. Gedalia* in *Schalſchelethhakkabbala* teſtantur. Pluribus hoc argumentum de aetate *Kimchii* perſecutus eſt *Ioannes Andreas Schmidius* in *ſtricturarum theologicarum in Harduini opera ſelecta Helmſtadii* 1710. *publicatarum* loco a *Wolfio* memorato.

Caeterum pluribus de *R. Dauide Kimchio* conferendi ſunt *Bartoloccius Biblioth. magn. Rabbinic. Part.* II. *fol.* 24-35. *Richardus Simonius Hiſtor. critic. Veteris Teſtam. lib.* I. *cap.* 31. et *Buddeus Introduct. in hiſtor. Philoſoph. Hebraeor. pag. m.* 150.

DAVID DE POMIS (*num.* 499. *Tom.* I. *pag.* 311. *ſequ.* III. 195. Non confundendus eſt hic Doctor Iudaicus cum *Chriſtiano de Pomis*, de quo pluribus egit *Wolf. Biblioth. hebr. Tom.* III. *pag.* 979. IV. 965. *num.* 1897. c. *Lexicon* eiusdem vehementer commendauit *Richardus Simonius* in *ſupplementis ad Leonem Mutinenſ. cap.* XV. *pag.* 82. eique maius pretium tribuit, quam *Buxtorfii* lexico maiori.

Tom. I. *pag.* 312. *lin.* 11. *Scaligeri* epiſtolam, in qua nimis abiecte de hoc *Lexico* iudicauit, ſcriptam ad *Buxtorfium*, praemiſit idem *Buxtorfius* quoque ſuae *Inſtitutioni epiſtolari hebraicae*.

DAVID COHEN DE LARA (*num.* 501.) *Tom.* I. *pag.* 318. *num.* 1. *lin.* 3. Expoſitio aenigmatis *Aben Ezrae* ſub titulo: דברי דוד a *Wolfio* hic adducta quoque praemiſſa eſt maioribus Bibliorum Rabbinicorum editionibus, ſpeciatim *Venetae* et *Baſileenſi*. Obiter hic memorandum eſt, ſub eodem titulo prodiiſſe quoque alium librum Iudaicum *Dyrenfurti* anno Chriſti 1689. vel 1690. cuius auctor inter ſaeculi XVII. Magiſtros vir conſpicuus anno Chriſti 1650. claruit. Vid. *Supplementum Indicis librorum in Sileſia typis Dyrenfurtenſibus evulgatorum* im *neuen Bücherſaal. Tom.* II. *Part.* 14. *num.* 1. *pag.* 91.

DAVID NIETO (*num.* 512.) *Tom.* I. *pag.* 324. *lin. penult.* Editionem *Londinenſem*, quam *Wolfius* hoc loco memorat, vberius recenſuit b. *Baumgartenius Nachricht. von merkwürdigen Büchern. Tom.* IX. *Part.* 51. *pag.* 210. ſequ. Totus hic liber, referente eodem, duabus columnis vniuscuiusque paginae diſtinctis, Hebraico idiomate et Hiſpanico eſt impreſſus. Dedicatio *Hiſpanice*, praefatio autem in vtraque lingua expreſſa eſt. Opus ipſum comprehendit quinque colloquia, quorum argumentum memorat *Baumgartenius*. Character ſcripturae hebraicus, a ty-

a typotheta in hac editione adhibitus non eſt vt alias rotundus Rabbinicus, ſed maior, quem quadratum appellare ſolent Philologi.

DAVID PARDO (*num.* 516.) *Tom.* I. *pag.* 325. III. 206. Librum *Schülchan taor* appellat *Wagenſeilius Notit. librorum Rabbinicorum. pag.* 33. librum in forma duodecima, in quo deſcriptio rituum et ceremoniarum Iudaicarum breuiter et perſpicue tradita fuerit, quo plurimum vti ſolebat *Gnollaeus* Capellanus Fürthenſis, quoties aliquid de ritibus Iudaicis ſcire cuperet.

ה.

HAI GAON (*num.* 541.) *Tom.* I. *pag.* 344. III. 227. IV, 812. num. 3. *Muſar haſcel.* Carmen ethicum appellat *Andreas Bauerus* linguae Hebraicae quondam in Academia Lipſienſi Profeſſor in *praefatione ad oracula Veteris Teſtamenti ſelectiora, in quibus potiores aphoriſmi theologici in loco de Deo vno et trino, nec non attributis diuinis fundantur.* Memorat quoque ibidem iſte, eundem librum poeticum a *Iacobo Eberto*, Profeſſore olim in Alma Viadrina doctiſſimo in latinum ſermonem translatum eſſe. (vid. *Wolf.* noſtro loco). Commendatur quoque ibidem valde tum propter breuitatis laudem, tum propter elegantiam verborum cum rerum grauitate ſumma coniunctam, et quod non parum faciat ad pleniorem conceptum de poeſi Hebraeorum formandum.

Tom. I. *pag.* 345. *lin.* 2. *Conſtantinopoli)* anno 1511, obſeruante *Io. Bernhard. Deroſſi de Typograph. Ferrarienſi. Cap.* III. *pag.* 30.

HILLEL BEN NAPHTALI HIRSCH (*num.* 554.) *Tom.* I. *pag.* 351. Editionem *Dyrenfurtenſem*, cuius *Wolfius* mentionem fecit, memorat quoque auctor anonymus *Indicis librorum Dyrenfurtenſium* im *neuen Büchersaal. Tom.* II. *Part.* 14. *pag.* 98. qui inter alia ſcripſit de eodem Rabbino: *Filium reliquit R. Moſen, qui Patris operi praefationem et adnotationes addidit.*

ו.

ABV WALID *fil.* GANNAI (*num.* 559.) *Tom.* I. *pag.* 353. De eius *Grammatica hebraica* pluribus conferendus eſt *Wolf. Tom.* I. *pag.* 486. *num.* 836. vbi quoque euoluantur ſupplementa noſtra.

VICTOR A CARBE (*num.* 565.) *Tom.* I. *pag.* 355. III. 238. ſequ. IV. 568. 818. Omnibus his in locis *Wolfius* mentionem facit *Propugnaculi fidei Chriſtianae* ab hoc Iudaeo ad Chriſtianorum ſacra conuerſo, in gratiam gentis ſuae et aliorum conſcripti. Idem quoque argumenta potiora huius libri Anti-iudaici breuibus complexus eſt, quae tamen *Wolfii* relatio de argumento huius libri iudice literatiſſimo *Dauide Clement. Bibliotheque hiſtoriqu. et critiqu. Tom.* VI. *pag.* 250. magna obſcuritate adhuc premitur, quod etiam *Salthenius Catalog. librorum rariorum Bibliothecae ſuae pag.* 51. concedit, licet raritas libelli eximia ex poſterioris viri eruditi ſententia *Wolfium* noſtrum quodammodo excuſare videatur. Raritatem

insignem huic libro iam tribuit praeter *Wolfium* et auctores citatos *Vogtius* in *Catalogo librorum rariorum. pag.* 170. *Wolfii* relatio nititur notitia, quam ipsi suppeditauerat *Engererus* (Vid. *Tom.* IV. *pag.* 568.) haec vero ita comparata est, vt incerta et dubia magis quam certa continere videatur. In exemplo *Engereri* mentio anni editionis facta est, qui designatur per numerum 1518. Quid si haec antiqua manus in eo erranisset, cum typis non impressus fuerit editionis annus? Alia praeterire malo, quam *Wolfium* incertitudinis amplius accusare, quam in tantis tenebris, quibus hoc scriptum vt alia monumenta antiqua Iudaicae literaturae involutum est, facile *Wolfio* nostro quilibet lector aequus condonabit. Neque certiora sunt, quae summus Hamburgensium Polyhistor *Io. Albert. Fabricius Bibliothec. Graec. Volum.* VII. *Lib.* V. *cap.* VIII. *pag.* 127. de hoc libello in medium adduxit. Distinguit enim iste vir eruditissimus hoc scriptum *Carbenii* ab alio, quod titulum gerit *dialogi de religione inter Iudaeum et Christianum*, quod vero a nostro scripto plane non est diuersum. Copiosissimam descriptionem huius libri, in qua simul annus editionum eiusdem accuratius, quam antea factum fuit, definitur, debemus literatissimo *Dauidi Clement loc. citato*, cuius excerpta his supplementis in gratiam lectorum meorum inferere potero, praesertim cum *Clementis* memoratus liber in paucorum manibus versetur. *Prior* editio *Propugnaculi fidei christianae Victoris a Carben*, cuius pleniorem titulum iam expressit ipse *Wolfius* noster *Bibliothec. Tom.* III. *pag.* 238. memoratur quoque ab Auctoribus *innouatorum relationum de nouantiquis theologic. de anno* 1725. *pag.* 261. *Vogtio* in *Catalogo librorum rariorum. pag.* m. 171. *Samuel Engelio* in *Bibliotheca selectissima.* (*Berol.* 1743.) *Part.* I. *pag.* 35. *Iacob. Frider. Reimmanno* in *Catalogo Bialiothec. Reimmann. Part.* I. *pag.* 474. *Frider. Gotthilf. Freytagio Analect. litterar. de libris rarioribus. pag.* 209. et *Io. Christian. Goetzio* in *Merkwürdigkeiten der koeniglichen Bibliothec zu Dresden. Tom.* III. *pag.* 456. qui omnes ac singuli de raritate eiusdem eximia clarissimum perhibent testimonium. *Reimmanno* tantum duas huius scripti cognitas fuisse editiones, alteram eamque *Colonienſem* de anno 1504. 4. alteram *Parisiensem* 1511. 4. excusam, apparet ex Catalogo citato, cui addas velim *Catalog. Bibliothec. Reimmannian. general. pag.* 122. Attamen alia adhuc editio praeter has duas obseruatur in *Catalogo Bibliothecae vniuersalis Hagae Comitum* (1742. 8.) *edito pag.* 44. Plenior titulus, quem refert editio ista, est sequens: *Opus aureum ac nouum et a doctis viris olim expetitum D. Victoris de Carben olim Iudaei, in quo omnes Iudaeorum errores et mores nec non errores atrocissimos Ruthenorum*, cui titulo subiunguntur ab Auctoribus citati Catalogi sequentia: „*Editio antiquissima, sine loco et anno, rar.*„ Hanc ipsam editionem antiquitate sua omnes reliquas superare affirmat *Clement*, quippe quam secutae fuerint editiones sequentes hoc ordine, primo *Colonienſis* de anno 1504. deinde *Colonienſis* de anno 1509. tertio *Parisiensis* de anno 1511. Ex iis, quae huc vsque sunt adlata, facili negotio corrigi poterit error *Strubbergii* in *epistola* sua *de scripto Victoris a Carben rarissimo*

riſſimo a *Wolſio* noſtro *Tom.* III. *pag.* 239. citata, quem etiam ipſe *Wolfius Tom.* I. pag. 355. imprimis autem *Tom.* III. *pag.* 238. amplexus eſt, dum loco poſteriori ſcripſit: *Atque ille quidem primum* cet. Hinc quatuor omnino exſtant editiones huius rariſſimi libri. Editionem *Pariſienſem* quod attinet, *Reimannus* eandem completam totius Propugnaculi editionem in ſe continere obſeruat, a quo diſſentit *Wolfius*, qui docet, eandem tantum primum librum huius Operis exhibere, et hinc editionem incompletam eſſe, quam ſententiam quoque *Goetzius* et *Clement* locis ſupra memoratis ſuo aſſenſu confirmarunt. Praeter eosdem *Freytagius* hanc editionem *perraram* appellat, ſimulque taxat *Maittairium*, qui contendit, librum hunc editionis *Pariſienſis* de anno 1511. 4. ſeparato titulo inſtructum, neque adnexum fuiſſe ſcripto *Ricoldi de Monte Crucis*, quod euulgauit contra errores Muhammedanae religionis. (*Annal. typograph. Tom.* II. *pag.* 271.) Ex qua ſententia non mediocriter confirmatur teſtimonium *Wolfii Bibliothec. Tom.* III. *pag.* 238. cui acceſſerunt quoque *Goetzius* et *Clement*. Interim tamen non negandum eſt, interdum hoc ſcriptum ab altero *Ricoldi* ſeparatum fuiſſe, prouti reperitur in bibliotheca regia Pariſienſi vtrumque ſcriptum ſeparatim compactum, id quod liquido conſtat ex *Catalogo* gallico *Bibliothecae regiae Pariſienſis*, ſub articulo: *Theologie. Tom.* I. *pag.* 84. *num.* 1076. * coll. *pag.* 56. *num.* 1106. Factum id forte eſt, quod propter materiae et argumenti diuerſitatem ſeparati fuerint iſti libri, qui alias, ſi tempus, quo editi fuerint, ſpectemus, coniungendi fuiſſent. Colophonem huic editioni Pariſienſi imponunt verba ſequentia: „Libelli de vita et moribus Iudaeorum Domino Victore de Carben, nunc ſacerdote Chriſtiano, olim „Iudaeo Auctore, et totius operis finis. Pariſiis ex officina Henrici Stephani. Anno Domini 1511. vltimo Aprilis in 4.„ Vid. *Dauid. Clement Bibliotheque curieuſe hiſtorique et critique, ou Catalogue raiſonné des liures difficiles à trouver. Tom.* VI. *pag.* 250. 253.

Ad *verſiones* libri huius memoratu dignas iam tranſeo. Inter easdem *germanico* idiomate conceptas prima prodiit anno Chriſti 1509. ſub titulo: *Iuden-Büchlein*. quam *Io. Anton. Strubbergius* in *epiſtola* ſupra iam citata plenius deſcripſit. Eandem poſtea iterum in lucem publicam edidit *Michael Kromerus*, Verbi diuini Miniſter in pago Cunitz prope Ienam ſito, anno Chriſti 1550. quae editio conſtat plagulis nouemdecim. Plenior eius inſcriptio eſt ſequens: Judenbüchlein, hyerinne würt geleſen wie Herr Victor von Carben, welcher ein Rabi der Juden geweßt iſt, zu chriſtlichen Glauben kommen. Weiter findet man darinnen eine köſtliche Diſputatz eines gelehrten Juden, darinne alle Irthumb der Juden durch ir eygen Schrifft aufgelößt werden. Eyn Unterredung vom Glauben, durch Herrn Micheln Kromern, Pfarher zu Cunitz, und einem iüdiſchen Rabien, mit Namen Jacob von Brucks geſchehen zu Cunitz, aufs neu corrigirt und gebeſſert. Cum *Wolfius* noſter *Bibliothec. Tom.* I. *pag.* 355. eiusdem editionis mentionem fecerit, ita tamen,

vt ex eiusdem relatione non conſtet, vtrum *Kromerus* ipſe auctor propugnaculi, an vero tantum conditor editionis huius germanicae fuerit, omnino laudanda eſt opera, quam recenſendae huic editioni verſionis germanicae ſcripti *Carbeniani* impendit b. *Iacob. Wilhelm. Blaufuſius* in *vermiſchten Beytraegen zur Erweiterung der Kenntniſs ſeltener und merkwürdiger Bücher. Part.* II. *pag.* 260. 263. Locus, vbi impreſſa eſt haec ipſa editio, in inſcriptione eiusdem non eſt expreſſus, ſin autem ex vicinia loci aliquid coniicere licet, eandem Ienae impreſſam fuiſſe arbitror. Plura de verſionibus germanicis huius ſcripti adduxit b. *Iohannes Bartholomaeus Riedererus* in *Nachrichten zur Kirchen- Bücher- und gelehrten Geſchichte. Tom.* I. *Part.* I. *num.* 4. *pag.* 34. 48. cui copioſiſſimam omnino libri huius Antiiudaici germanice editi omnino acceptam refert eruditus orbis litterarius. Idem non immerito ſuſpicatur, *Ortwinum Gratium* ſcripti huius argumentum in meliorem ordinem redegiſſe, ſimulque ex variis rationibus haud ſpernendis colligit, germanicas huius ſcripti translationes maiorem raritatis notam prae ſe ferre quam latinas, licet tamen poſterioribus quoque haud deneganda ſit inſignis raritas. Vid. b *Iohann. Auguſt. Erneſti Bibliothec. theologic. nou. Tom.* V. *Part.* 3. *pag.* 256. *Belgicam* quoque eamque rariſſimam huius ſcripti verſionem in medium adduxit *Daniel Salthenius* in *Catalogo librorum Bibliothecae ſuae rariorum pag.* 51. *num.* 266. cuius titulus eſt ſequens: „Ayn ſchoyn und ſuberlich Tractat von der edele, reine und „unbefleckte lunckfrauſchaft Marie der hymelſche Konigyn — durch mich Vi„ctor von Carben vur Zyden eyn Iude und Rabbi der iuediſche Schrifft, und nun „von chriſtlicher Ordnung eyn unwerdiger Prieſter, geendet und gedruckt in „Coellen in dem Ioren unſers Herenn tuſend vünff hundert und zehen. 4.

Caeterum plura, quae ad hiſtoriam litterariam clariſſimi huius libelli contra Iudaeos ſpectant, collegit b. *Io. Antonius Strubbergius* in *epiſtola de Victore a Carben Iudaeo conuerſo eiusque libro rariſſimo contra Iudaeos ſcripto*, quae prodiit *Ienae* 1721. 4. Vid. *Wolf. Biblioth. hebr. Tom.* III. *pag.* 239. vbi ſimul conferantur ea, quae a me ad iſtum locum erunt adferenda.

T.

SALMAN HENA (*num.* 574.) *Tom.* I. *pag.* 358. Edidit is *Grammaticam hebraicam* ſub titulo צהר התיבה ſ. *feneſtra arcae*, ſiue *lux vocabulorum*, quae inſcriptio alludit ad locum ſacri codicis *Geneſ.* VI, 16. Prodiit hoc opus grammaticum *Berolini* anno 493. aerae Chriſtianae 1733. 8. apud *Aharonem ben Moſche*. Mirandum eſt, quod neque *Wolfius* neque *Loeſcherus* in *tractatu de cauſis linguae hebraeae* eiusdem mentionem fecerint, quae tamen occurrit apud *Paul. Theodor. Carpouium in Animaduerſionibus philologico-critico-ſacris. pag.* 49.

SERACHJA SCHESCHVLCHA. (*num.* 582.) *Tom.* I. *pag.* 361. Vid. *ſupplem. noſtra ad Tom.* IV. *Bibliothecae Wolfii pag.* 791.

R. CHA-

ח.

R. CHAJIM (*num.* 597.) *Tom.* I. *pag.* 367. Ad notitiam libri eius, qui inſcribitur שנות חיים, vberiorem ſpectant praeter locum *Bibliothecae novorum librorum* a *Wolfio* citatum quoque ea, quae ibidem *Tomo* II. *Part.* 24. *pag.* 1842. adferuntur, ex quibus relatio loci huius diarii erudite ſuppleri poterit.

Tom. I. *pag.* 382. *num.* 634. Plura de epiſtolis *Fronmulleri* obſeruauit *Iohannes Fabricius Hiſtor. Bibliothecae Fabrician. Part.* V. *pag.* 326. *ſequ.*

CHANANJA BEN IAKAR (*num.* 643.) *Tom.* I. *pag.* 386. Titulus ſcripti huic Rabbino adſignati rectius a *Schabbataeo* in *labiis dormientium* exprimitur: תהלה תהלים, eſtque nonniſi expoſitio Pſalmorum neutiquam metrica, quod obſeruauit *Wagenſeilius* in *praefatione ad Rabbi Moſis Stendels Pſalterium rhythmicum.*

CHASDAI FIL. ABRAHAM. (*num.* 644.) *Tom.* I. *pag.* 381. III. 274. Scriptum eius, quod ex teſtimonio tractatus Talmudici a *Wolfio* memorato אור יהוה inſcribitur, forte idem eſt, quod b. *Reimannus* in *Introductione in hiſtoriam Theologiae Iudaicae pag.* 66. ſequ. אור אדוני nuncupat. Continet ſyſtema theologiae Iudaicae ab hoc ipſo Rabbino Saeculo decimo quarto compoſitum. Plura de eodem ſcripto commentatus eſt *R. Iſaas Abarbanel* in tractatu *de capite* fidei. *Cap.* II. *pag. m.* 9. *verſ. Vorſt.*

R. IEDAJA HAPPENINI (*num.* 677.) *Tom.* I. *pag.* 401. III. 284. IV. 827.) Licet ſcriptum eius ſplendida inſcriptione *Bechinath olam* inſtructum, quod *Wolfius num.* 2. recenſuit, alias a Iudaeis pariter ac Chriſtianis magno in pretio habeatur, atque nonnulli eorum eo vſque procedant, vt eidem primum inter ſcripta Iudaeorum moralia locum tribuant, longe aliter tamen de eodem ac ſiniſtre ſentire videtur *Reimannus Introduct. in hiſtoriam Theologiae Iudaicae. pag.* 192. qui, vt paucis eius mentem comprehendam, ſe in perluſtrando hoc libro nihil ſingulare et praecipuum reperiſſe obſeruat. Doctiſſima obſeruatio de editione eius *Soncinatenſi* a *Schabbataeo* memorata occurrit in *Io. Bernhard. Deroſſi diſquiſitione de typographiae hebraicae origine et primitiis. Cap.* IV. §. 5. *pag.* 28. *ſequ. edit. Huffnagel.* Praeterea *Wolfius* noſter memorat editionem *Ferrarienſem*, quae prodiit Anno 312. C. 1552. Vberius eandem deſcripſit *Deroſſi* in *Comment. hiſtor. de typographia hebr. Ferrarienſi Cap.* III. *pag. m.* 25. *ſequ.* vbi quoque varia contra ea adferuntur, quae *Wolfius* in *nota* k. huius paginae de hac ipſa editione perhibet. Editionem eius ab *Aſardo Vchtmanno*, Profeſſore linguarum ſacrarum in Academia Lugdenſi curatam, prodiiſſe *Wolfius* noſter anno Chriſti 1650. et 1688. affirmat. Cum vero in manibus meis verſetur editio ab Vchtmanno edita, in cuius titulo anni 1668. numerus expreſſus eſt, ſuſpicari forte licet, numerum poſteriorem a

Wolfio

Wolfio adductum per ſphalma typographicum irrepſiſſe, pro quo legi debeat numerus 1668. aut tres eius editiones ab *Vchtmanno* in lucem publicam editas eſſe admittendas. Caeterum recentiori tempore doctus quidam Iudaeus nomine *Moſche filius Rabbi Salman Dobruſchki* explicationem nouam primi capitis huius libri *Pragae* 1775. 4. edidit, quae inſcripta eſt, ספר חשעשוע ſ. *liber deliciarum.* Vid. Appendix horum ſupplementorum *Tomi* I. *Biblioth. Wolf.* inter ſcripta Iudaeorum recentiorum a *Wolfio* omiſſa.

Tom. I. *pag.* 403. III. 285. memorantur a Wolfio *Abrahami a Franckenberg Notae myſticae et mnemonicae ad Bechinath olam R. Iedajae Happenini.* Prodieruut eaedem in forma octaua et ſummo iure a *Theophilo Sincero* in *Analectis de libris rarioribus pag.* 37. in numero ſcriptorum rariorum collocantur. De earundem argumento quoque vberius commentatus eſt laudatus *Sincerus.*

Tom. I. *pag.* 405. III. 289. *num.* 6. Editio *Soncinatenſis* (1484. 4.) cuius *Wolfius* in his locis mentionem fecit, fuſius recenſetur a *Iohanne Bernhardo Deroſſi* in *diſquiſitione de hebraicae typographiae origine et primitiis. Cap.* IV. *pag.* 23. ſequ. Quodſi vero *Wolfius* affirmat, eandem per filios *R. Ioſuae ben* §. 3. *Iſrael Nathan* editam fuiſſe, ſubſcriptio eiusdem finalis docet, eandem ipſi *Rabbino Ioſuae* tribuendam eſſe, vti doctiſſimus *Deroſſi* loco citato *pagina* 25. obſeruauit.

IVDAS ISCARIOTES (*num.* 687.) *Tom.* I. *pag.* 410. Ad cognomen eius *Iſcharioth* quod ſpectat, *Bartolocius* in ea verſatur ſententia, repetendum illud eſſe a planitie quadam vrbis Hierichuntinae, quae palmulis ſponte natis abundaret, ati *Wolfius* memorat. Interim haec ſeutentia ab aliis pro falſa declaratur, et variae a variis denominationis rationes in medium adferuntur. Harum ex numero hic tantum eam profero, qua ſtatuitur, *Iudam* hunc cognominatum eſſe *Iſcariotem*, quoniam originem ſuam ex tribu Iſaſchar duxerit. Fouerunt hanc ſententiam inter antiquiores *Hieronymus*, *Eraſmus* et *Grotius* ad locum Matth. X, 4. quorum calculo etiam acceſſit b. *Heumannus*, qui in peculiari *commentatione de vero ſenſu nominis Iſcariotes, cognominis Iudae proditoris, Miſcellaneorum Groninganorum Tom.* III. *faſcic.* IV. pag. 598. 608. inſerta hoc aſſertum variis argumentis ſatis ſpeciosis corroborauit.

IEHVDA ARIEH (*num.* 692.) *Tom.* I. *pag.* 413. III. 296. *num.* 2. *Lexicon Hebraeo-Italicum;* de quo *Wolfius* hic verba fecit, prodiit Venetiis 1612. Titulus huius editionis Italicus eſt ſequens: *Leonis Mutinenſis ſeu Leonis de Modena nuovo Dittionario hebraico et Italiano, vive dechiaratione di tutte le voci hebraiche piu difficili delle ſcritture Hebrée nella vulgar lingua Italiana.* Rarioribus libris eſt adnumerandum, quippe quod extra Italiae fines minus cognitum et rariſſimum eſſe teſtatus eſt *Richardus Simon*, qui in eodem delineando ſatis diligens eſt *Tom.* I. *epiſtolarum ſelectarum. pag.* 225. *ſeq.* Caeterum pluribus de hac editione eiusque inſigni raritate commentati ſunt *Io. Chriſtian. Goetzius* in *Memorabilibus Bibliothecae*

electo-

electoralis Dresdensis. Tom. I. *pag.* 270. *sequ.* et *Vogtius* in *Catalogo librorum rariorum. pag.* 481. Prodiit quoque idem hoc Lexicon *Wilmersdorfii* A. 481. Christi 1721. 4. sub titulo: *Fundamentum linguae sanctae seu Dictionarium Hebraeo-Iudaeo-Germanicum.*

Tom. I. *pag.* 414. *num.* 8. *Geluth Iehuda.* Forte hoc scriptum idem est, quod *Buxtorfius Bibliothec. rabbinic pag.* 328. *edit. Basileens.* pag. 58. *edit. Hebornens.* גולת יהודה appellat s. *migratio Iudae*, de quo idem obseruat illud editum esse *Venetiis* in 4. De eodem perhibet *Wagenseilius* in *Descriptione Norimbergae pag.* 557. in eodem voces hebraicas intellectu difficiliores iuxta ordinem capitum sacri codicis Italice explicari. Vid. quoque eiusdem *Sota. pag.* 50.

Tom. I. *pag.* 415. III. 299. IV. 828. *num.* 15. *Richardus Simon Histor. critic. V. T. Lib.* III. *pag. m.* 150. memorat, *Io. Seldenum*, in bibliotheca Anglica vidisse codicem manuscriptum operis huius Rabbini, in quo idem ille ea, quae in hac historia rituum Iudaeorum suae aetatis breuibus attigit, vberius pertractauerit. Edita est quoque haec historia cura et studio *Io. Valent. Grosgebaueri Francofurti ad Moenum* 1692. 12. cui editioni appendicis loco adiecta est *Richardi Simonii breuis historia Karaeorum et Samaritanorum nostri aeui*, eiusdemque critici eruditissimi *commentatio collationem caeremoniarum Iudaicarum et christianarum sistens.* Est liber bonae frugis, in quo multa reperiuntur, quae in aliis scriptis ad ad antiquos Iudaeorum ritus spectantibus frustra desiderantur, neque illud scriptum displicet *b. Iac. Frider. Reimannò*, cuius iudicium de eodem in eius *Catalogo bibliothec. theolog. historico-criticò. pag.* 930. expressum est, quod etiam suum fecit *Michael Lilienthalius Bibliothec. theolog. german. Part.* XI. pag. 133. sequ. Vid. quoque *Wolf. Histor. lexic. hebraicor. pag.* 69.

IEHUDA FIL. BEZALEL (*num.* 700.) *Tom.* I. *pag.* 419. III. 305. *num.* 4. Hic inseratur eiusdem לב יהאריה seu *Commentarius in Pentateuchum* Wilmersdorfii 1674. *fol.* excusus, quae editio commemoratur a *Io. Christian. Wibelio* in *consignatione librorum in typographia* Wilmersdorfiensi *editorum Iudaicorum.* Vid. *Relat. innox. de nouantiq. theologicis*, ad annum 1743. *pag.* 506.

Tom. I. *pag.* 419. *num* 6. Huc quoque spectat liber eiusdem מגלת רות inscriptus, *Pragae* anno 349. C. 1589. ex cuius in 4. plagulis 7½ constans, quem tenet quem tenet quoque bibliotheca publica Thorunienſis.

Tom. I. *pag.* 420. *num.* 8. Hunc librum, qui rectissime *Nezach Israel* inscribitur, falso *Grotius* in *notis* suis *ad Lib.* V. *de Veritate relig. christianae* §. XVIII. *pag.* 346. *edit. Koecher. librum Cabbalisticum* appellat, eique inscriptionem spuriam *Nezael Israel* assignat. Liber est, in quo varia egregia testimonia de diuino ac coelesti Messiae munere occurrunt, id quod *b. Koecherus* in adnotationibus notis *Grotii* loco citato subiectis obseruauit.

IEHVDA CHIUG (*num.* 708.) *Tom.* I. *pag.* 424. IV. 830. De scriptis grammaticis huius Iudaei obseruetur, quod eadem numquam typorum formis de-

 scripta

ſcripta prodierint. Notitiam, quam *Richard. Simonius Hiſtor. critic. Veteris Teſtamenti. Lib.* III. *pag.* 149. lectoribus ſuis de iſtis ſuppeditauit, debemus codici eorundem manuſcripto, qui in *bibliotheca Oratorii Pariſienſis* in manus eius inciderat. Conferantur interim ea, quae infra ad *Tom.* II. *pag.* 598. de iisdem obſeruabimus.

IEHVDA HACHASID (*num.* 716.) *Tom.* I. *pag.* 427. III. 311. *num.* 2. Editio *Cracouienſis* tractatus *Sepher chaſidim*, quam *Wolfius* noſter priori loco memorat, eſt in 4to.

IEHVDA FIL. IOSEPH MVSCATVS (*num.* 725.) *Tom.* I. *pag.* 432. III. 314. Praeter ſcripta eius a *Wolfio* notata memoratu digna eſt verſio *Hiſpanica* libri *de Iudiciis aſtrorum* ab *Alrohazen Haly Arabico* idiomate compoſiti, ab eodem curata, quam eidem vindicauit b. *Baumgartenius* in *Nachricht. von einer Halliſchen Bibliothek. Tom.* VII. *Part.* 38. *pag.* 140. 142.

IEHVDA FIL. R. ISAACI ABARBANELIS (*num.* 731.) *Tom.* I. *pag.* 434. *ſequ.* III. 317. IV. 833. Plura de verſionibus libri huius a *Wolfio* memorati exteris, quae raritate ſua inſigni ſe commendant, in medium adduxit *Vogtius* in *Catalogo librorum rarior. pag. m.* 406. ex quibus ea imprimis ſuppleri poterunt, quae *Wolfius* noſter de *translatione Hiſpanica* obſeruauit. Ad auctorem eiusdem quod attinet, ignotus fuit *Wolfio* noſtro. Recentiori tempore b. *Baumgartenius loco cit. Part.* 37. *pag.* 39. 40. eandem *Garcilaſo de la Vega* tribuendam eſſe tamquam auctori docet, quippe qui ipſe in *praefatione* operis ſui, *Hiſtoria general del Peru* (*Vlyſſiponae* 1616.) ſe autorem eiusdem ingenue profitetur. Quae verſio cum ab inquiſitione Romana prohibita et indici librorum prohibitorum inſerta fuiſſet, iſte auctor dedicationem ſuam ad regem Hiſpaniae Philippum ſecundum de anno 1586. et epiſtolam ad eundem regem cum aliis quae hanc verſionem concernunt, inſeruit. Conferas ſi placet *Indicem librorum prohibitorum. pag.* 755. 758. *edit. Anton. Sotomaior.* de anno 1667. De *Italicis* verſionibus horum dialogorum vero infra in *Supplementis* noſtris *ad Tom.* III. *pag.* 317. quaedam obſeruabimus.

IEHVDA FIL. ISAACI LEVITA (*num.* 733.) *Tom.* I. *pag.* 436. III. 320. Vid. *Wolf. Bibliothec. hebr. Tom.* II. *pag.* 1410. *num.* 596.

IEHVDA CALETZ (*num.* 737.) *Tom.* I. *pag.* 437. III. 321.) Praeter editiones libri eius *Muſar* inſcripti a *Wolfio* memoratas obſeruanda eſt adhuc editio, quae prodiit anno 320. aere Chriſtianae 1560. quam *Wolfius* praetermiſit, de qua autem nobis conſtat ex b. *Io. Bened. Carpzouii Introductione in Theologiam Iudaicam. Cap.* X. §. VIII. *pag. m.* 80.

IEHVDA LEVI FIL. SAVLIS (*num.* 741.) *Tom.* I. *pag.* 440. III. 323. Verſio latina libri Iudaici *Coſri*, quam *Iohanni Buxtorfio* debemus, prodiit *Baſileae* 1660. 4. *Reimmannus* in *Catalog. biblioth. theol. hiſt. crit. pag.* 881. appellat dignum opus, quod accurate et ſtudioſe ab iis lectitetur, qui, quid ſalis in Synagoga

goga Iudaeorum insit, ὡς ἐν συνόψει perspicere gestiunt. Plura, quae ad historiam litterariam huius libri pertinent, erudite congessit *Gabriel Groddeckius* in *Hexecontade Pseudonymorum hebraicorum num.* 25.) (Vid. *Wolf. Bibliothec. hebr. Tom.* IV. pag. 1022.) et b. *Buddeus Introduct. in historiam Philosoph. Ebraeor.* §. 30. *pag.* 152. *sequ.*

Tom. I. *pag.* 442. *lin.* 6. in textu a fine. Hoc loco *Wolfius* noster recenset editionem libri *Cosri*, quam ad annum 354. C. 1594. retulit, in quo numero forte errauit idem, vti apparet ex iis, quae *Baumgartenius* in *Nachrichten von merkwürdigen Büchern. Tom.* IX. *Part.* 51. *pag.* 206. *sequ.* obseruauit. Notitiam ibidem dedit hic editionis, in cuius titulo numerus anni 351. expressus est, qui cum anno aerae Christianae 1591. accurate respondet. Hanc ipsam editionem forte ex coniectura Baumgartenii *Wolfius* ob conuenientiam scripturae Rabbinicae in literis He et Cheth exprimendis cum ea, quam praesenti in loco notauit, confudisse videtur, quod eo magis fit verisimile, si consideremus, quod *Wolfius* noster hanc editionem a Baumgartenio accuratissime delineatam penitus omiserit.

IEHVDA MESSER LEON MANTVANVS (*Tom.* I. *pag.* 447. III. 333. IV. 834. *num.* 752. 2. Scriptum eius sub titulo *Nopheth Zophim*, quod paginis 172. absoluitur, vberius descripsit et recensuit *Io. Bernhard. Deross in Disquisit. de typographiae hebraicae origine ac primitiis. Cap.* VII. §. 4. *pag.* 84. *edit. Erlangens.*

IEHVDA FIL. SALOMONIS FIL. ALCHOPHNI (*num.* 777.) *Tom.* I. *pag.* 456. *num.* 6. *Rephuoth.* cet. *Ferrar.* 312. C. 1552. Impressam esse hanc editionem typis quadratis per *Samuelem Gallum* obseruat *Deross* in *Comment. histor. de Typographia hebr. Ferrariensi. Cap.* III. *p.* 29. Interim idem vir doctus arbitratur, *Venetam* editionem de anno 1519. antiquiorem esse hac ipsa *Ferrariensi.*

IEHOSCHVA HALORKI (*num.* 791.) *Tom.* I. *pag.* 463. *lin.* 2. huius numeri) *Benedicti*, nempe XIII. huius nominis.

Tom. I. *pag.* 464. ad verba: *Iudaeis receptas.* Vterque liber coniunctim editus est *Tiguri* apud *Andream Gesnerum* filium et *Rudolph. Wissenbachium* 1552. 8. quae editio constat plagulis 13½. Titulus eius est sequens: „Contra Iudaeos Hieronymi de Sancta Fide Iudaei ad Christianismum conuersi Libri II. quorum prior fidem et religionem eorum impugnat, alter vero Thalmud. Ad mandatum „Domini Papae Benedicti XIII. facta relatione.„ A. D. 1412. mense Augusto in Hispania.

IOEL LEVITA (*num.* 798. *Tom.* I. *pag.* 467. Si coniecturae meae locus est, forte hic doctor Iudaicus idem ille est, qui in editione *Lublinensi* tractatus *Tor Orach chajim*, quam infra in supplementis ad *pag.* 583. connotabimus, in calce libri nominatur *R. Ioel ben Aharon Leuita ex Lublin.* In titulo vero huius tractatus vsus erat nomine *Kalonymi filii Mardochai.*

IOEL SIRKS (*num.* 799.) *Tom.* I. *pag.* 467. III. 349. *num.* 2. Titulus huius *commentarii rabbinici* in librum *Ruth* a *Wolfio* nostro hic notatus, desumtus

eſt ex *Ruth* III, 15. Merito hic commentarius inter rariores numerandus eſt, quod ſaltem ex eo colligere licet, quod ipſe *Io. Benedictus Carpzouius*, diligentiſſimus alias Commentariorum in hunc librum perſcrutator in *Collegio* ſuo *rabbinico-biblico in librum Ruth. Diſſert.* II. *praeliminari. pag.* 19. ingenue largiatur, ſe iſtum nunquam vidiſſe.

IOANNES BAPTISTA DE ESTE, *Ex-Iudaeus.* (*num.* 810.) *Tom.* I. *pag.* 471. III. 353. *num.* 1. De ſcripto *catechetico* eiusdem hic adducto confera quoque b. *Parentis hiſtoriam catecheticam variarum religionum. Cap.* IX. *pag.* 335. *ſequ.*

IOCHANAN ISAAC (*num.* 816.) *Tom.* I. *pag.* 473. III. 357. Ad hiſtoriam huius doctoris quondam Iudaici quod attinet, ſacro fonte baptiſmi Marburgi Cattorum anno Chriſti 1546. tinctus fuit. Cum vero ea, quae *Wolfius* et *Loeſcherus* de *Grammatica* eius *hebraica* referunt, ſint pauca et hiſtoriam eiusdem literariam nondum exhauriant, commendanda eſt opera ſumme venerabilis *D. Hirtii*, qui in *Biblioth. Wittebergenſi noua orientali et exeget. Part.* I. *pag.* 8-15. vberiorem eiusdem delineationem ſuppeditauit, ex qua ea excerpere lubet, quae ad ſupplendam *Wolfii* relationem faciunt. Eſt ſcriptum memoria dignum, cum pro ratione temporis, quo prodiit, omnia fere neceſſaria rei Hebraeorum grammaticae, exceptа Syntaxi, contineat. Autor eius ſcripſit ſtylo plano et perſpicuo. Speciatim ab *Hirtio* laudato recenſetur editio *Antwerpienſis*, quae prodiit apud *Plantinum* anno Chriſti 1564. Conſtat ea 21 plagulis 4. Diſtinguenda eſt omnino a priori *Colonienſi* editione, quam etiam *Wolfius* memorat, non ſolum ratione temporis, verum etiam vtriusque diſcrimen ex eo appareat, quod editio *Colonienſis* tribus libris conſtet, *Antwerpienſis* vero tantum in duos libros diuiſa ſit, quorum argumentum et alia circa hanc editionem notatu digna diligenter obſeruauit literatiſſimus *Hirtius*.

IOANNES STEPHANVS RITTANGELIVS (*num.* 820.) *Tom.* I. *p.* 476. III 359. *num.* 2. *Libra veritatis* huius ſcriptoris, quae in forma octaua maiori prodiit, vberius a *Iacobo Wilhelmo Blaufuſio* in *Beytraegen zur Erweiterung der Kenntniſſ ſeltener und merkwürdiger Bücher. Part.* I. *pag.* 329. *ſequ.* deſcribitur. Scriptum a Socinianis eidem oppoſitum, quod inſcribitur *Bilibra veritatis et rationis* cet. a *Wolfio* noſtro *Tom.* I. *pag.* 477. *not.* p. et *Tom.* III. pag. 359. memoratum appellatur a *Vogtio* in *Catalogo librorum rariorum pag. m.* 128. liber paradoxus et maxime infrequens.

Tom. I. *pag.* 477. III. 359. IV. 843. *num.* 4. *Rittangelii* tractatus *de Solennitatibus etc.* liber eſt, multa eruditione et praeſtantiſſimis obſeruationibus, quae priſcos Iudaeorum ritus ſacros concernunt, refertus iudice *Mich. Lilienthalio Bibliothec. theolog. Part.* XI. *pag.* 73. Interim ob exemplarium editionis eius, quae germanice prodiit, paucitatem inter rariores collocatur. Vid. etiam *Vogtii Catalog. librorum rariorum. pag.* 582.

Tom.

Tom. I. *pag.* 477. *num.* 5. *Veritas etc.* De hoc scripto conferatur *Blaufus loc. cit. pag.* 336. *sequ.*

IVLIVS CONRADVS OTTO (*num.* 826.) *Tom.* I. *pag.* 481. *num.* 3. *Gala Razia.* Plura, quae ad historiam et notitiam qualemcunque huius libri faciunt, attulerunt *Theophilus Sincerus Collect. nou. librorum antiqu. rariorum. Part.* VI. *p.* 482. 485. et *Tobias Eckhardus* in *Tract. de testimoniis Non-Christianorum de Christo.* (*Quedlinburg.* 1736.) *Cap.* VI. §. 37. 38. *p.* 189. 190. De eiusdem *Grammatica* et *Lexico hebr.* conf. *Wolf. Biblioth. Tom.* II. *pag.* 557. 614.

IONA BEN GANNACH (*num.* 836.) *Tom.* I. *pag.* 486. III. 371. Hic ipse in *Bibliotheca noua eruditi orbis. Tom.* IV. *Part.* 45. *pag.* 674. appellatur *Abu Walid Merwan Ben Gianu. Grammaticam hebraicam* eiusdem quod spectat, idem *Gagnerius*, linguarum orientalium peritissimus vir, qui *Wolfio* nostro varia de eadem transcripserat (vid. *Tom.* III. *pag.* 371.) olim nouam editionem textus *Arabici* originalis eiusdem nouâ latina versione et vberioribus notis instructam parare in animo habuit, vti refertur *loc. cit.* Quae editio an vere prodierit, me ignorare lubenter fateor.

IOSE BEN CHELPETHA (*num.* 848.) *Tom.* I. *Seder olam.* Non confundendum est hoc scriptum cum alio eiusdem inscriptionis, quod prodiit anno 1693. a *Vogtio Catalog. librorum rariorum. pag.* 617. in rariorum librorum numerum relatum, cuius argumentum accurate descripsit b. *Baumgartenius Relation. de libris memorabilibus. Tom.* IV. *Part.* 24. *pag.* 512. *sequ.*

IOSEPH ALBO (*num.* 863.) *Tom.* I. *pag.* 503. III. 381. IV. 848. Vberius editionem *Soncinatensem Sepher ikkarim* (247. C. 1487.) a *Wolfio* memoratam descripsit *Io. Bernhard. Deroſſi* in *Disquisit de hebraicae typogr. origine et primitiis. Cap.* V. §. 3. *pag.* 33. Idem doctissimus vir editionem *Ariminensem* de anno 1486. 4. cuius quoque *Cornelius a Beughem de incunabulis typographiae pag.* 6. mentionem fecit, (vid. *Wolf. Tom.* I. *Biblioth. hebr. pag.* 504.) merito pro supposititia declarat, cum liquidissime constet, mentionem eius ex confusione duarum editionum *Soncinatensis* nimirum (1486.) et *Ariminensis* (1522. 4. vid. *Wolf. Tom.* I. *pag.* 503.) saltem ortam esse. Idem auctor loc. citato Cap. VII. §. 9. pag. 88. aliam editionem horum *Ikkarim* recensuit, quae in quarta forma sine mentione anni et loci impressionis edita est, constans foliis 148. et ab iis omnibus, quas *Wolfius* noster obseruauit, longe est diuersa.

IOSEPH GOSEL. *fil.* ALEXANDRI WILNENSIS (*num.* 864.) *Tom.* I. *pag.* 505. Scripsit quoque hic Auctor tractatum, qui inscribitur תורת יוסף, cuius editio prodiit *Wilnersdorfii* 1725. quae memoratur ab *Auctoribus relation. innoxiarum de nou-antiquis theolog. ad annum C.* 1743. *pag.* 513.

IOSEPHVS BEN GORION (*num.* 873.) *Tom.* I. *pag.* 516. Vberiorem *Constantinopolitanae* editionis, quam *Wolfius* noster ad annum 250. aerae Christianae 1490. refert, notitiam suppeditauit doctissimus *Deroſſi* in *Disquisitione de hebraicae*

typographiae origine et primitiis. Cap. V. §. 16. *pag.* 55. *seq.* vbi ex variis argumentis haud spernendis coniicit, hanc editionem non *Constantinopoli*, quod inscriptio suadet, sed prorsus alio in loco prodiisse in lucem publicam. Interim idem illud pro certo venditare non ausus est asserto, cum ei nondum contigerit fortuna hanc editionem euoluendi.

Tom. I. *pag.* 517. Editionem *Munsteri* quod attinet, in ea *Munsterum* hebraicum textum ex codice Constantinopolitano accurate expressum exhibuisse, praeter ipsum *Munsterum* quoque testatur *Buxtorfius*. Vid. eiusdem *Catalecta philologico-theologica pag.* 339.

Tom. I. pag. 518. De latina versione *Io. Friderici Breithauptii*, qui praeclare de *Iosephi Gorionidis* opere meritus est, pluribus conferendi sunt *Iohannes Clericus* in *Bibliotheca selecta gallic. Tom.* XXIII. *Part.* I. *pag.* 171. *sequ.* et Auctores *relation. innoxiar. de rebus nou-antiqu. theologicis ad annum Christi* 1711. *pag.* 736.

Tom. I. *pag.* 519. Plura de *interpretatione latina Io. Gagnerii*, quae *Oxonii* edita est, memorant Auctores *Actorum eruditor. Lipsienf. latin.* in *Supplementis Tom.* IV. *pag.* 12. in notis adiectis.

Tom. I. *pag.* 523. num. 874. lin. 8. *in Iuchasin*) pag. 123.

IOSEPH GECATILJA (*num.* 874.) *Tom.* I. *pag.* 524. III. 391. *num.* 7. De scripto eius *Schaar hannikud Wolfius* noster pauca refert satis ambigua. Interim optime de hoc scripto Iudaico constabit, si cum relatione ista *Wolfii* insufficiente ea, quae b. *Buddeus Introduct. in historiam Philosoph. Ebraeor.* §. 32. *pag.* 184. de eodem memorat, coniungamus. Excusus est iste tractatus simul cum alio, qui inscribitur ארזי לבנון cedri Libani, cui adhuc alius tractatus adiunctus est sub titulo סוד החשמל *mysterium Chasmal*, in quo de pruna ignita Ezechielis agitur. Hi omnes tres tractatus ab auctore Iudaico *Rabbi Iosepho Gekatilja* compositi sunt.

Tom. I. *pag.* 525. III. 391. IV. 849. *num.* 10. *Bartoloccius* de scripto *Schaare orach* perhibet, eundem esse librum cabbalisticum, quod fere vniuersam Iudaeorum theologiam secretiorem complectatur, et tractare istud de nominibus Dei, proprietatibus diuinis et decem Sephiroth. Vid. *Buddeus Introduct. in hist. Philosoph. Ebraeor. pag.* 183.

IOSEPH IABEZ (*num.* 901.) *Tom.* I. *p.* 535. *num.* 3. Memorat quoque hanc *Ferrariensem* editionem *Derossi* in *Comment. de Typographia Ferrarienf. Cap.* III. *pag.* 32.

IOSEPHVS FIL. MATATHIAE (*num.* 931.) *Tom.* I. *pag.* 547. seq. III. 413. IV. 856. Multa de hoc clarissimo, qui iam tempore excidii Hierosolymitani inter Iudaeos floruit, scriptore memorari possent, si etiam saltem omnia scripta, in quibus eius mentio facta fuerit, adducere vellem. Cum vero ea, quae huc spectant, tantum memoranda sint, quae supplendae *Bibliothecae hebraicae Wolfii* inseruire

ſeruire quodammodo poterunt, ſelectus omnino obſeruationum literariarum, quae in monumentis doctiſſimorum virorum de Flauio Ioſepho eiusque ſcriptis occurrunt, inſtituendus erit. Quibus a me ad ſupplendum *Wolfium* meum adducendis deinceps ea adſcribi poterunt, quae forte adhuc deficere iis videantur.

Hiſtoriam *Ioſephi* noſtri quod attinet, inter alia de eodem narratur, eundem Tito Veſpaſiano maieſtatem praedixiſſe. Quod an verum ſit, vberius et ſatis erudite inquiſiuerunt *Olearius* in *diſſertat. de Flauii Ioſephi vaticinio de Veſpaſianis ad ſummum imperii faſtigium evehendis. Lipſ.* 1699. et *Theodor. Ambroſ. Strobachius* in *diſſert. de Ioſepho Veſpaſiano imperium praedicente, vere num diuinauerit. Lipſ.* 1748. cuius ſummam exhibent auctores der *vollſtaendigen Nachrichten von kleinen akademiſchen Schriften ad annum* 1751. *Part.* VI. *pag.* 529. *ſeq.* Vitae *Ioſephi* deſcriptionem ex eius ſcriptis erutam adiectis doctiſſimis annotationibus in lucem publicam edidit cel. *Io. Frideric. Eckhardus* Lipſiae 1782. ſ. t. Biographie des Jüdiſchen Geſchichtſchreibers Joſephus. Quo etiam ſpectant eiuſdem Viri Programma *de Flauio Ioſepho errore Phariſaico imbuto, quem Chriſtus Matth.* V. *reprehendit.* Iſenaci 1782. et alia ſcripta minora infra adferenda.

De ſcriptis *Ioſephi* noſtri perpauca attulit *Wolfius* noſter, cum otium ipſi hoc in negotio fecerit literatiſſimus *Io. Albert. Fabricius*. Adducam tamen hic varia, quae ad editionum et verſionum eorundem notitiam pertinent, quae in vſus meos hinc inde annotaueram, ex quibus forte etiam *Fabricii* hiſtoria literaria Ioſephi, cuius praeſtantiam tamen non negare conabor, aliqua ratione ſuppleri poterit, id quod praeſertim in iis, quae poſt *Fabricii* tempora a viris eruditis de his momentis obſeruata ſunt, perſpicient harum rerum periti et aequi lectores.

Obſeruanda erunt nobis primo quaedam de operibus Flauii noſtri *Ioſephi*. Memorat *Fabricius* ciatus inter editiones operum Ioſephi *Baſileenſem* de anno 1544. graecam, quae antiquitate ſua omnino prae aliis ſe commendat. Inter editiones graeco-latinas operum Ioſephi maxime vulgaris eſt, quae *Coloniae*, vel potius *Lipſiae* 1691. *fol.* prodiit. Recenſionem ſcriptorum Ioſephi, quae in hac editione reperiuntur, debemus *Io. Fabricio Hiſtor. Biblioth. Fabrician. Part.* II. *pag.* 386. vbi ſimul *Fabricius* varia erudite de nonnullis eius ſcriptis obſeruauit et quaedam in iisdem occurrentia emendare conatus eſt. Hanc longe ſuperat praeſtantia editio Oxonienſis, quam prodire fecit in lucem publicam *Io. Hudſonus*, quam *Io. Fabricius* memorato loco appellat *editionem nitidam, caſtigatam et eruditis notis illuſtratam*, ſed mancam et mutilam. Inſcribitur haec editio: *Ioſephi Antiquitatum Iudaicarum libri* IV. *priores, graece et latine, cum notis Eduard. Bernardi etc. et Hiſtoriarum de Bello Iudaico liber* I. *Oxon.* 1700. fol. Optima ſine dubio et praeſtantiſſima editio eſt, quae recentiori tempore cura et ſtudio celeberrimi quondam Profeſſoris Leydenſis, *Sigeberti Hauercampi* duobus Voluminibus fol. maiori prodiit. Inſcribitur haec ſequenti titulo, quem hic adiicio eo lubentius, cum ex eodem videre poſſint lectores, quid praeſtiterit editor doctiſſimus: „Flauii Ioſe-

„phi,

„phi, quae reperiri potuerunt, Opera omnia graece et latine cum notis et noua „verſione Io. Hudſoni. — Accedunt nunc primum Notae integrae ad Graeca Io„ſephi et varios eiusdem libros D. Eduard. Bernardi, Iacobi Gronouii, Franciſci „Combefiſii, Io. Sibrandae, Hadr. Aldrichii, vt et ineditae in vniuerſa Fl. Ioſephi „Opera Io. Cocceii, Ezech. Spanhemii, Hadr. Relandi et ſelectae aliorum, cum „aliis ſcriptis eruditiſſimorum virorum ad Ioſephi ſcripta intelligenda praeclaram „lucem adferentibus, quorum ſyllabus extat ante initium libri primi Antiquita„tum. Omnia collegit, diſpoſuit, et poſt Io. Hudſonum ad Codices fere omnes „cum impreſſos tum Manuſcriptos praecipue Lugduno-Batauos diligenter recen„ſuit notasque paſſim ſuas et quinque in fine Indices adiecit Sigebertus Hauer„campus —. Lugduni Batau. et Vltraiecti 1726.„ fol. *Vol.* II. de qua editione praeſtantia ſua omnibus reliquis longe ſuperiori conferantur pluribus *Acta eruditorum Lipſienſ. latina de anno* 1727. *pag.* 385. *ſequ. Coleri Biblioth. theolog. ſelecta. Tom.* III. *pag.* 1. ſequ. et *Mich. Lilienthalii Biblioth. theolog. Part.* XI. pag. 6. ſequ. Recentiſſimo tempore coepta eſt operum Ioſephi noſtri editio graeco-latina ad editionem *Hauercampii* cum *Hudſoniana* collatam opera et ſtudio *Franc. Oberthür*, cuius Tomus I. in lucem publicam prodiit Lipſiae 1782. 8. mai. Vid. S. V. *Doederlin. Bibliothec. theolog. recentiſſim. Tom.* II. *Part.* V. pag. 347. 351.

Tranſeo iam ad *verſionis* operam *Ioſephi* noſtri. *Latinas* quod attinet, ſatis antiquam continet *codex membranaceus bibliothecae Portenſis*, conſtans foliis ducentis ſeptem et triginta, quae chartam quam vulgo dicunt regiam ſiue auguſtam magnitudine aequant et cum *antiquitates Ioſephi iudaicas*, tum et *belli iudaici hiſtoriam* a *Ruffino Toriano*, vt vulgo creditur, in latinum ſermonem conuerſum complectuntur. Hunc codicem ante hos fere ſexcentos annos literis fuiſſe exaratum demonſtrare variis argumentis ſuſtinuit doctiſſimus quondam Rector Scholae Portenſis *Fridericus Gotthilff Freytagius* in peculiari *programmate*, quo hanc *bibliothecae Portenſis* membranam deſcripſit, quod euulgatum eſt *Numburgi* 1727. 4. Vide *Freytagii filii Apparat. literar. Tom.* I. pag. 617. Obiter hic obſeruo, quod etiam *Theophilus Sincerus* in *Collectione ſua relationum de libris antiqu. et rarioribus Tom.* I. *Part.* 3. *pag.* 160. *ſqu.* accuratam collationem vetuſtiſſimae cuiusdam latinae verſionis manu exaratae, praecipue circa teſtimonium *Ioſephi* clariſſimum exhibuerit. Inter editiones verſionum latinarum Ioſephi venerandam omnino prae ſe fert antiquitatem iſta, quae ſub titulo: *Ioſephus de Bello Iudaico et de Antiquitate Iudaeorum contra Apionem Grammaticum Alexandrinum. Veronae* 1480 *fol* edita eſt, quam data opera recenſuit *Theophilus Sincerus loc. mem. pag.* 158. ſeq. Prodierunt quoque *Opera Ioſephi latine Venetiis* 1486. fol. et *Antiquitatum libri, de Bello Iudaico et de Antiquitate gentis Iudaicae ibidem* 1499 nec non *Antiquitates Iudaicae latine* per *Ludou. Cendraum.* 1480. fol. teſte *Cornelio Beughemio* in *Tract. de incunabulis typographiae. pag.* 79. Memoratu digna eſt quoque verſio latina *Pariſienſis* a *Roberto Goulleto Pariſiis* edita, quam b. *Freytagius*, cui re-

recenſionem eiusdem accuratam debemus (*Apparat. litterar. Tom.* [illegible]. 611-623.) ad annum 1519. refert pag. 618. qui numerus ſaltem in fine ſcripti de Antiquitate gentis Iudaicae eſt expreſſus.

Anglice prodierunt praeter editiones a *Fabricio* memoratus *Ioſephi* noſtri Opera interprete *Guil. Whiſtono* ſub titulo: *The genuine Works of Flavius Ioſephus the Iewish Hiſtorian. Dublini* 1741. *quinque* voluminibus in forma octaua maiori, quae diligentiſſime recenſentur a *Baumgartenio Relation. de Bibliotheca Halenſi. Tom.* VI. *Part.* 33. *pag.* 201-208. Qua in editione *Whiſtonus* ſaepius occaſionem arripuit, cogitata ſua circa ſyſtema chronologiae ſacrae ſcriptorum antiqui foederis et corruptionem eorundem lectoribus ſuis [illegible]udendi, quorum nonnulla exempla dedit *Wolfius* noſter *Bibliothec. hebr. Tom.* [illegible] *pag.* 10. ſequ. Longius a ſcopo horum meorum ſupplementorum aberrarem, ſi hic ſaltem eruditos viros nominare vellem, qui in refutandis huiusmodi *Whiſtoni* commentis laudanda opera verſati ſunt. Vnum vero ſcriptum non tranſire poſſum, cum proxime ad *Ioſephum* noſtrum pertineat. Edidit iſtud b. *Io. Frideric. Cotta* ſub tit. *Diſſertatio, qua nonam de Codice hebraeo e Flauii Ioſephi libris emendando hypotheſin a Guil. Whiſtono propugnatam examinat. Goettingae* 1736. 6. plagulis.

Germanice prodierunt recentiori tempore *Opera Ioſephi*, Introductione hiſtorica, tabulis geographicis et nummis inſtructa *Tubingae* 1734. duob. Volum. fol.

Suecica verſio Operum *Ioſephi*, quam illuſtriſſima comes *Gyllenſtierna* ex verſione *Gallica Andillii* adornauit et in lucem edidit publicam, memorante *Baumgartenio Relation. de libr. memoratu dignis. Tom.* IV. *Part.* 19. *pag.* 80. huc etiam ſpectat.

Inter alia, quae *Wolfius* noſter de *Ioſephi* ſcriptis memorat, eſt quoque clariſſimum *eius*, quod *de Chriſto* ſaluatore generis humani exhibuit, *teſtimonium* exſtans *Lib.* XVIII. *Antiquitat. Iudaicar. cap.* 4. Vid. *Wolf. Tom.* I. *Bibliothec. hebr. pag.* 548. Scriptoribus ibidem allegatis nonnullos hic addam. Imprimis huc pertinent *Carolus Daubuz* et *Io. Andreas Boſius*. Prioris ſcriptum ſequenti titulo eſt inſtructum: *Caroli Daubuz* Presbyteri et A. M. *pro teſtimonio Flauii Ioſephi de Ieſu Chriſto libri duo, quorum priora de varia eius fortuna et uſu, nec non Auctoris conſilio in eo conſcribendo pertractatur; poſteriore vero ex ſtylo ac dicendi modo et ſenſu eius veritas comprobatur, cum praefat. Io. Erneſt. Grabii. Londini* 1706. 8. Iterum inſertus legitur hic Tractatus in *Volumine ſecundo editionis Hauercampianae operum Ioſephi, append. pag.* 187. Varia tamen contra hoc ſcriptum monuerunt *Iohannes Clericus* (*Biblioth. antienn. et modern. Tom.* VII. *Part.* II. *artic.* I. pag. 237. ſequ. et *Thomas Ittigius* in *ſelectis capitibus Hiſtor. eccleſiaſt. Saeculi* I. *a Chriſto nato. Cap.* VII. *ſect.* I. §. 19. *ſequ. pag.* 356. ſequ. Poſterior *Boſius*, celeberrimus quondam Polyhiſtor Ienenſis edidit doctiſſimam *exercitationem criticam ad Flauii Ioſephi periocham de Chriſto*, quae primum edita eſt *Ienae* 1668, recuſa anno 1673. et 1674. quam etiam *Sigebertus Hauercampus ſpicilegio*

Io. Baptistae Ottii ex Flauio Iosepho ad N. T. illustrationem (*Lugd. Batau.* 1741. 8.) a se edito et editionis suae *Iosephi* praestantissimae Tomo II. inseruit. Legitur quoque eadem inter *Bosii opuscula* eiusdem *Introductioni in notitiam scriptorum ecclesiastic. a b. Io. Georg. Walchio Ienae* 1723. 8. *editae* pag. 657. 824. inserta. Praeter eos legendi sunt de hoc *Iosephi* loco insigni *Iust. Christoph. Ditmarus* in *dissert. in Flauii Iosephi testimonium de Christo. Francof. ad Viadr.* 1715. *Tobias Eckhardus* in *Tractatu de Nou. Christianorum de Christo testimoniis. Cap. V. pag. m.* 133. 147. *Io. Albert. Fabricius* tum *Bibliothec. graec. Lib.* IV. *Cap.* VI. §. 5. *pag.* 236. tum in *Salutari luce Euangelii. Cap.* II. *pag.* 17. *Io. Georg. Walchius Histor. ecclesiast. Nou. Testam. Saecul.* I. *cap.* II. *Sect.* I. §. XIX. *pag.* 169. *sequ.* et b. *Parens* meus in peculiari *dissertat. de Historia Iesu Christi ex scriptoribus Christianorum disciplina haud imbutis eruta ac delineata. Ienae* 1726. §. 1. Vid. eiusdem *dissertationes ad Hugonem Grotium de veritate religionis christianae illustrandum spectantes pag.* 294. sequ. scriptor Suecicus, cuius scriptum huc spectans *D. Iacob. Serenius* lingua *Suecica* prodire fecit *Holmiae* 1752. 4. cuius postea versio germanica prodiit, sub titulo: *Iacob Serenius gesammlete Zeugnisse der Heyden, besonders des Iosephus von Christo, Goettingae* 1758. 8. cuius libri argumentum plene et diligenter enarrauit b. *Baumgartenius Relationib. de libr. et scriptis memorabil. Tom.* IV. *Part.* 19. *pag.* 80. 92. His adiungantur *F. A. Knittelius* et *Rossius* scriptores recentissimi de isto Iosephi testimonio, quorum prior edidit *neue Kritiken ueber das Zeugniss des Flauius Iosephus von Christo Brunsuigae* 1779. 4. posterior vero *epistolam criticam de mentione Christi a Flauio nostro facta* in 8. euulgauit. Alios scriptores hac de re, quorum mentionem hic studiose omittimus, adduxit in medium b. *Io. Georg. Walchius Bibliothec. theologic. select. Tom.* III. *pag.* 441.

Labores eruditorum virorum, quos circa ea, quae *Iosephi* in scriptis suis reliquit, in se suscepernnt, sunt varii generis et digni sane, qui hic breuiter recenseantur. Sic inter eos, qui commentari voluerunt in Iosephi opera, nominatur *Petrus Cunaeus* teste *Io. Buxtorfio Catalect. pag.* 204. Alii utilissimis excerptis ex Flauii Iosephi nostri scriptis partes quasdam specialioris historiae Iudaicae illustrare studuerunt. Huc spectat inter alios *Iacobus Gronouius*, qui *decreta Romana et Asiatica* ex Archaeologiae Iudaicae scriptis Iosephi nostri incredibili studio collegit eaque *Lugduni Batauorum* anno 1712. 8. coniunctim edidit, de qua editione insuper obserues velim, *Gronouium* omnia ista decreta pro Iudaeis, quae ex libro decimo quarto depromta sunt, et quae maxima ex parte in praecedentibus vel penitus omissa vel mutilata fuerant, ex codice manuscripto Archaeologiae Iosephi, qui olim ad Bibliothecam *Isaaci Vossii* pertinuit, restituisse et *Iosepho* nostro sic, quod suum erat, vindicauisse, vti referunt Auctores *Bibliothecae nouae orbis eruditi. Tom.* II. *Part.* 24. *pag.* 856. Huius eruditissimi viri vestigia pressit vir in literatura graeca et latina quondam versatissimus, Rector scholae Grimmensis meritissimus *Iohannes Tobias Krebsius*, qui insuper adiecit copiosissimam in

haec

haec decreta commentariorum eo magis lectoribus harum rerum peritis acceptum, quo certius inter omnes constat singularis notitia scriptorum *Flauii* nostri, cuius iam antea idem vir celeberrimus in scriptis, quae illustrandis Iosephi monumentis inseruiunt, exhibuerat monumenta satis luculenta. Prodiit ista collectio decretorum ad Iudaeos pertinentium sub titulo: *Decreta Romanorum pro Iudaeis e Iosepho collecta et Commentario historico-grammatico-critico illustrata. Adiunctum est decretum Athenienſium pro Hyrcano Pontifice maximo Iudaeorum Commentario illustratum a Io. Tob. Krebsio. Lipſ.* 1768. 8. cuius doctissimi scripti recensionem elegantissimam *Io. August. Erneſti Biblioth. nou. theologic. Tom.* IX. *Part.* 2. *pag.* 153. 169. exhibuit. Alii omnem mouerunt lapidem, vt ipsum sacrum codicem ex Iosephi scriptis illustrarent. Quemadmodum vero quondam fere ab omnibus Philologiae sacrae indagatoribus creditum est, Iosephum in enarratione historiarum Veteris Testamenti plus tribuisse quam par est versioni τῶν LXX. nunquam vero aut saltem rarius textum hebraeum masorethicum consuluisse, sic recentiori tempore huic commento varia opposuerunt summe venerabilis *Erneſti Exercitat. Flauian.* I. §. 3. *cet.* et Vir Illustris Eques *Io. Dauid Michaelis* in *Spicilegio Geographiae Hebraeorum exterae poſt Bochartum pag.* 10. *ſequ.* Pluribus hoc argumentum data opera satis erudite discusserunt recentissimo tempore celeberrimus apud Goettingenses Prof. *Ludouicus Timotheus Spittlerus* in *Programmate* peculiari *de vſu verſionis Alexandrinae apud Ioſephum. Gotting.* 1779. et cel. Prof. Lipsiensis *Io. Gottfrid. Scharffenberg.* in *Proluſ. de Ioſephi et Verſionis Alexandrinae conſenſu. Lipſ.* 1780. 30. pag. 8. Vide quoque, si placet, ex antiquioribus *Io. Friſchmuth, diſſ. de* 30. *argenteis. Cap.* II. §. 11. *pag.* 16. Atque hic ingenue profiteor, me libentissime sententiae *Scharffenbergii* accedere, quod *Ioſephus* noster ratione singularum vocum historiam suam menti versionis *Alexandrinae* magis quam hebraeo textui accommodatam expresserit, vnde etiam scripta eiusdem in nonnullis lectionibus ex memorata versione emendari possunt. Ex quo fonte etiam deriuandi sunt crebriores *Hebraiſmi* in monumentis *Ioſephi* passim occurrentes, licet tamen non negandum sit, Iosephum alias puae dictioni Graece operam maxime dedisse. Vberius hoc argumentum secundum ordinem librorum biblicorum pertractare coepit praestantissimus interpretationis et rei criticae sacrarum paginarum promotor, Illustris Eques *Io. Dauid Michaelis* in praestantissima *commentatione germanica de vſu ſcriptorum Ioſephi in re critica Veteris Teſtamenti*, quam eidem Viro summo inferere placuit *Bibliothecae suae orientali et exegeticae. Part.* V. *pag.* 221. 251. VII. *pag.* 189. 216 seq. in qua permultae non negligendae variantes lectiones Veteris Testamenti ex scriptis *Ioſephi* erutae critice perpenduntur, et lectores collatione accurata versionis tum Alexandrinae tum aliarum Orientalium ad tutiorem earundem vsum praeparantur. Optandum sane est, vt Illustri Equiti placeat hanc telam coeptam ad finem vsque sacrorum librorum historicorum Veteris Testamenti pertexere, cum propter eximiam, qua pollet Vir illustris rei criticae notitiam,

et acumen ingenii cum profundissima vi iudicandi coniunctum ab eodem expectari possit huius argumenti tractatio omnibus numeris perfecta. Neque hic silentio praetermittendae sunt summe venerabilis Helmstadiensium Theologi, D. *Io. Benedicti Carpzouii Prolusiones duae* doctissimae, in quibus *Lectionum Flauianarum scripturae et vindiciae* sistuntur, quae prodierunt *Helmstadii* 1748. 7 plag. quarum summam exhibent auctores der *vollständigen Nachrichten von kleinen academischen Schriften, ad annum* 1749. *Part.* XI. *pag.* 985. sequ. in quibus permulta loca veteris Testamenti elegantissime illustrantur. Neque ii doctissimi viri laude privandi sunt, qui vocibus, phrasibus et vniuersae historiae Noui Testamenti ex monumentis a *Iosepho* nostro divulgatis clarissimam lucem adferre studuerunt. Spectant huc imprimis *Ioannes Baptista Ottius* et *Iohannes Tobias Krebsius.* Prioris *Spicilegium siue excerpta ex Flauio Iosepho ad Noui Testamenti illustrationem Sigebertus Hauercampus Lugduni Batauorum* 1741. 8. mai. edidit, qui ipse quoque in sua praestantissima operum Iosephi editione varia passim ex hoc scripto inseruit. Posteriori autem, qui *Ottium* diligentia longe superauit, debemus *Obseruationes in Nouum Testamentum ex Flauio Iosepho* multa eruditione philologica refertas, quae *Lipsiae* 1755. 8. mai. editae sunt. Quorum doctissimorum virorum studia commendauit summe venerabilis *Ernesti* in *Institut. interpretis Noui Testamenti. Part.* II. *Cap.* VIII. §. 10. *pag.* 167. *edit. secundae.* Quo etiam spectat cel. *Io. Frider. Eckhardi* prolusio, quae exhibet *Pauli apostoli orationem ad Felicem et Drusillam dictam (Act. apost.* XXIV, 25.) *ex Iosepho et Tacito illustratam,* Isenaci 1779. edita.

Primus, qui inter Germanos nostra aetate eruditos viros incitauit, vt diligentius, quam antea factum erat, scriptis Iosephi perscrutandis operam darent, est profecto summe venerabilis *Ioh. Augusti. Ernesti*, cuius prostant eruditissimae *Exercitationes Flauianae* singulatim editae, quarum *prima*, quae *de fontibus Archaeologiae Flauii Iosephi* agit, prodiit *Lipsiae* 1756. Vid. *vollständig. Nachrichten* 1757. *Part.* V. p. 415. seq. ex quibus non solum genius et character huic scriptori proprius clarissime innotescit, verum etiam permultis doctissimis obseruationibus illustrantibus locupletantur ipsa Iosephi nostri monumenta. Huc etiam spectat, vt alia scripta bene multa omittamus, *S. V. Io. Salom. Semleri Spicilegium critico-theolog. de auctoritate Archaeologiae ad exercitat. Flauian.* Lipsi. 1. *editum. Halae* 1757. 5. plag. quod recensetur in *vollständ. Nachrichten ad ann.* 1757. *Part.* VII. *pag.* 601. *sequ.*

Plura qui de scriptis eruditorum ad historiam literariam monumentorum *Iosephi* pertinentibus scire cupit, conferat *Fabricium Bibliothec. graec. Lib.* IV. *cap.* VI. §. 10-13. *pag.* 241. *sequ. Io. Ern. Imman. Walchii Introd. in linguam graec. Part.* I. *cap.* II. §. 46. *pag.* 52. *sequ. et* b. *Io. Gottfr. Hauptmann.* in *Notitia breuiori auctorum veterum graecorum et latin.* §. 84. *pag.* 92. *sequ.* qui de hoc argumento plura dabunt.

Denique

Denique nobis *de fide Iosephi* differendum erit. De qua cum varia omnino prostent eruditorum iudicia, paulo vberius de iisdem hic agendum erit. Missum hic omnino facio *Petri Baelii* commentum in *dictionario suo historico-critico* [illegible] *Abimelech* prolatum, quo in loco Iosephum nostrum in suspicionem negat[illegible] πνευστίας sacrorum librorum vocauit, a qua Iosephum vindicauit nuper [illegible] *Io. Frid. Eckhardus* in prolusione Isenaci 1781. edita. Alii eundem nimiae leuitatis garrulitatis, adulationis et nimiae credulitatis in fabulis asserendis accusarunt. Fecerunt hoc praeter alios *Io. Harduinus* in *Prolus. chronologiae ex nummis antiquis restitutae de nummis Herodiadum. Paris.* 1693. 4. quae etiam inserta est eiusdem *Operibus selectis pag.* 828. sequ. et *Ioseph. Anton. van Dalen* in *dissert. de origine et progressu idololatriae*, qui omnem in eo mouent lapidem, vt fidem et auctoritatem *Flauii Iosephi* infirmam redderent. Plura legantur hac de re apud *Fabricium Bibliothec. graec. Lib.* IV. *cap.* VI. §. 4. *pag.* 235. Causam tamen Iosephi in se susceperunt contra priorem imprimis tuendam viri doctissimi *Christoph. Cellarius* in *dissertatione* peculiari, *qua Herodum historiam aduersus Io. Harduinum asserit. Halae Magdeb.* 1696. 4. *Maturinus Veyssier. la Croze* in *Vindiciis scriptorum veterum contra Harduinum.* (*Roterod.* 1708. 8.) *pag.* 35. et *Io. Andr. Schmidius* in *stricturis theologic. in Io. Harduini Opera selecta. Helmstad.* 1710. Nolo hic ad ipsa verba *Iosephi* provocare, quibus se in historia sua veritatis esse studiosissimum testatus est, quae praeter alios in medium adduxit *Henric. Heisenius* in *Symbolis litterar. Bremens. Tom.* II. *Part.* II. *pag.* [illegible] seq. Superfluum quoque hic esset, si hic eos afferre vellem omnes, qui [illegible] maximum studium ac summam fidem *Iosepho* nostro tribuunt. Nonnulla tantum eorum, quae eruditi viri de eiusdem fide in Antiquitatibus Iudaeorum et rebus gestis huius gentis obseruauerint, quidue in iisdem vituperent, quae in vsus meos passim mihi descripseram, hic obseruabo. Antiquitatum Iudaicarum studium multum egregiae lucis ex scriptis Iosephi foenerari, res est extra omnem dubitationis aleam posita, vnde in eiusmodi rebus, quae ad Antiquitates Iudaeorum spectant, *Iosephum* et *Philonem* merito praeferendum esse scriptoribus Rabbinicis, quippe qui antiquiores et eruditiores iis sint, rectissime obseruat summe venerabilis *Ernestius Institut. interpret. N. T. Part.* II. *Cap.* VIII. §. 8. *pag.* 166. *edit. secundae.* Subiungamus exempla notitiae eius antiquariae. In descriptione atriorum Iudaicorum in templo et extra idem positorum fuit accuratissimus teste *Carolo Henric. Zeibichio Symbol. litterar. Bremens. Tom.* II. *Part.* I. *pag.* 82. *sequ.* Quae de diuersoriis et habitationibus κολλυβιστῶν et nummulariorum Iudaicorum adduxit *Iosephus* noster, aliorum obseruationibus de hoc argumento praeferenda esse monuit *Io. Wülferus* in *notis ad Tractatum talmudicum Schekalim pag.* 18. 20. Vid. etiam *Wolf.* in *Curis philolog. et critic. ad Matth.* XXI, 12. *pag.* 301. *Iosephum* nostrum cum iis, quae *Talmudistae* perhibent circa ritus in agno paschali obseruatos, egregie conspirare, doctissime ostendit b. *D. Erhard. Andr. Frommannus* in *duobus programmatibus de*

 con-

conſenſu Philonis et Ioſephi cum Talmude de agno paſchali, *Coburgi* 1764. editis, denuo inſertis eiusdem *opuſculis philologici*, *theologici et hiſtorici argumenti. Part.* I. *num.* 19. quorum ſummam exhibuit S. V. *Erneſtius Biblioth. theol. nou. Tom.* V. *P.* V. *pag.* 477. *ſequ.* et *Bibl. theol. nouiſſ. Tom.* I. *Part.* IV. *pag.* 375. Porro etiam in dubium vocare conabitur, ſyſtemata ſectarum Iudaicarum ex Ioſepho illuſtrari atque ex eius ſcriptis tamquam limpidiſſimo fonte ea quae ad notitiam earundem faciunt, hauriri poſſe. Tentamen huius argumenti, quod ad ſectam *Sadducaeorum* ſpectat, exhibuit *Io. Conrad. Fueslinus* in *noua Bibliotheca Bremenſi. Claſſ.* V. *faſcic.* II. *pag.* 195. *ſequ.* Simili ratione ſyſtemati *Eſſenorum* ex ſcriptis *Ioſephi* et *Philonis* clariſſimam lucem adfundit *Io. Heluic. Willemerus* in *diſſert. de Eſſenis Iudaeorum aſcetis. Witteb.* 1680. Caeterum hic conferri meretur elegantiſſima commentatio b. *D. Chriſtian. Guil. Thalemanni de Philonis et Ioſephi auctoritate in hiſtoria rituum ſacrorum*, quam ſubiunxit ipſe iteratae editioni *tractatus ſui de nube ſuper arca foederis. Lipſ.* 1771. 8. mai. in qua fere totum argumentum hoc de eo, quod in antiquitatibus ſacris credendum ſit Ioſephi teſtimonio, diligentiſſime pertractatum eſt. Summam huius commentationis elegantiſſimae recenſuit S. V. *Erneſtius Biblioth. theol. nouiſſ. Tom.* I. *Part.* V. *p.* 469. ſequ. His addamus adhuc alia, quae ab aliis eruditis viris notata ſunt, atque ad hoc argumentum ſpectare videntur. Multa quae attulit *Ioſephus* noſter, ex *Paraphraſibus Chaldaicis Targumim* dictis lucem accipiunt. Hinc *Robertus Sheringhamius* in *Annotationibus* doctiſſimis *ad codicem Talmudicum Ioma. Cap.* VII. *pag.* 171. *edit. Londinenſ.* ea, quae apud *Ioſephum lib.* III. *cap.* 8. *Archaeolog.* de *femoralibus circum ilia conſtrictis* memorantur, cum iis, quae *Targum Ionathanis* ad *Ezech.* XLIV, 18. obſeruauit, eruditе conciliauit. Interdum vero a *Talmude* diſſentire *Ioſephum*, idem docet *Sheringhamius*, quod inter alia accidit, cum *Ioſephus* affirmet *Antiquitat. Iudaic. lib.* XV. *cap.* 14. Sacerdotem maximum ſtolam ſacram nunquam geſtaſſe, niſi cum immolaret victimam. Vid. *Sheringham. l. c. p.* 151. Interdum valde diffidet a *Rabbinis Ioſephus*, quod liquido patet ex deſcriptione ſuae aree exterioris et feſti lignationis. Vid. *Io. Iac. Crameri Exerc. de ara exteriore templi ſecundi.* (*Lugd. Batau* 1697. 4.) *pag.* 43. 100. Simili ratione in explicatione vocum hebraicarum idem a Iudaeorum magiſtris diſceſſit. Sic voces hebraicas אֶרֶץ גְּרוּזָה per *ὑπερόψων ἐρημίαν* expoſuit, qua in expoſitione diſſenſum eius a *Rabbinis* egregie notauit *Io. Friſchmuth. diſſ.* I. *de Hirco emiſſario Cap.* I. §. 23. Licet autem fidem eius in hiſtoria rituum ſacrorum nemo facile in vniuerſum in dubium vocabit, tamen haud negari poteſt, Ioſephum interdum in monumentis ſuis praeſertim in iis, quae ad ritus antiquos ſpectant, quae deriuationem nominum hebraicorum propriorum et hiſtoriam ſacram concernunt, hallucinatum fuiſſe, id quod iampridem doctiſſimi viri demonſtrauerunt. Sic errores eius in deſcriptione candelabri Moſaici et candelabrorum Salomonis atro carbone notauit *Henric. Opitius* in *diſſ. de candelabro Moſis. Ien.* 1708. §. 21. 26. et §. 9. *pag.* 54.

Per-

Perobscura est descriptio thalamorum templi, qui tria latera eiusdem, Australe, Septentrionale et Occidentale cingerent, obseruante *Lempereur* in *Annotation. ad codicem Middoth. Cap.* IV. *Sect.* 3. *pag.* 144. *seq.* Idem auctor loc. cit. descriptionem portarum praecipuarum templi, quae apud *Iosephum de Bello Iudaic. Lib.* V. *cap.* 4. reperiuntur pro imperfecta et insufficiente declarat *pag.* 135. Quando memorat *Iosephus Antiquit. Iudaic. Lib.* III. *cap.* 10. etiam extremitates seu caudas holocaustorum in altari oblatas esse, *Sheringhamius* in *Annotationibus ad Ioma* VI, 7. *pag.* 145. profitetur, se nescire, an *Iosepho* habenda sit fides, cum contrarium ex ipso sacro codice demonstrari possit. De aliis erroribus *Iosephi* circa descriptionem templi Iudaici commissis, legatur *Ernest. Augusti. Schulzii diss. de variis Iudaeorum erroribus in descriptione templi. Francof. ad Viadr.* 1758. imprimis *pag.* 12. *sequ.* Mirum est, doctissimum alias *Iosephum* in explicandis et deriuandis *nominibus propriis* falsa protulisse. Sic *Antiquit. Iudaic. lib.* I. cap. 2. nomen proprium *Habelis* πένθος seu *luctum* notare asserit, quod tamen ex consensu omnium fere interpretum significat *vanitatem.* Simili ratione sententiam *Iosephi* et *Philonis*, Mosis nomen esse Aegyptium, falsam esse, obseruauit *Augusti. Pfeifferus* in *diss. de Iosephi binomine Aegyptio. corollar.* 4. Quod attinet ad eius defectus et errores in historicis, nihil plane attulit *de obstetricibus Aegyptiacis*, nisi falsa et erronea, quae historiae sacrae omnino repugnant, quod clarissime demonstrauit *Gottlob. Frider. Gudius* in *diss. de hebraica obstetricum origine.* (*Lipsi.* 1724.) §. VIII. *sequ. pag.* 12. seq. Nec immerito notatur error *Iosephi*, quod in interitu Sodomorum quinque vrbes devastatae fuerint, ab *Ambrosio Dorhout* in *noua Biblioth. Bremens. Classi.* I. *fascic.* I. *pag.* 77. Simili ratione eundem in *historia Abrahami* Patriarchae et *reformationis ecclesiasticae Iehoschaphathi* grauiter impegisse *Iosephum* nostrum, docetur in *Biblioth. noua Bremens. Classi.* V. *fascic.* 3. pag. 531. sequ. et in *Bibl. Hagan. Classi.* II. *fasc.* I. *pag.* 112. *sequ.* vbi pag. 133. etiam vitium eius geographicum memoratur. Contra ea, quae *Lib.* XII. *Antiquit. Iudaic. cap.* 2. memorat *Iosephus* de exemplari codicis hebraei a Pontifice Iudaeorum maximo Eleazaro ad regem Ptolomaeum misso, varia memorantur a *Stephano le Moyne* in *Notis ad Varia sacra. pag.* 333. *seq.* Vid. etiam *Io. Iac. Quandtius* in *diss. de Atramento Hebraeorum.* (*Regiomont.* 1713.) §. XIII. Nihil vmquam *de infanticidio Bethlehemitico* memorat Iosephus, cuius silentii causas doctissime perscrutatus est b. *Carolus Gottlob. Heffmannus* in peculiari *Programmate de quaestione, cur Iosephus eaedem infantum Bethlehemitarum tacuerit. Witteb.* 1741. cuius summam exhibent Auctores *excerptorum ex disputationibus ad annum* 1742. *Part.* II. *pag.* 135. sequ. *Piscinae* quoque *Bethesdeae* vestigia frustra in Iosephi scriptis quaeri obseruauit *Io. Frischmuthius* in *diss. de piscina Bethesdea.* Cap. II. §. 3. sequ. Historiam *Iosephi de expeditione Alexandri Magni Hierosolymitana*, de qua narrat quaedam *Antiquit. Iudaic. lib.* XI. *cap.* 8. impugnarunt praeter alios *Vorstius* in *annotationibus ad Chronologiam R. Dauid. Ganz. pag.* 246. et *Anton. van Dalen* in

diss.

diſſ. ſuper Ariſtea. Cap. X. *pag.* 75. ſeq. De qua relatione, quod obiter obſerua, etiam conferenda eſt *Io. Caroli Krebſii Proluſ. de expeditione Alexandri Magni Hieroſolymitana. Lipſ.* 1753. Vid. *Vollſtaend. Nachrichten von kleinen academ. Schriften, ad ann.* 1753. Part. VIII. pag. 752 ſequ. Alios *Ioſephi* naeuos in hiſtoria Iudaeorum commiſſos erudite detexerunt *Petrus Cunaeus Lib. II. de Republica Hebraeor. pag. m.* 373. *ſequ.* et prae caeteris *Thomas Ittigius* in *praefatione Operum Ioſephi edit. Colonienſis. fol.* 42. ſequ. Commentarium doctiſſimum ad ea, quae obſeruauit *Ioſephus Antiquit. Iudaic. lib.* XV. *cap.* 14. ſcripſit b. *Erneſtius* in *Prolufione de templo Herodis M. Lipſ.* 1752. quae exſtat quoque in eiusdem Viri ſummi *opuſculis philologicis et criticis pag.* 347. ſequ. Vid. de eadem *vollſtaend. Nachricht. ad ann.* 1752. *Part.* VII. *pag.* 678. ſequ. Conferatur etiam, quae huc ſpectat *Io. Caſpar Huldrici commentatio de Vite aurea, qua Herodes templum Hieroſolymitanum adornauit*, quae in *Satura diſſertationum, orationum et epiſtolarum theologico-hiſtorico-philologicarum*, quae *Tiguri* 1742. prodiit, *Part.* II. *num.* 4. *pag.* 272. *ſequ.* recuſa legitur.

IOSEPH SAMIGA (*num.* 937.) *Tom.* I. pag. 550. III. 436. ad 2. *Venetae* anni 1586. editio conſtat 1 Alphab. plagul. 8½ et impreſſa eſt typis *Danielis Bombergii.* Tenet hanc editionem *bibliotheca publica Thorunienſis.*

IOSEPH ATHIAS (*num.* 944.) *Tom.* I. *pag.* 552. III. 416. Varia de hoc erudito typographo eiusque editione *bibliorum ſacrorum Veteris. Teſtamenti Iudaeogermanica* obſeruauit b. *Burgartenius Relation. de Bibliotheca Halenſi. Tom.* III. *Part.* XIV. *pag.* 96. *ſequ.* Vid. etiam *Wolf.* noſtri *Bibliothec. hebr. Tom.* II. *pag.* 453.

IOSEPH KARO (*num.* 962.) *Tom.* I. *pag.* 559. *num.* 9. *coll.* 802. *num.* 5. III. 421. IV. 858. *Schülchan Aruch.* Teſte *Wagenſeilio* in *Notitia librorum Rabbinicor. pag.* 21. hoc ſcriptum conſtituit *corpus Iuris ciuilis Iudaeorum.* Conſtat hoc opus quatuor Tomis in folio, ſiquidem commentarius additus fuerit, absque eodem autem in forma octaua prodiit, in qua editione notulae tamen additae ſunt. Exſtat quoque eius editio *Amſtelodamenſis*, quam poſſedit b. *Danzius*, de anno 1666. quae iam aſſeruatur in Bibliotheca publica Academiae Ienenſis. Conſtat ea quatuor Tomis in forma octaua. Iudaei vocant *Arba Turim.* Index in hunc librum prodiit in Octauo, quem *R. Samuel Fürthenſis* vel inter commendauit, cuius titulus eſt: ספר פרי מגדים על שלחן ערוך *Francofurti ad Viadrum*, qui vero tantum ad partem huius operis vnam ſcilicet חשן המשפט pertinet. *B. Carpzouius* in *Collegio Rabbinico in librum Ruth. pag.* 91. ſcribit de hoc libro ſequentia: „Schülchan Aruch in eodem ordine Ebenhaeſer prouti cum Nachalath Zebhi „inſigni in eum commentario Venetiis anno 1661. prodiit.„ Vid. quoque ibidem *pag.* 146. Caeterum hic liber tantae auctoritatis eſt inter Iudaeos, vt ſi qua controuerſia forte oriatur inter Iudaeos et ius dicendum fuerit inter litigantes, deciſio non petatur ex *Miſchna* vel *Gemara*, ſed Europaei noſtri Iudaei ſecundum hoc ipſum

ipſum *Schilchan Aruch*, orientales Iudaei autem ſecundum *Maimonidis Iad chaſaka* ſententiam ferant, quod obſeruauit *Wagenſeilius* in *Telis igneis Satanae pag.* 73. Alium librum, qui eodem titulo eſt inſtructus, debemus *R. Loriae*, de quo *Wolfius* noſter infra *Tom.* I. *pag.* 676. *num.* 19. nonnulla obſeruauit.

IOSEPH KIMCHI (*num.* 967.) *Tom.* I. *pag.* 562. III. 423. *num.* 3. Librum foederis huius Rabbini ex *R. Schabbataeo* a *Wolfio* noſtro tamquam ineditus liber recenſetur, qui ſolummodo deprehendatur manu exaratus. Exſtat vero in libri *Sepher Milchamath chobah* editione *Conſtantinopolitana* anno 1710. edita, vbi inter ſcripta Iudaeorum polemica contra Chriſtianos tertium occupat locum memorante *b. Baumgartenio Relat. de Bibliotheca Halenſi. Tom.* I. *Part.* I. *pag.* 40.

IOSEPH SALOMO DEL MEDICO (*num.* 976.) *Tom.* I. *pag.* 566. III. 427. IV. 859. Polyhiſtor fuit hic doctor Iudaicus, diſcipulus *R. Iſaaci Loriae*, cabbaliſta ſubtiliſſimus. De eo plura adduxit *Reimmannus Introduct. in hiſtor. Theol. Iudaicae. pag.* 444. *ſequ.* qui dolet, quod pauca tantum ſuorum ſcriptorum impreſſa fuerint et eorum plurima adhuc manu exarata lateant in Bibliothecis. Damnum autem rei literariae mihi non omnino tanti eſſe videtur, ſi etiam eiusmodi Iudaici ingenii ſomnia Cabbaliſtica penitus interirent.

IOSEPH FIL. SCHEM TOBH (*num.* 980.) *Tom.* I. *pag.* 571. *num.* 2. *Chebod elohim*) Ferrarienſem editionem quoque memorat *Io. Bernhard. Deroſſi in Comment. hiſtor. de Typographia Ferrarienſi. Cap.* III. *pag.* 42.

Tom. I. *pag.* 574. poſt *numerum* 989. inſeruit b. *Dinzius* doctorem Iudaicum *R. Iechielem filium R. Arieh*, in ſuo exemplari Bibliothecae Wolfianae, qui ſcripſit שמירת שבת, opus impreſſum *Pragae* 435. C. 1675. in quarto.

IACOB ABENDANA (*num.* 1010.) *Tom.* I. *pag.* 579. Quod ad *ſpicilegium* eiusdem attinet, quo librum notiſſimum *R. Salom. ben Melech Michlal Iophi* inſtruxit, attinet, de his adnotationibus *Ioannes Heluicus Willemerus* in *diſſ. de pronunciatione nominis Iehoua* (*Wittberg.* 1677.) *pag.* 9. memorat, maximam partem earundem non ex ingenio ſuo fluxiſſe, ſed potius ex *Abarbanelis* ſcriptis ſuffurata eſſe. Hinc iure ac merito idem *Abendana* ob hanc cauſam a *Chriſtian. Ludou. Schlichtero* in *Symbolis litterariis Bremenſibus* a *Conrad. Ikenio* editis *Tom.* I. *Part.* I. *num.* 3. *pag.* 50. in *Plagiariorum* numerum refertur.

IACOB DE ALBO) Editio Veneta libri eius *Toledoth Iacob* a *Wolfio* memorata perrara eſt teſte *Clement. Biblioth. pag.* 114.

IACOB FIL. ASCHER (*num.* 1023.) *Tom.* I. *pag.* 582. ſequ. III. 442. (vbi corrigatur numerus 1024.) IV. 864. *Arba Turim.* Varia ſunt, quae de hoc clariſſimo libro Iudaeorum, qui apud Iudaeos maximae eſt auctoritatis et epitomen elegantiſſimam totius *Talmudis* exhibet, attulit in medium *Daſſouius* in *Tract. de reſurrectione mortuorum ex ſententia Iudaeorum. Dedicat. a. ultim.* Quae cum ita comparata ſint, vt ex iis corrigi et in meliorem ordinem redigi poſſint, quae *Wolfius* de iſto obſeruauit, primo nonnulla de Commentariis in hoc opus ad-

 feram.

feram. Habemus quidem editionem *Hanouienſem Arba Turim*, quae prodiit ſine *Peruſchim*, illuſtratus autem eſt etiam Rabbinorum commentariis amplissimis. Primus, qui *Commentarium* in eundem ſcripſit, eſt *R. Ioſeph Karo*, in libro Bet *Ioſeph* inſcripto. (Vid. *Wolf. Tom.* I *pag.* 557. *num.* 1.) Liber hic ſimili ratione, prouti *Arba Turim*, diuiſus eſt in quatuor Tomos. Prima pars huius operis, quae prodiit *Cracouiae* anno Chriſti 1615. appellatur *Orach chajim*, altera *Iereh deah*, tertia *Ebhen haeſer*, quarta denique *Choſchen hammiſchpath*. Alter, qui inter commentatores in *Arba Turim* eſt memorandus, eſt *R. Ioel Sirks*, cuius commentarium memoratum repério apud *Wolfium* noſtrum tum hoc in loco, tum etiam ſupra *Tom.* I. *pag.* 467. *num.* 799. De hoc Academiae Cracouienſis capite *Abh Beſdin* dicto *Daſſouius* memorat, eundem non ſolum in *R. Iacob Baal* ſiue auctorem *Hatturim*, ſed et in omnes ſic dictos *Poſekim*, quos *R. Iacob* in opere ſuo allegauit, penetrauiſſe. Dicitur idem familiariſſimus *R. Ioſephi Karo* amicus, cuius manus amicae ſine dubio in hoc opere grauiſſimo a ſe ſuſcepto maximo eidem fuerunt auxilio. Librum ſuum, qui eius commentarium hunc conſtituit, *Beth Chadeſch* appellat. Abſoluitur itidem hic Commentarius quatuor Tomis in folio, vt primus ſit inſcriptus טור אורח חיים et ſic deinceps ſequentes, licet non eodem ordine in lucem prodierint. Excuſi autem ſunt *Cracouiae* 1631. et ſequentibus annis. Speciatim in vltimam τοῦ *Arba Turim* partem ſeu *Choſchen hammiſchpath* ex *Daſſouii* relatione prodiit *commentarius R. Alexandri*, qui in titulo (hebraica hic omitto) vocatur *Sacerdos iuſtitiae et Doctor Lemburgenſis*. Editus eſt hic ipſe commentarius *Wilmersdorfii* 1671. in *fol.* ſub titulo: „R. Alexandri, ſa„cerdotis iuſtitiae et Doctoris Lemburgenſis menſa inſtructa ex Tur choſchen ham„miſchpath, cum explicatione, quae vocatur illuſtratio oculorum, vbi concordan„tiae Rabbinicae cum indice locupletiſſimo adiectae ſunt.„ Praeterea iam ante laudatus *R. Ioſeph Karo* magnum hoc opus in compendium redegit, quod ſub titulo *Schülchan Aruch* prodiit variis in locis (Vid. *Wolf. Tom.* I. *num.* 962. *pag.* 559. num. 9.) etiam *Cracouiae* 1616. 4. itidem, prouti *Arba Turim*, quod ei occaſionem dedit, in quatuor partes diſtributum, et nouis gloſſis *R. Moſis Iſirles*, qui ea, quae *R. Ioſephus Karo* forte omiſerat, adiecit, locupletatum. Haec excerpta debemus *Daſſouio*. Quibus addas, quod in ſecundum ordinem operis Arba Turim, qui vocatur *Ieresh deah* commentarii ſub titulo: *Aſchle rabh rebhe Wilmersdorfii* editi ſint, quos recenſuit *Io. Chriſtian. Wibelius* in *configuratione librorum Iudaicorum Wilmersdorfii editorum*, in *Relationibus nouis de rebus nouantiqu. theologic. ad annum* 1743. pag. 505. Neque omittendus eſt *Commentarius in primum ordinem Orach chajim* dictum, qui inſcribitur: *Halacha berura* ſeu *Commentarius in Orach chajim a Rabbi Pinehaſo conſcriptus*, qui prodiit *Wilmersdorfii* anno 1717. fol. teſte *Wibelio loc. cit. pag.* 511.

Ad

Ad notitiam operis ipsius *Arba Turim*, cuius explanatores huc vsque recensui, faciunt imprimis ea, quae *b. Reimannus Introduct. in historiam Theolog. Iudaic. pag.* 322. *sequ.* in medium adduxit.

Editiones *Arba Turim* quod attinet, praeter eas, quas *Wolfius* iam obseruauit, prodiit quoque *Berolini* anno Christi 1703. in folio et *Wilmersdorfii* 1727. fol. quam posteriorem editionem obseruauit *Wibelius relat. innov.* ad Ann. 1743. *pag.* 509.

Tom. I. *pag.* 583. lin. 1. ad verba *Soncinatum* 1481.) Plura de hac editione obseruauit *Io. Bernhard. Deroſſi* in *diſquiſitione de origine et primitiis typographiae hebraicae.* Cap. IV. §. 1. *pag.* 18. sequ. Vid. quoque haec *Supplementa* mea *ad Tom.* III. *Bibliothec. Wolf. pag.* 446.

Ordo primus Arba Turim Orach chajim dictus prodiit quoque A. 245. C. 1480. Recensuit hanc editionem vberius laudatus *Deroſſi loc. cit. Cap.* IV. §. 6. *pag. m.* 29. *sequ. edit. Huffnagel.* Coniicit idem auctor doctissimus, hanc editionem impressam esse *Vlyssiponae*, licet locus impressionis in titulo non memoretur. Constat paginis 98. et ex sententia eiusdem Viri haec editio primus est liber Iudaicus, qui apud Lusitanos in lucem prodiit publicam. Antiquior eius editio in lucem publicam edita est ab *Abrahamo Conatho Mantuae* anno 1476. teste eodem *Deroſſi* in *Comment. de Typographia Hebraeo-Ferrarienſi. Cap.* II. *pag.* 11. *edit. Erlang.* Praeterea idem ordo primus *Orach chajim* prodiit *Lublini* A. 359. C. 1599. fol. per manus *Kalonymi ben Mardochai*, quae editio asseruatur in bibliotheca *Thorunienſi* publica, et circiter 1 Alphab. et 14 plagulas continet.

Ordines duo *posteriores* quod attinet, qui continentur in codice *Bibliothecae publicae Hamburgenſis*. quem ista tenet ex donatione b. *Io. Chriſtoph. Wolfii* nostri, de eodem codice legantur ea, quae adduxit *Carolus Antonius* in Relatione germanica de antiquissimo libro *Rabbinico. Helmstad.* 1756. 4. *plag.* 8. Vid. *Hamburg. Berichte von gelehrten Sachen ad ann.* 1756. *Scid.* 71. *pag.* 564. His addenda erit *editio ordinis ſecundi Iureh deah* dicti, quae seperatim prodiit *Ferrariae* 1476. fol. per *Abrahamum ben Chajim*, quam vberius descripsit *Deroſſi Comment. de typogr. hebr. Ferrar. Cap.* II. *pag.* 11. *ſequ.*

IACOB DELISCHKAS (*num.* 1036.) *Tom.* I. *pag.* 587. Editionem *Cremonenſem Wolfius* refert ad A. C. 1556. qui numerus melius exprimatur per numerum 1566.

IACOB *fil.* CHABIB (*num.* 1042.) *Tom.* I. *pag.* 590. III. 456. IV. 866. De editione *Veronenſi* libri עין יעקוב in forma duodecima, qua vtuntur admodum exercitati Rabbini, obseruauit *Wagenſeilius* in *Notitia librorum Rabbinic. pag.* 32. deesse in ea explicationem *R. Salomonis Iarchii*, quippe qua non opus habent ii, qui mysteriis Rabbinismi satis fuerint initiati. *Pragenſis* editio, quae optima est est teste *Daſſonio Tract. de reſurrectione mortuorum Dedicat.* b. de anno c. 1668. continet non tantum omnes historias et allegorias Talmudis Babylonici verum

etiam Hierosolymitani in eadem ex *Iephe Mare* descriptas, cum commentario *Raschi*, *Tosephoth* Rabbinorum Gallicorum et nouellis glossis *Rambam Rubis* et *Haran*, colligente *R. Iacobo bar Schlomo, ben Chabib*, addito insuper indice elegantissimo, qui non modo monstrat, qua ratione parabolarum Talmudicarum explicationes in hoc libro, sed etiam in aliis aliorum Rabbinorum inueniri possint. Haec obseruauit *Dassouius* in loco memorato, quem etiam *Wolfius* noster *p.* 591. citauit. Ex sententia *Wagenseilii Sota. pag.* 212. *sequ.* auctoris *En Iacob* propositum fuit, vt optima quaeuis et amoeniora ex vasto Gemarae opere frustatim excerperet. Hinc nunc quaedam ex longis magistrorum Iudaicorum selegit, nunc ex iis quoque, quae ad Mischnam commentantur iidem, excerpsit. Vt autem fieret inter haec distinctio, quoties in *En Iacob* adferuntur, quae ad Mischnae textum illustrandum faciunt, additum est signum מתני׳, et statim succedunt Mischnae verba, de quibus instituitur disquisitio. Caeterum argumentum libri *En Iacob* egregie descripsit idem *Wagenseilius* in *Telis ignais Satanae p.* 73. sequ. Editus est quoque hic liber En Iacob cum Commentario *Rabbi Iacobi Wagensis*, qui inscribitur *Ijun Iaakob*, quae editio a *Wolfio* nostro praetermissa prodiit *Wilmersdorfii* 1729. fol. uti memoratur a *Io. Christian. Wibelio Relation. innov. de rebus nouantiqu. theologic. ad annum* 1743. *pag.* 511. Versionem quoque latinam huius libri *Wagenseilius* libro suo *Sota* inscripto adiecit. Vid. *Supplementa* mea *ad Wolf. Tom.* I. *pag.* 609. *num.* 1058. Ad inscriptionem libri quod attinet, b. *Io. Bened. Carpzouius* in *adnotationibus ad Schickardi Ius regium Hebraeorum cap.* I. *theor.* II. *pag.* 9. b. et passim totum hunc librum, non partem tantum secundam vocat *Beth Israel* perpetuo. Interim videantur ea, quae adduxit idem *Carpzovius Introduct. in Theol. Iudaic cap.* VII. §. 3. *pag.* 32. ubi partem priorem huius operis *En Iacob* dictam a posteriori, quam *Beth Israel* nuncupauit, aperte distinguit. Ex iis autem, quae priori in libro ad Schikard. Ius reg. cap. V. theor. 16. pag. 310. not. i. obseruauit, ubi scribit, adductum illius libri tractatum Talmudicum edidisse *Io. Coccеium*, liquido patet, *Carpzouium* per *Beth Israel* nihil aliud intellexisse, quam eum, de quo huc usque commentati sumus, librum *En Iacob*.

Tom. I. *pag.* 591. *lin.* 2. pro numero anni 446. quem *Wolfius* exhibet, legatur anni numerus 444. Ita correxit hoc solecismo typographicum b. *Io. Gottfrid. Iympius* ad marginem exemplaris sui Bibliothecae Wolfianae ad hunc locum.

IACOB IEHVDA ARIEH (*num.* 1048.) *Tom.* I. *pag.* 596. III. 460. IV. 868. Praeter scripta a *Wolfio* nostro eidem tributa etiam prodire fecit in lucem publicam *Versionem Hispanicam Psalmorum Dauidis*, quae edita est Amstelodami A. C. 1671. quam editionem accurate descripsit b. *Baumgartenius Relation. de libris memorabil. Tom.* IX. *Part.* 51. *pag.* 203. sequ. Vid. *Wolf. Bibliothec. hebr. Tom.* II. *pag.* 453.

IA-

IACOB FIL. IOSEPH RISCHER (*num.* 1050.) *Tom.* I. *pag.* 596. III. 467. Libri eiusdem auctoris, qui inscribitur *Minchath Iacob*, cuius unicam tantum editionem *Pragensem* de anno 419. C. 1689. fol. memorat *Wolfius*, alia editio prodiit *Wilmersdorffii*, quam recensuit *Io. Christian Wibelius Relation. iunox. de rebus nouantiqu. theologic. ad annum Christi* 1743. *pag.* 419.

IACOB *fil* IOSEPH TAVOS (*num.* 1052.) *Tom.* I. *pag.* 597. Appellatus ab aliis TAWASIVS, TAVVSIVS, TVSIVS *etc.* Cognomen TVSIVS quod attinet, rationem eius ab vrbe Persidis *Tus*, quae domicilium Academiae clarissimae fuit, repetendam esse censuit *Brianus Waltonus Apparat. Sacr. f. Prolegomen. in Bibl. Prolegom.* XVI. §. 7. *pag. m.* 420. *edit. Tigurin.* Prius nomen accepisse a patre eius Rabbi *Ioseph Tawasio*, iudicant Io. *Longius* in *Bibliotheca Sacra. Part.* I. *cap.* 2. *pag.* 171. et *Reimannus Introduct. in histor. Theolog. Iudaic. Lib.* I. *cap.* 7. §. 17. *pag.* 129. *Versioni* eiusdem *Persicae Pentateuchi Mosis* posterior laudem tribuit, quod in plurimis eiusdem locis sensus sacri scriptoris sit optime expressus, et saepius retenta lectione Masorethici textus, ex hac ipsa versione confirmari queat vulgaris interpretatio locorum Pentateuchi. Recusa est eadem in *Appendice Tomi quarti Bibliorum polyglottorum Anglicanorum*, characteribus Persico, adiecta latina interpretatione *Thomae Hyde*. Plura de eadem attulerunt *Waltonus loc. cit. Wolfius* noster *Bibliothec. hebr. Tom.* II. *pag.* 448. et *Maschius* in *Bibliotheca Sacra. Tom.* II. *Volum.* I. *pag.* 159.

IACOB *fil.* ISAAC (*num.* 1054.) *Tom.* I. *pag.* 598. III. 469. IV. 869. 1) Liber hic a *Wolfio* obseruatus, *Zeena ureena* inscriptus iudice b. *Wagenseilio* in *Collegio manuscripto in Buxtorfii Bibliothec. rabbinic.* continet traditiones in Pentateuchum magistrorum Iudaicorum, quae in eo collectae sunt in usum mulierum, qui Targum et scripta *R. Salomonis* in lingua originali legere nequeunt. Varias huius operis editiones memorat *Gabriel Groddekius* apud *Placcium* in *Theatro scriptorum Anonymorum et Pseudonymorum. Part.* I. *pag.* 714. *Pragensis* editio, quam *Wolfius* noster et *auctor* anonymus *Supplementi Indicis librorum Iudaicorum Dyrenfurtensium in Bibliotheca noua orbis eruditi. Tom.* II. *Part.* 14. *pag.* 93. ad annum Christi 1649. referunt, certe nec a *Schabbataio* neque *Groddekio* umquam visa est: quod exinde constare videtur, eum horum, vterque neque formam neque annum huius editionis indicauerit. Auctor ex sententia Indicis Dyrenfurtensis *loc. cit.* progenitus fuit ex familia notissima inter Iudaeos, qui florvit Saeculo XIII. scriptoris *R. Ascher Ben Iechiel.* Caeterum *Io. Henr. Carpzovius Coll. rabbinic. in libr. Ruth. Dissertat.* II. *praelimin.* §. 4. *pag.* 11. librum hunc appellat parum absimilem *Iallut*, sed nonnihil ieiuniorem.

Tom. I. *pag.* 598. III. 471. 2. *Sepher hamanagid*. Librum hunc apud Iudaeos, in magna auctoritate versari, testatur elogium, quo decoratur ab auctore *Supplementi Indicis librorum Dyrenfurtensium in Bibliotheca noua librorum orbis eruditi. Tom.* II. *Part.* XIV. *pag.* 93. ad hunc librum scribit iste, Iudaei

Germanici velut ad inclusorum sacram confugiunt, quoties de significatione dictionis alicuius aut commatis hebraici difficultas incidit.„ Idem testatur *Wagenseilius Notit. librorr. Rabbinicor. pag. 9. sequ.* ubi plura de eodem memorat. Scriptum est Iudaeo-germanicum duobus Tomis in folio constans. Adiuncta est quoque huic libro *Rabbi Salomonis explicatio* et *germanica* quaedam *Paraphrasis*, quae ad sensum textus sacri multum adfert. Interim statim in hoc opere frustra quaeruntur libri quinque Mosis, quippe qui separatim prodierunt. Inscriptionem libri plenam adducit in medium *Wagenseilius in spe redemtionis Israelis cap. IV. pag. m. 49. edit. posteriori*, quae iuxta latinam *Wagenseilii* versionem sequens est: „Liber Hammagid, *Est is interpretatio omnium* XXIV. *Scripturae librorum, Prophetarum videlicet priorum et posteriorum, ac duodecim minorum Hagiographorum item, atque sic rerum sublimium, quae conversae sunt in linguam Hebraeo-germanicam, cum notis et observationibus mella dulcioribus, separatim in quemque versum, secundum captum quorumcunque plebeiorum hominum, sive adolescentium sive aetate provectiorum, ut valeant ex seipsis nosse ac praestare lectionem omnium* XXIV. *librorum sacrorum. Non fuit hoc prius ullis in seculis, sed vix unus in civitate aut duo in integra familia ista scientia pollebant: at nunc universa terra repletur notitia, quod indicare neutiquam est necesse.* Non negligendum est hic *Wagenseilii* iudicium ibidem subiunctum, quod universus fere sacer codex hebraeus hoc libro in dialecto Iudaeo-germanica cum explicatione et sensu verborum legi possit a Iudaeis et typis sit impressus, cum antea plebeii homines et mulieres tantum ad versiones *Pentateuchi* et quorundam historicorum sacri codicis librorum confugere potuerint. *Editio Pragensis*, quam *Wolfius* noster *Tom. I.* et III. anno Christi 1706. editam esse perhibet, typo impuro prodiit, et potius ab auctore *Supplementi Indicis librorum Dyrenfurtensium loc. citato* ad annum Christi 1705. referrur. Recentior etiam illius editio *Belgica* datur, sed fides habenda est Iudaeis id affirmantibus.

IACOB *fil.* ISAAC LUZATI (*num.* 1678.) *Tom. I. pag.* 600. III. 508. 1. De libro eius *Caphtor Veperach* inscripto obseruauit *Wagenseilius Notit. librorum Rabbinicor. pag.* 15. librum esse haud difficilem intellectu. Argumentum eius, quod idem memorat, sese refert ad excerpta Talmudis Babylonici pariter ac Hierosolymitani, quae in libro Iudaico *En Iacob* (*Vid. Wolf. Tom. I. pag.* 590. III. 456. IV. 866. et confer: *Supplementa* mea ibidem) reperiantur. Excudere laborant Iudaei in hoc scripto praecipue pleraque, quae σοφιστικῶς aut absurde dicta in Gemara occurrunt, eaque in sensum commodiorem redigere conantur, uti memorat idem *Wagenseilius* quoque *in Tela ignea Satanae. pag.* 61. Caeterum nuncupat b. *Io. Bened. Carpzovius Introduct. in Theolog. Iudaeorum. Cap. VIII. §. 6. pag. m.* 39. *Systema Theologiae Iudaeorum mythicae* huno librum. Plura de eo memorat *Reimannus Introduct. in histor. theol. Iudaic. lib. I. cap. 1. §. pag.* 431. ubi inter alia obseruat, hyperbolicas loquendi rationes, quae in *Talmudis*, *Medrashim* et libri *Sohar* monumentis occurrunt, valde mitigari, et imagines naturales in his scriptis

tis obuias fuco quodam morali obduci. De quo tamen, quod peritiorum lectorum mentem, quae tenebras a lumine distinguere valet, decipere possit, vehementer dubito.

IACOB LOMBROSO (*num.* 1070.) *Tom.* I. *pag.* 604. De *editione Bibliorum hebraicorum*, quae eius opera prodiit, variis memoratu digna referunt *Io. Gottlob. Carpzouius* in *Critica Sacra Veteris Testamenti. Part.* I. *Cap.* IX. §. V. *pag.* 419. et *Paul. Theodor. Carpouius*, qui in *Animaduersionibus* suis *philologico-critico-sacris. pag.* 11. *sequ.* imprimis Commentarium huius doctoris Iudaei eidem adiectum descripsit. Singulare huius editionis obseruat *Carpouius*, quod in eadem omne Kamez per o raptim efferendum, et asterisco superne sit notatum, item quod iis in vocibus, qui accentibus vere tonicis destituuntur, sedes toni per adscriptum accentum Schulscheleth indicetur. In calce huius editionis deprehenditur לוח השגיאות seu Erratorum index, qui vero, licet satis sit prolixus, tamen occasionem dedit *Carpouio* spicilegium aliquod nouorum Erratorum eidem addendi. Conf. etiam *Wolf.* noster *Bibliothec. hebr. Tom.* II. *pag.* 377. ad annum C. 1639.

IACOB FIL. R. MEIR (*num.* 1071.) *Tom.* I. pag. 605. Idem hic Rabbinus addito nomine urbis מרהבלין seu *Lublinensis* commemoratur in calce editionis *Lublinensis* libri *Tor eraeh chaiim* supra ad *Tom.* I. *pag.* 583. a me obseruatae.

IACOB *fil.* R. MEIR alius Tom. I. *pag.* 605. *Vid. supra.*) *Tom.* I. *pag.* 586. num. 1035.

IACOB DE MERCADO (*num.* 1072.) *Tom.* I. *pag.* 605. De editione commentarii *R. Mosis Israel Ben Mercado in Psalmos* et *Ecclesiasten* Salomonis vid. infra *Tom.* I. *pag.* 830. III. 764. *num.* 1581. Recensuit pluribus eandem *B. Baumgartenius Relation. de libris memorabil. Tom.* VII. *Part.* 41. *pag.* 388. sequ. Idem de auctore eiusdem memorat, eundem fuisse magistrum Iudaicum Synagogae Hispanicae Amstelodamensis, qui anno 1652. iam mortuus fuerit, hinc non usque ad finem editionis vixerit. Ab hoc tempore, uti ex inscriptione patet, *Iacob Sportesius* vir in Iudaica eruditione longe versatissimus editionem coeptam denuo a se reuisam ad finem perduxit.

IACOB MANTINUS (*num.* 1074.) *Tom.* I. *pag.* 606. *gente Hispanus*) *speciatim Cordubensis.*

Tom. I. *pag.* 607. ad finem *numeri* 1074.) Translatio latina huius *praefationis Maimonidis in Massecheth Abboth* prodiit etiam *Bononiae* in aedibus *Hieronymi de Benedictis*, Bibliopolae Bononiensis A. C. 1526. 4. quae editio constat plagulis quinque. Exstat eadem in *bibliotheca Thoruniensi* publica *cod.* 49. Auctorum classic. et philologicorum.

IACOB ZADDIK. (*num.* 1097.) *Tom.* I. *pag.* 612. *Descriptio terrae sanctae per tabulas*, quam hic auctor compositit, prodiit etiam hebraice et latine *Hamburgi* 1633. fol. quae editio summe rara vocatur in Catalogo *Bibliothec. Schalbruchianae.* Tom. I. pag. 8. Vid. *Vogt. Catalog. librorum rariur.* pag. m. 359.

IACOB

IACOB TAM (*num.* 1126.) Tom. I. pag. 620. III. 533. num. 1. De libro *Haiaſchar* vid. *Gabriel. Groddek. Pſeudonymor. hebraicor. Hexecontad. num.* 24. apud *Wolf. Tom.* IV. *pag.* 1022. Liber rarus eſt teſte *Buxtorfio catalog. libror. Iudaicor. a.* 11. Idem *Buxtorfius Bibliothec. rabbinic. pag.* 471. *edit. Baſilean. pag.* 209. *edit. Herbornenſ.* adduxit librum titulo תמת ישרים inſtructum, qui liber ritualis Iudaeorum eſt et addit coniecturam, hunc librum forte eundem eſſe cum hoc Libro recti, quem hoc loco recenſuit Wolfius. Prodierat liber iſte, de quo haec coniecit *Buxtorfius*, ut alias eius editiones taceamus, *Venetiis* 1622. fol. Ex quo excerpta quaedam edidit *Chriſtophor. Henricus Ritmeierus* in tractatu מפתח התמרה ſ. *introductio in Gemaram* inſcripto, qui continet ſex tantum capita, recens ſub titulo *Clauis Gemarica* Helmſtadii 1697. in forma quarta edito, ſimulque in hac editione ſua noua textum Rabbinicum noua latina verſione et notis doctiſſimis inſtruxit.

IAPHETH LEVITA (*num.* 1129.) *Tom.* I. *pag.* 621. Quodſi *Wolfius* hoc in loco affirmat, hunc doctorem Iudaicum floruiſſe Saeculo XIII. certe hoc falſum eſt, cum iſte praeceptor *Aben Ezrae* fuerit, qui iam a. C. 1194. ex aſſertis *Wolfii Tom.* I. *Bibliothec.* huius *pag.* 71. vitam cum morte commutauit. Hinc etiam ipſe *Wolfius* iam errorem hunc correcturus, *Tomo* III. *pag.* 534. loco Saeculi XIII. Saeculum XII. ſcripſit, in quod vita eius inciderit. Hanc obſeruationem debemus b. *Reimanno Introduction. in hiſtoriam Theologiae Iudaicae. Lib.* I. *cap.* 16. §. 14. *pag.* 482. *ſequ. not.*

ISAAC ABARBANEL (*num.* 1142.) *Tom.* I. *pag.* 627. *ſequ.* III. 540. IV. 875. Iudaei et inter eos quidem, qui ex familia eius originem ducunt, gloriantur, hunc doctiſſimum Iudaeorum interpretem a rege *Dauide* ortum ſuum ducere, quod obſeruauit praeter alios *Iohannes Iacobus Schudtius* in *Tractatu de Iudaeo Chriſticida. pag.* 230. Nomen eius plenum a *Nicolao Antonio Bibliothec. Hiſpanic. noua. Tom.* I. *pag.* 627. *ſequ.* fuiſſe perhibetur *Abarbanel Iſaac ben Iehuda Aben Aborbanel*, cuius duas poſteriores voces nomen familiae eiusdem conſtituere idem *Antonius* ex *Eliae Leuitae dictionario hebraico* comprobauit. Alia, quae ad vitam *Abarbanelis* ſpectant, in medium attulerunt praeter *Wolfium* noſtrum auctor anonymus in *Bibliotheca noua librorum eruditi orbis. Tom.* I. *Part.* V. *pag.* 367. et ſumme venerabilis D. *Io. Frider. Hirtius* in *Praefatione* doctiſſimae *Commentationis in Abarbanelis locum inſignem* infra ad *pag.* 635. *num.* 8. in his ſupplementis meis citandae, quae breuitatis cauſa hic omitto.

Tom. I. *p.* 629. *num.* 1. Editio *Veneta commentarii Abarbanelis in Pentateuchum*, quam b. *Wolfius* hic memorat, ab Auctoribus *Actorum eruditorum Lipſienſium latinorum* ad annum 1710. *pag.* 233. in numerum librorum rariorum refertur, quibus hac in re acceſſit *Dauid Clement Biblioth. critique Tom.* I. *pag.* 7. et *Melchior Ludou. Widekindus* in Nachrichten von raren Büchern. *Part.* I. *pag.* 3. Editio huius commentarii, quam curauit *Henricus Iacobus van Bashuyſen* inter

re-

recentiores est optima et merito a *Wolfio* nostro *Tom.* III. *pag.* 540. *elegans editio* appellatur. Describitur ista breuiter in *Bibliotheca noua orbis eruditi. Tom.* I. *Part.* V. *pag.* 366. sequ. Interim *Paul. Theodor. Carpouius* in *Animaduersionibus philologico-critico-sacris pag.* 120. *not.* 2. varia in hac editione atro carbone notat. Refert huc non solum typhlomata typographica, quorum saltem aliqua exempla collegit, verum etiam commata, cola alinaque distinctionum signa saepius male applicata, quibus tirones nondum satis exercitati facile in errorem duci possint. Neque loca sacri codicis in margine satis diligenter adducta fuisse a *Bashuysenio*, idem obseruat. Quod ad scripta *Abarbanelis exegetica* et praecipue hunc Commentarium spectat, libentissime accedo sententiae *Bashuysenii*, *Abarbanelem* in iis, quae ad rem grammaticam et antiquos Iudaeorum ritus spectant, eum egregiam lucem omnino sacris libris adferre, quo in negotio omnibus fere aliis Iudaeorum interpretibus palmam omnino praeripuit. Contra ubi ansam inuenit, blasphemias contra Christum θεάνθρωπον et Christianos euomendi, neminem eo peiorem interpretem facile reperire possumus. Hinc iam b. *Io. Henric. Opitius* in *dissert. de Ieremia inter Prophetas maiores primo. Lipsi.* 1704. §. 36. lectoribus Christianis scriptorum exegeticorum Abarbanelis consilium dedit, omnem operam et summam cautionem esse adhibendam, ut vera a falsis, solida ab iis, quae traditiones et fabulas Iudaeorum commenta sapiunt, probe secernantur.

Num. 2. *Tom.* I. *pag.* 630. *sequ. Abarbanelem* nostrum verum auctorem *Commentarii in Deuteronomium* sub eiusdem nomine exstantis esse, ipse profitetur in *Commentario* ad vaticinia *longae cap.* III, 3. occurrunt quoque in *Io. Henrici Maii Praecone salutis Abarbanelis* latine *Francofurti ad Moenum* 1712. 4. edito pag. 16-45. variae eaeque doctissimae interpretationes libri Mosis quinti difficiliorum effatorum; quod hic obiter notasse sufficiat. Caeterum a *Schabbataeo* in *tabulis dormientium* hic Commentarius appellatur *egregius*. Plura de eodem obseruauit *Io. Henricus Maius* in *Comment. de vita et scriptis Isaaci Abarbanelis.* §. 10. *pag.* 14. *sequ.*

Tom. I. *pag.* 631. *lin.* 3. ad verba Wolfii nostri: *ipse testatur in praefatione*) Idem confirmat quoque in *Commentario in Iosuam fol.* 17. b. *col.* 1. *lin.* 45. quem locum hic adscripsit b. *Tympius* suo exemplari bibliothecae *Wolfianae.*

Num. 3. recensetur a *Wolfio Tom.* I. *pag.* 631. sequ. III. 541. IV. 876. Commentarius Abarbanelis *in prophetas priores.* Editio *Neapolitana* est maxime rara, quod saltem ex iis apparet, quae doctissimus *Maittairius Annalib. Typographic. Tom.* I. *p.* 555. obseruauit. *Lipsiensis* editio, quae prodiit anno 1686. fol. plenius describitur ab Auctoribus *Actorum eruditorum Lipsiensium latinorum* ad annum 1686. *pag.* 527. sequ. Alium adhuc editionem *Hamburgensem* memorat. *Wolfius* noster, quae teste *Dauide Clemente* in loco mox citando asseruatur in *Bibliotheca regia Hannouerana*, cuius inscriptio est sequens: *Effigies accuratissima seu Commentarius in quatuor priores Prophetarum, Iosuae, Iudicum, Samuelis, et Regum libros, voces et res difficiliores sacrae scripturae, qui includit etiam omnes, qui ante et suo tem-*

 pore

pore vixerunt, Raschium, R. Dauidem Kimchium, R. Leui ben Gerson et caeteros a. R. Isaaco Abarbanele auctus, cum nouo Commentario rerum praeteritarum et intermissarum ab auctore R. Iacob. Fidanque. Hamburgi apud Thomam Roose. a. M. C. 5447. C. 1687. fol. Caeterum licet *Wolfius* valde accuratus fuerit in editionibus scriptorum *Abarbanelis* recensendis, variae tamen prostant editiones huius Commentarii, quas a *Wolfio* praetermissas esse fatendum est. *Prima*, quae huc pertinet, est editio, quae *Pisauri apud Soncinates* in folio prodiit, quam memorant autores *Catalogi bibliothecae regiae Parisiensis. Tom.* I. *pag.* 55. *num.* 719. et *Dauid Clement Bibliotheque historique et critique. Tom.* I. *pag.* 7. Nisi forte haec eadem est, quam *Wolfius Tom.* III. *pag.* 541. se vidisse testatur, in qua nec locus nec annus impressionis notatus fuerit. Quodsi vero hoc ponatur, coniectura *Wolfii*, quam ibidem proposuit, infirmo nititur omnino fundamento, quod ista editio sit *Neapolitana*, quae huc plane non referenda est, quod in ista locus et annus impressionis indicatur. Interim alia eaque antiquior *Neapolitana* excusa esse potuit editio sine mentione loci et anni, quo edita est. *Altera* editio, quam *Wolfius* silentio praeteriit, edita est *Thessalonicae* anno Christi 1493. cuius notitiam suppeditarunt auctores *Catalogi Bibliothecae Francisci Barberini. Rom.* 1681. *fol. Tom.* I. *pag.* 2. et *Clement. loc. citato.* Praeter ea, quae huc usque sunt adlata *Morerius* in *Dictionario* suo *magno Gallico* sub voce *Abarbanel* mentionem fecit editionis *Venetae commentariorum Abarbanelis in Pentateuchum, libros Iosuae, Iudicum et Regum*, quae simul textum hebraicum exhibet, cuius insignem raritatem idem auctor testatur. Saltem extra omnem dubitationis aleam est positum, quod eadem editio *Wolfio* nostro ignota fuerit, quippe qui tantum *Tom.* I. *pag.* 629. *Venetam* editionem Commentarii in quinque libros Mosis memorat. Forte haec ipsa raritas occasionem dedit eruditis viris inter Germanos recentiorem editionem huius Commentarii in lucem publicam edendi. Interim *Clement loc. citat. pag.* 8. vehementer dubitat, an haec editio *Venetiis* vere fuerit edita. Segmentum Commentarii Abarbanelis in *priores Prophetas* vel potius in *Pentateuchum* prodiit sub titulo: *R. Isaaci Abarbanelis Commentatio — — in Testamentum Patriarchae Iacobi Genes.* XLIX. *descriptum, in latinam translata linguam, variisque excerptis Targumicis et Rabbinicis ac notis miscellaneis illustrata a Marco Foghio. Hafniae* 1734. 4.

Tom. I. *pag.* 633. Plura de latina versione *Commentarii Abarbanelis in* prophetas *Nahum* et *Habacuc*, quam edidit *Sprecherus*, in medium adduxit *Io. Fabricius Histor. Bibliothec. Fabrician. Tom.* V. *pag.* 329. *sequ.*

Num. 5. *Tom.* I. *pag.* 633. III. 542. IV. 876. Referente *Wolfio* his in locis, Abarbanelis *Commentarius in Danielem* in lucem publicam prodiit *Amstelodami* 1647. 4. cuius recensionem accuratissimam, quam suppeditauit b. *Baumgartenius Bibliothec. Halens. Tom.* II. *Part.* VII. *pag.* 20. 35. valde commendo. Praefixa est huic editioni praefatio, quae primae eius editioni alias praemissa est, quae teste

teste *Bartolottio Bibliothec. magn. Rabbinic. Tom.* III. *pag.* 878. a *R. Baruch* est composita. Hanc excipit relatio breuis de vita, fatis, et scriptis *Abarbanelis*, quae eo maiorem fidem meretur, cum ea ex propriis *Abarbanelis* scriptis eruta sit, quam sequitur *Abarbanelis* ipsius *praefatio*. Paulo infra *Tom.* I. *Wolfius* obseruat editionem huius Commentarii *Neapolitanam* A. C 1497. editam, quam vero doctissimus *Io. Bernhardus Derossi Disquisit. de hebraicae typographiae origine et primitiis. Cap.* VIII. §. 20. *pag.* 107. sequ. pro supposititia habendam esse egregiae comprobauit. Ex huius viri sententia *Ferrariensis* editio, quam ad annum 1551. refert, prima et antiquissima est huius Commentarii editio. Error hic a *Wolfio* nostro commissus forte inde ortum suum traxisse videtur, quod *Wolfius* annum, quo finem huic Commentario imposuit Abarbanel, annum inquam 1497. ab ipso Abarbanele in fine huius Commentarii expressum cum anno impressionis huius editionis confuderit. Vberius de hac editione *Ferrariensi*, quae apud *Samuelem Gallum* celebrem typographum Ferrariensem anno Iudaeorum minori 311. C. 1551. in 4. prodiit commentatus est idem vir doctus in *Comment. de Typographia hebr. Ferrariensi. Cap.* III. *pag.* 20. *sequ.* ubi quoque ea, quae de errore *Wolfii* circa hanc editionem in libro paulo ante memorato notauerat, plenius confirmat. Caeterum hic Commentarius in *Danielem* valde rarus est, adeo ut *Io. Mullerus* in *praefatione Iudaismi* sui testetur, sibi nullam eiusdem copiam factam fuisse, donec tandem in eius manus inciderit *versio Buxtorfii*. In recensendis doctissimorum virorum, *Antonii Hulsii*, *Io. Bened. Carpzouii* et *Io. Frischmuthii* eruditis lucubrationibus circa hunc Commentarium, in quibus falsas, quae in eo hinc et illinc occurrunt, interpretationes solidissime confutarunt, otium mihi fecit *Baumgartenius loc. cit. pag.* 30. 32. 33. 34. in notis adiectis. Plura de hoc Commentario attulit *Dauid Clement Bibliothequ. critiqu. Tom.* I. *pag.* 8.

Num. 6. *Tom.* I. *pag.* 634. III. 542.) זבח פסח. Liber hic non confundendus est cum alio eiusdem inscriptionis, cuius mentionem fecit *Wagenseilius* in *Notitia librorum Rabbinicorum pag.* 30. De *Constantinopolitana* editione, quae edita est anno 256. C. 1496. plura adferam in *Supplementis meis ad Tom.* III. *pag.* 542. Duas praeterea memorat *Wolfius* editiones *Bistrowitzienses* quarum una prodiit anno 1569. (*Tom.* III.) altera vero 1593, vid. *Tom.* I. In titulo posterioris legitur, eandem coeptam esse anno 352. C. 1592. et in fine indicatur, finitam esse hanc editionem בשנת שנג h. e. anno 353. Christi 1593. Caeterum hunc tractatum cum aliis minoribus *Abarbanelis* scriptis tamquam quartum *Abarbanelis* operum Tomum se ex sua typographia orientali editurum esse pollicitus fuerat *Henric. Iacob. van Bashuysen*. Vid. *Bibliothec. noua librorum orbis eruditi. Tom.* I. *Part.* V. *pag.* 368.

Num. 7. *Tom.* I. *pag.* 635. III. 542. מפעלות אלהים) De hoc scripto sequentia obseruauit *Wagenseilius Notit. librorum Rabbinicor.* pag. 28. „*In hoc libro explicantur omnia Miracula Veteris Testamenti.*„ Imprimis erudite in eodem teste

 egit

egit de origine et prima creatione huius uniuersi, simulque quaestionem docte discussit, unde Moses suam Geneseos historiam acceperit quae obseruauit *Richard. Simon Histor. critic. V. T. Catalog. auctorum Iudaicor. pag.* 601. *edit. Paris. pag.* 145. *version. latinae.*

Num. 8. *Tom.* I. *pag.* 635. *sequ.* III. 542. *seq.* De scripto *Abarbanelis Maschmia Ieschuah* inscripto Auctores *Actorum eruditor. Lipsiens.* ad annum 1686. *pag.* 531. obseruant, scriptum esse hunc librum *Monopoli* in *Apulia* sita urbe Italiae anno Christi 1498. Specimen versionis huius libri, quod edidit *Io. Bened. Carpzouius* (vid. *Wolf. Tom.* I. *pag.* 636.) exstat in eiusdem *disputationibus philologicis* iunctim editis *num.* 14. 15. *pag.* 1044. *seq.* Ad *Maii versionem latinam* praestantissimam vero, cuius Wolfius noster hic mentionem fecit, et cuius laudibus lapsus exiguus a *Wolfio* Tom. IV. pag. 877. nihil omnino detrahit, quod attinet, de ea conferendi sunt *Io. Fabricius* in *Histor. Bibliothec. Fabrician. Tom.* V. pag. 357. et auctor anonymus der *ausführlichen Berichte von allerhand neuen Büchern. Part.* XI. *pag.* 1057. 1061. In inscriptione huius libri memoratur, *vitam Abarbanelis* a *Io. Henr. Maio*, quam docente Praefatione iam antea Altorfi Noricorum anno 1709. in singulari dissertatione eaque doctissima illustrauerat, eidem fuisse adiectam. Occasionem hoc scriptum dedit *Abarbanelis* Seniori quondam apud Hamburgenses meritissimo *Io. Friderico Wincklero* scribendi tractatus *de R. Isaaco Abarbanele eiusque libro Maschmia Ieschuah*, quem filius tanti patris dignissimus, *D. Io. Dietericus Wincklerus* postea suis *Anecdotis historico-ecclesiasticis nouantiquis Part.* VI. *Appendic. num.* 2. inseruit, et cuius summam varia memoratu digna continentem quoque exhibuerunt auctores *der Beyträge von alten und neuen theologischen Sachen ad annum Christi* 1757. *pag.* 413. *seq.* vid. etiam *Ephemerid. litterar. Lipsiens. de anno* 1757. *Scid.* V. *pag.* 46. et *Relation. Hamburgens. de erudit. rebus ad annum* 1756. *Scid.* 89. *pag.* 798. Ex sententia huius docti viri *Abarbanel* in hoc scripto suo plenius agit de futura felicitate terrestri Israelis, quam ex plurimis sacri codicis locis extorquere satagit, quae a Christianae fidei asseclis alias sensu spirituali et mystico accipi solent. *Editiones* eius quod attinet, *Wolfius* noster de iisdem sufficienter commentatus est. Caeterum locum quendam huius Commentarii elegantissime illustrauit summe venerabilis *D. Io. Fridericus Hirtius* in peculiari *commentatione germanica*, quae sub titulo: *Abhandlung dass der Rabbi Don Isaac Abarbanel in der Vorrede zu seinem Maschmia Ieschuah bey den Worten Hohel: Salom.* II, 15. *sich zwar als einen schalckhaften Juden, doch aber auch zugleich als einen guten biblischen Redner aufgeführet habe, Ienae* 1749. 4. prodiit, de quo scripto elegantissimo legantur ea, quae *b. Krastius Bibliothec. theologic. Part.* 44. *num.* 5. *pag* 305. in medium adduxit.

Num. 10. *Tom.* I. *pag* 637. III. 543. Explicat *Abarbanel* in scripto sub hoc numero adducto non Exod. XXIII, 28. uti *Wolfius* priori loco perhibet, sed potius Exod. XXIII, 20. Caeterum conscriptum esse hunc tractatum ab *Abarbanele*

nele in iuventute ſua, liquido patet ex verbis eius in *Commentario ad Exod.* XXIII. 20. quo in loco teſtatur, ſe conſcripſiſſe librum iſtum בימי בחורותי.

Num. 11. *Tom.* I. *pag.* 637. III. 543. IV 877. *Roſch amna.* Plura eaque memoratu digna de hoc libro adduxit *Io. Henricus Maius* in *Tract. de vita et ſcriptis Abarbanelis. pag.* 15. §. 10. De *Vorſtii latina verſione* autem, quam memorat *Wolfius* noſter, conferendus eſt *Othellius* in *Synagoga bifronte. pag.* 54.

Tom. I. *p.* 637. *num.* 11. *lin.* 3. *a fine* ad verba: *una cum Maimonidae libro de fundamentis legis plag.* 16. Solitaria tamen translatione latina, non addit perinde textu hebraico ac praemiſſo Maimonidae libro de fundamentis legis, de quo vide infra *Tom.* I. *pag.* 840.

Tom. I. *pag.* 639. III. 543. Addenda ſunt hic quaedam de ſcriptis *Abarbanelis* a *Wolfio* praetermiſſis et iis, quae ſaltem ſingulatim ex ſuis reliquis ſcriptis excerpta et ſeparatim edita ſunt. Huc referas imprimis משוח משרי סגור in quo libro *Abarbanel de Prophetia eiusque diſcrimine ab inſpiratione* commentatus eſt; cuius inſcriptio forte deſumta eſt ex hebraico textu loci Numer. XXIV, 4. Hoc vere ab *Abarbanele* conſcriptum eſſe, colligi poteſt ex loco *Commentarii* eiusdem *in prophetas priores Fol.* 83. *Col.* 2. *lin.* 12. 13. ubi *Abarbanel* varia de diverſo modo, quo Deus ſeſe prophetis veteris Teſtamenti reuelauit, et de diſcrimine inter libros propheticos et ſic dictos Hagiographos Veteris Teſtamenti adduxit. Ipſe *Abarbanel* citauit hunc librum in *Commentario in Ioſuam fol.* 3. *fac.* a. *col.* 2. *lin.* 22. deinde *ad Ioſ.* 1, 5. *fol.* 6. *fac.* a. *col.* 3. *lin.* 15. et *ad Ioſ.* V, 13. *fol.* 12. *fac.* b. *col.* 1. *lin.* 30. quae loca *b. Tympius* exemplari ſuo bibliothecae Wolfianae adſcripſit, ex quo eadem ſumme venerabilis *Hirtius* in praefatione ſupra memoratae Commentationis adduxit. Ex qua citatione huius ſcripti ab *Abarbanele* facta liquido conſtat, librum hunc ab *Abarbanele* literis conſignatum fuiſſe prius quam iſte Commentarium in priores prophetas conſcripſerit. Interim mirandum eſt omnino, quod *Schabbataeus*, *Buxtorfius* et *Wagenſeilius* alto hoc ſcriptum praetermiſerint ſilentio.

Ad *latinas* ſcriptorum *Abarbanelis* noſtri *verſiones* me nunc converto. Hic non ſpernendus eſt labor, quem *Iohannes Buxtorfius* vertendis in latinum ſermonem *octo diſſertationibus Abarbanelis* dedit, in quibus *de longaeuitate primorum Patrum, de ſtatu et iure regio, de iudicium et regum in Veteri Teſtamento conuenientia et differentia, de miraculoſa ſolis ſtatione tempore Ioſuae, de peccato Davidis populum Iſraeliticum numerantis, de nomine Moſis, de ſpecibus idololatriae et de librorum bibliorum diviſione* erudite egit, quas *Buxtorfius* latine converſas ſuis *Diſſertationibus philologico - theologicis* iunctim *Baſileae* 1662. 4. editis appendicis loco adiecit. Licet interim multa in iisdem erudite obſeruentur ab *Abarbanele*, *Buxtorfius* tamen in praefamine lectores monuit, ne ſtatim omnia *Abarbanelis* aſſerta pro veris habeant, ſed antea diligenter diſquirant, an veritatis ſpeciem habeant necne. Porro *diſcurſum* eiuseem *Abarbanelis de Saulis δυστυχείᾳ et fatis extremis cum*

verſione latina et notis edidit *Ionas Conradus Schrammius Helmſtadii* 1700. 4. in quo nimis operoſus fuit hic doctor Iudaeus in defendendo facto Saulis mortem ſibimet ipſi intentantis, id quod improbat *Schrammius* in iudicio ſubiuncto. Vid. *Io. Fabricius Hiſtor. Bibliothec. Fabrician Part.* VI. *pag.* 52. Praeterea verſionem latinam diſſertationis *Abarbanelis de creatione angelorum* elaborauit *b. Paulus Theodorus Carpouius* excerptam ex eius *Commentaria in Pentateuchum. fol.* 3. et 6. *edit. Bashuyſen.* quam una cum notis eruditiſſimis ſuis *Animaduerſionibus philologico-critico-ſacris pag.* 120-140. inſeruit. Exſtat quoque in *Io. Buxtorfii Catalectis philologico-theologicis pag.* 356-361. *verſio latina* exiguae diſſertationis Abarbanelis noſtri *de libro legis a ſacerdote Hilkia inuento* ad illuſtrandum locum II. Reg. XXII, 8. Vid. *Theoph. Spitzelii Sacra Bibliothecarum retecta*, in *ſpecimine Bibliothecae uniuerſalis ſub voce Abarbanel.* Caeterum multa adhuc ſcripta manu exarata *Abarbanelis*, aut ſaltem fragmenta eorundem latere in Bibliothecis pulvere et tenebris obducta *Buxtorfius* citato loco affirmat. Interim ſperandum eſt, non defuturos eſſe viros eruditos, qui hos theſaurus literaturae Rabbinicae, venerandae antiquitatis monumenta, nouis editionibus et accuratis verſionibus edituri, ſtudia ſua impendent, ut omnia fere Abarbanelis ſcripta obliuioni eripiantur.

Praefationes ſcriptorum Abarbanelis, quas ipſe conſcripſit, quod attinet, viri eruditiſſimi iam pridem obſeruarunt, eundem iſtis multum ſtudium et operam impendiſſe, id quod imprimis de praefatione ſuo *Maſchmia Ieſchuah* rectiſſime obſeruauit ſumme Vener. *Hirtius Praefat. commentat.* ſuae ſupra *ad num.* 8. citatae *pag.* 5. Memorat quidem *Bashuyſenius* in *praefatione Commentarii Abarbanelis in Pentateuchum*, virum doctiſſimum *Ludouicum Compiegne de Veil praefationes omnes in ſingulos Moſis libros* cum *verſione latina* edidiſſe. Cum vero *Wolfius* noſter *Tom.* I. *pag.* 630. obſeruet, eundem *Veilium* ſolam verſionem praefationis *in Leviticum* edidiſſe, deſiderium *Iacobi Altingii* adhuc explendum erit, quod in *epiſtolis ſuis epiſt.* 27. *ad Samuel. Andreae* his verbis expreſſit: „Sane quemadmodum „clariſ. Eduard. Pocockius praefationes Maimonidis vulgauit, eodem modo Abar„banelis omnes ac ſingulas praefationes in lucem dari, aliquod foret operae pre„tium.„

In ſcribendi genere *Abarbanel* cum *Maimonide* in eo conuenit, quod iſte puritati hebraicae quam maxime ſtuduerit, qua in re plerisque aliis Iudaicis ſcriptoribus palmam praeripit, in eo autem a *Maimonide* omnino differt, quod longioribus ſaepius utatur periodis, in quibus libenter verba et res ab ipſo repetuntur. Vid. *Hirt. Praefat. ſupra citatae Commentationis germanicae.*

ISAAC ABRAHAM (*num.* 1145.) *Tom.* I. *pag.* 641. III. 545. ſeq. IV. 877. Specimen *verſionis germanicae* libri execrandi *Chiſſuk Emunah*, ab hoc auctore Iudaeo compoſiti *b. Wolfius* noſter *Tomo* IV. *Bibliothecae hebraicae pag.* 639-647. exhibuit. Idem *Wolfius* non ſolum *ſupplementum nouum libri huius indici Tomi*

III.

III. adiecit, verum etiam pleniorem collationem huius libri cum codice manuscripto, quam *Vngero* Pastori in Silesia doctissimo debemus, qui istam *Wolfio*, cum conderet Bibliothecam suam, transmiserat, *Tomo* IV. *Bibliothecae* suae *hebraicae* pag. 648. 718. inseruit. Praeterea in *Wolfii Accessionibus ad Notitiam Karaeorum* eiusdem *Notitiae Karaeorum* (*Hamburg.* 1721. 4.) praemissis varia de hoc libro pestilentissimo memorantur, quae obseruatu digna sunt. De editione eius *Amstelodamensi*, quae *Wolfio* teste pag. 642. prodiit *Amstelodami* 465. C. 1705. 12. obseruantur nonnulla a b. *Baumgartenio* in *Relation. de Bibliotheca Halens. Tom.* VII. *Part.* 40. *pag.* 325. sequ. Scriptis, quae contra eundem sunt divulgata, in quibus erronea eiusdem principia aut in uniuersum aut ex parte saltem confutantur, a *Wolfio* adductis addatur b. *Ioachimi Langii Theologi Halensis Gloria Christi et Christianissimi. Part.* II. *pag.* 423. 606. in quo opere etiam continetur versio *Wagenseiliana* in epitomen redacta cum breuiori confutatione eiusdem. Caeterum hic liber *R. Abrahami Isaaci* haud confundendus est cum alio, qui eodem titulo est inscriptus, quem composuit *R. Saadius Gaon.* Vid. *Wolf. Bibliothec. Hebr. Tom.* I. *pag.* 933. III. 859. *num.* 4.

Tom. I. *pag.* 642. *lin.* 1. ad verba: *Comment. in Danielem pag.* 72. *sequ.*) addatur: בגילרון ut diserte additur pag. 270.

Ibid. lin. 2. post verba *Wolfii*: *versione Scripturae Sacrae*, *pag.* 125. deleatur numerus 438. pro quo ponantur paginarum numeri 180. 322. 347. 366. 457.

Ibid. lin. 3. *ad Esram*) *pag.* 69. adde. Insuper addatur: ad Amos. pag. 145. 270.

Ibid. lin. 4. *ad N. T. p.* 363. 371.) Adde quoque p. 366. 410.

Lin. 11. loco numeri apud *Wolfium* exstantis 230. Scribas pag. 239. 342. et 392.

Lin. 12. *dierum*) pag. 438.

Ibid. ad not. p. Czechouitii:) Ita apud *Wagenseilium pag.* 119. 180. 239. Iudaeo appellatur צחוריץ.

ISAACUS OROBIO *num.* 1155. *Tom.* I. *pag.* 647. III. 551. *Bredenburgius*, qui hic memoratur, a variis eruditis, uti *Wolfius* noster affirmat, Atheismi accusatur. Interim ex iis, quae b. *Baumgartenius Relation. de Bibliothec. Halens. Tom.* I. *Part.* II. *pag.* 117. 121. de scripto huius eruditi *contra Spinozam* memorat, liquido apparet, omnem suspicionem huius accusationis demonstratione geometrica principii *Spinozae* niti, quam *Bredenburgius* non demum post elaborationem suae refutationis *Spinozae* composuit, sed potius eandem longe antea refutauit, licet eadem post hoc tempus edita et impugnata fuerit, unde eundem quoque *Baumgartenius pag.* 121. iure meritoque ab Atheismi crimine absoluit. Scriptum *Isaaci Orobii* a *Wolfio* notatum simili ratione memorat *Baumgartenius loco citato pag.* 138. *seq.* ex cuius obseruationibus hic tantum mihi potissimum memorandum erit, quod *Iohannes Collerius* collectioni *suae Gallicae scriptorum polemicorum contra*

tra Spinozam, quae ſub titulo: *Refutation des erreurs de Benoit de Spinoza Bruxellis* 1731. 12. prodiit hoc ſcriptum *Iſaaci Orobii* Gallico idiomate donatum inſeruerit.

ISAAC FIL. ELIKUM (*num.* 1167.) *Tom.* I. *pag.* 650. III. 555. De libro eius *Lebh tobh* inſcripto *Wagenſeilius* in *Notitia librorum Rabbinicorum pag.* 19. ſequentia memorat: *Eſt liber continens moralia ex Talmude deprompta, in folio, lingua Iudaeo-germanica conſcriptus. Facit imprimis ad hodiernos ritus Iudaeorum cognoſcendos.* Imprimis notandum eſt prolixum caput iſtud huius libri, quod inſcribitur דרך ארץ, quod exhibuit fere totum idem *Wagenſeilius* in *der Belehrung von der Iüdiſchdeutſchen Red- und Schreibart pag.* 305. *ſequ.* Editionem a *Wolfio Part.* III. notatam, quae *Wilmersdorfii* prodiit, plenius deſcripſit b. *Iacob Wilhelm. Blaufuſius* in *vermiſchten Beytraegen zur Erweiterung der Kentniſſ ſeltener und merckwürdiger Bücher. Part.* II. *pag.* 321. *ſequ.* Ipſe *Wagenſeilius* loco ſupra citato palam profitetur, ſe hunc librum edere voluiſſe.

ISAAC FIL. BARUCH *num.* 1177. *Tom.* I. *pag.* 651. Licet auctores *relationum innoxiarum de rebus nouantiquis theologicis* de anno 1743. *pag.* 521. obſeruent, hunc Iudaeum nullum codicem manuſcriptum Bibliorum hebraicarum deſcripſiſſe, tamen habetur hic auctor a nonnullis pro ſcriptore codicis Bibliorum hebraicorum παραλλήλως Paraſchas et Haphtaras, cum aliis Commentariis exhibentium, qui aſſeruatur in bibliotheca publica Caſſellana, cuius codicis deſcriptionem dederunt *Io. Georgius Schiele* in *Biga obſeruationum ſacrarum, altera de codice hebraico Manuſcripto bibliothecae Caſſellanae, altera de velo tabernaculi interiori eiusque myſterio*, edita cum praefatione *Nicolai Nomen. Bremae* 1749. 8v. et Perilluſtris *Io. Dauid Michaelis* in *Bibliotheca ſua orientali et exeget.* variis in locis. Plura vide de hoc codice in *Actis Erudit. Lipſienſ.* 1757. *pag.* 559. *ſequ.* et *Hamburg. Berichte ad ann.* 1739. *pag.* 627. *ſequ.*

ISAAC *fil Iuda Leuita num.* 1197. *Tom.* I. *pag.* 657. Plenior titulus libri hic a *Wolfio* adlati eſt: פירוש יפה על חמשה חמשי תורה.

Ad verba *Wolfii: Commentarius Cabbaliſticus*) ſcilicet in Pentateuchum. Vid. *Wolf. Tom.* II. *pag.* 1410. *num.* 596. Praeter editionem *Pragenſem* de anno 1607. quam *Wolfius* hic memorat, notanda eſt editio alia huius Commentarii, quae prodiit *Pragae* A. 347. C. 1587. 4. quae conſtat plagulis 22. aſſeruatur in *bibliotheca Thorunienſis Gymnaſii publica.*

ISAAC FIL. R. IACOB ALPHESI *num.* 1207. *Tom.* I. *pag.* 661. III. 570. *Conſtantinopolitanae* editionis, quae *Wolfio* teſte prodiit 1494. fol mentionem fecit quoque *R. Schabbataeus* in Siphte jeſchenim, omiſſo tamen anno editionis, eamque primam operis huius appellat editionem. Rariſſima eſt teſte *Widekindo* in Verzeichniſſe von raren Büchern. *Part.* I. *pag.* 81. Plura de eadem memorat *Io. Bernhard. Deroſſi*, in *Tract. de origine et primitiis typographiae hebraicae. Cap.* VI. §. 10. *pag. m.* 70. ſequ. *edit. Huffnagel.* De editione *Sabionetenſi*, quam obſer-

ſeruauit *Wolfius* noſter hic et *Tom.* III. *pag.* 571. conferantur *Supplementa mea ad Tom.* III. *pag* 570. *ſequ.*

ISAAC DE LATIS *num.* 1221. *Tom.* I. *pag.* 670. III. 586. *Schaare Zion.* Memoratur hic liber a *Buxtorfio Bibliothec. rabbinic. pag.* 196. *edit. Herbornenſ.* Forte idem hic liber non diuerſus eſt ab eo, cuius mentionem fecit *Iohannes Chriſtianus Wibelius* in *Relation. innoxii de nouantiqu. theologic. ad annum C.* 1740. *pag.* 168.

ISAAC NATHAN *num.* 1247. *Tom.* I. *pag.* 680. 681. III. 607. Literaria orta eſt quaeſtio inter eruditos, utrum hic ipſe doctor Iudaicus cum *Mardochaeo Nathane*, cui erudituſ orbis primas debet impreſſas Concordantias hebraicas, unam eandemque conſtituat perſonam, an ab illo ſit diuerſus. Occaſionem huic quaeſtioni mouendae dedit forte *R. Danidis Ganzii* locus quidam in ſuo *Zemach Dauid*, a *Buxtorfio* in *Catalectis* ſuis *philologico-theologicis pag.* 404. adductus Verba eius, quod non negandum eſt, ita comparata ſunt, ut ex illis colligi poſſit, autorem hebraicarum Concordantiarum in nonnullis libris *Iſaacum* Nathanem, in aliis autem *Mardochaeum* Nathanem appellari. Interim *Wilhelmus Schickardus* in *Epiſtola ad Buxtorfium* ibidem inſerta iis accedit, qui diuerſos eſſe hos doctores Iudaeorum affirmant, ſine additis huius aſſerti rationibus. Memorat tantum ibidem, quod ſibi dubitare videatur *Ganzius*, uter iſtorum transtulerit Concordantias e latino in hebraeum idioma. Interim ex hac obſeruatione *Schickardi* conſequi videtur, quod *Buxtorfius* antea in epiſtola quadam ad *Schickardum* data hos duumviros diverſi cognominis pro una perſona venditauerit. Ad *Wolfium* noſtrum quod attinet, iſte quidem hic loci hanc controverſam quaeſtionem ſicco pede tranſit, nullibi tamen *Mardochai Nathanis* in Bibliotheca ſua fecit mentionem, unde colligendum eſſe omnino puto, eum nullum diſcrimen inter Rabbinum *Iſaacum Nathanem* et *Mardochaeum Nathanem* admittere. Accedit, quod ipſe *Wolfius* noſter *Tom.* III. *pag.* 607. initio numeri ſtatim noſtrum *R. Iſaacum Nathanem* primum inter Iudaeos Concordantiarum collectorem appellauerit. Lubentiſſime fateor, me eidem accedere, donec firmioribus argumentis de contraria ſententia conuictus fuero.

Tom. I. *pag.* 681. *lin.* 17. editio a *Wolfio* memoratur edita *Baſileae* apud *Frobenium* 341. Edita eſt haec anno בשל, quae vox in titulo eſt expreſſa, uti obſeruauit *b. Tympius* in margine exemplaris ſui *Bibliothecae Wolfianae* ad hunc locum. Paulo antiquior editio *Baſileenſis*, quam omiſit *Wolfius* noſter, prodiit *Baſileae* apud *Ambroſium Frobenium* A. 338. C. 1578. in qua annus impreſſionis expreſſus eſt per abbreviaturam hebraicam בש"ח, et cuius titulus hebraicus eſt: ספר יאיר נתיב. Aſſeruatur iſta in bibliotheca publica Thorunienſi. Forte haec editio a *Wolfiana* non eſt diuerſa, et tunc *Wolfius* in eo errauit, quod annum impreſſionis pauliſper diverſum obſeruauerit. Occaſione harum *Concordantiarum Wolfius* noſter ſplendidam editionem *Concordantiarum Marii a Calaſio* memorat,

quae *Romae* 1622. quatuor Tomis in folio prodiit. Egregium est testimonium, quod de ista perhibuit *Iohannes Buxtorfius* in *praefatione Concordantiarum* suarum *hebraicarum*. Verba eius ibidem sunt sequentia: „ Anno 1621. *Romae prodierunt* „*nouae Concordantiae auctore D. Fr. Maria de Calasio. — Opus splendidissimum* „*et sumptuosissimum in quatuor Tomos distributum. Textus hebraeus hic ex R.* „*Mardochai Concordantiis est desumtus, eiusdemque ordo et methodus retenta. Se-* „*dulam industriam eius in emendandis depravatis tum numeris cum vocibus ex multorum* „*locorum collatione deprehendi.*„ Pluribus hanc ipsam editionem recensuit *Theophilus Sincerus* in *collectione noua antiquiorum et rariorum librorum*. *Part.* IV. *pag.* 316. 321. Eidem addenda est recentior editio, quae similiter ut Romana *quatuor Tomis* in folio in Anglia post *Wolfii* nostri tempora prodiit, et quae omni splendore typographico est instructa. Inscribitur haec editio sequenti titulo: *Concordantiae sacrorum Bibliorum hebraicorum, in quibus Chaldaicae etiam librorum Esdrae et Danielis suo loco inseruntur: deinde post thematum seu radicum omnium derivata et usus latius diducta ac linguae Chaldaicae, Syriacae et Arabicae vocabulorumque hebraicorum cum hebraicis conuenientium latina ad verbum expressa versio adiungitur, ad quam Vulgatae et LXX. versionum differentia fideliter expenditur; demum nomina propria ad calcem nouo ordine digeruntur. Auctore R. P. Doct. Franc. Maria de Calasio, Ordinis minorum obseruantiae Prouincialium Romae, Linguae sanctae Professore.* Opus *reipublicae Christianae et praesertim divini verbi concionatoribus ac scripturae sacrae studio incumbentibus summe utile et apprime necessarium. Londini* 1747-1749. *Tomus* I. editus est 1747. II. et III. 1748. IV. 1749. *fol.* Innotuit mihi haec editio splendidissima ex recensione eius, quam dederunt *Auctores* eruditi *der Beytraege von alten und neuen theologischen Sachen ad annum* 1749. *pag.* 138. sequ. Quodsi *Wolfius* noster hic affirmat, accessisse huic operi latinam versionem ex *Reuchlini* versione, Auctores isti der *Beytraege* pag. 139. quibus hic omnis fides habenda est, affirmant, esse versionem latinam *Santis Pagnini*. Hinc apud *Wolfium* loco verborum ex *Reuchlini*, ut videtur, versione, scribendum est potius: *ex Pagnini versione.*

ISAAC ARAMA (*num.* 1257.) *Tom.* I. *pag.* 686. seq. III. 610. seq. IV. 885.) Vltimae editioni libri *Akidath Isaac* in folio, quae *Venetiis* anno 1573. apud *Io. de Gara* prodiit, accesserunt argumenta summae cuilibet sectioni praefixa, ut et marginales quaedam notulae, explicationem dictorum Scripturae sacrae continentes et dubiorum resolutionem ostendentes, cum indice dictorum sacri codicis, sententiarum Talmudicarum, sententiarum ex *Moreh Neuochim* et ex *Sepher Hammiddoth* depromptarum. Haec memorat b. *Dassouius* in *Tract. de mortuorum resurrectione ex sententia Iudaeor. Dedicat. b.* 3.

ISAAC BEN SIMSON (*num.* 1280.) *Tom.* I. *pag.* 695. III. 619. Liber *Midrasch Schochadh tobh* memoratus a *Wolfio* commemoratur etiam a *Dassouio de resurrect. mortuor. Dedicat. b.* 4. Ex manuscripta glossa cuiusdam Iudaei Anonymi,

in

in exemplari, quod in Bibliotheca publica Ienenſi aſſeruatur, Venetiis excuſo huius libri varia vocabula a Lexicographis partim omiſſa partim haud ſatis commode expoſita enumerauit *Matthias Fridericus Beckius* in *diſſert. I. de nomine Edom.* (*Ien.* 1673.) in adiectis Corollariis.

IEKUTHIEL SACERDOS (*num.* 1286.) *Tom.* I. *pag.* 697. III. 620. *ſeq.* Tempus, quo hic Iudaeorum doctor vixit, neque *Buxtorfius* neque *Wolfius* indicant. Deſcripſit codicem partis Bibliorum Hebraicorum manuſcriptum, qui in Bibliotheca *Ducali Vinariensi* aſſeruatur. Ex ſubſcriptione utriusque Voluminis Codicis huius nitide ſatis ſcripti colligit ſumme venerabilis *D. Io. Frid. Hirtius* in deſcriptione iſtius codicis hebraici *Bibliothec. oriental. et exeget. Part.* VI. *pag.* 288. huius doctoris Iudaici tempus in ſaeculum decimum tertium incidere, et codicem memoratum, quem idem ille punctis inſtruxit, codicem circiter annorum quingentorum triginta et ſex eſſe. Huic aſſerto quidem obſtare videtur, quod in *Ioetheri Lexico uniuerſali eruditorum. Tom.* II. *pag.* 1860. hic *Iekuthiel Punctator* Rabbinus Pragenſis ad Saeculum decimum quintum refertur, interim numerus 15. facili negotio hic pro rectiori 13. per ſphalma typographicum poni potuit, uti etiam *Hirtius* ipſe non ſine veritatis ſpecie opinatur.

IEKUTHIEL BEN ISAAC BLITZ (*num.* 1287!) *Tom.* I. *pag.* 698. III. 621. De *Bibliorum verſione Iudaeo-Germanica*, quam hic celeberrimus Iudaeorum doctor in lucem publicam anno 439. C. 1679. fol. edidit, conferendi ſunt etiam *Wolfius Biblioth. hebr. Tom.* II. *pag.* 454. *Carpzouius Critic. ſacr. Veteris Teſtam. pag.* 758. ſeq. *Iacob. Lelongius Bibliothec. ſacr. Tom.* I. *pag.* 406. *ſequ. Reimannus Introduct. in Hiſtor. theolog. Iudaic. pag.* 134. et imprimis *b. Baumgartenius Relation. de Bibliothec. Halenſi. Tom.* III. *Part.* 14. *pag.* 103. 112. Ex his *Reimannus* non *Iekuthielem*, ſed potius *Vri Veibſch* auctorem huius verſionis eſſe affirmat. Hoc vero aſſertum falſum eſt ex mente *Wolfii* noſtri *Tom.* II. *pag* 454. unde etiam idem *Reimannus* in *Catalogo* ſuo *ſyſtematico-critico pag.* 198. hunc errorem ſuum reuocauit. Similis error *Reimanni* a *Wolfio* noſtro notatus eſt, ſi *Reimannus* in *Introduct.* ſuae *citato loco* affirmat, impreſſam eſſe hanc verſionem in officina typographica *Guilielmi Blaeuvii* et *Laurentii Baſii*, cum uterque tantum pecuniam ad hoc opus imprimendum neceſſariam ſuppeditauerit, uti *Wolfius* et *Baumgartenius* referunt. Supra nominatus *Vri Veibſch* a *Baumgartenio* typographus appellatur, ex cuius officina hoc opus prodierit. Ipſa haec verſio Bibliorum veteris Teſtamenti Iudaeo-Germanica comprehendit 3. Alphab. plagul. 4. Caeterum licet eadem inter rariores libros omnino ſit referenda, minorem tamen utilitatem praeſtat, praeſertim inter Chriſtianos, cum multa eaque grauiſſima omnia Veteris Teſtamenti in eadem deprehendantur depraua et turpiter detorta. Addenda hic omnino ſunt testimonio *Schudtii* a *Wolfio Tom.* II. *pag.* 454. iam adducto, verba b. *Reimannii* in *Catalogo* ſuo *ſyſtematico-critico pag.* 198. de ipſa hac verſione ſequentia: „In hac verſione optima de Meſſia oracula (ut Pſalm. II. et XXII.)

„turpissime deprauantur, et cap. VII. Esaiae iugulum religionis Christianae ita „petitur, ut suppudere debeat Christianos, se illam priuilegio armasse.„

IESCHUA FIL. R. IOSEPH (*num.* 1294.) *Tom.* I. *pag.* 701. III. 623. De versione *Constantini L'Empereur* horum *itinerum mundi* conferas quoque *Wolf. Tom.* II. pag. 992. et quae ibidem adnotabimus.

Tom. I. *pag.* 701. lin. 11. מבא הגמרה) Plura de hoc tractatu Iudaico legi possunt infra apud *Wolfium Bibliothec. hebr. Tom.* I. *num.* 2119. *pag.* 1112. 3.

ISMAEL SACERDOS (*num.* 1296.) *Tom.* I. *pag.* 703. III. 625. De eius *Sepher hassicaron* plura memorat *Derossi Comment. de typogr. Ferr. cap.* III. *pag.* 37.

IESAIA FIL. ABRAHAM LEVITA *Horwitz* (*num.* 1298.) *Tom.* I. *pag.* 704. III. 626. IV. 889.) *Schne luchoth habberith*, de quo putant Iudaei, eundem Christianis fore utilissimum referente *Wagenseilio* in *Notitia librorum Rabbinicorum. pag.* 25. Summa argumentorum huius libri continetur quoque in alio tractatu Rabbinico, cui inscriptio praefixa est: ספר יד כל בו, et titulo sequenti instructa est ibidem: קיצור שני לוחות ברית. Vid. *Relation. innox. de rebus nouantiqu. theolog. ad annum C.* 1740. *pag.* 168. *seq.*

ISRAEL FIL. R. ELIESER (*num.* 1312.) *Tom.* I. *pag.* 710. Hoc *Testamento* bona sua distribuit inter liberos suos et alios, cum anno Christi 1670. in Palaestinam iter faceret, ibi cum uxore sua moriturus. Nec insolitum fuisse hoc olim diuitibus Iudaeis, migrare in Terram sanctam, ut ibi finem vitae suae exspectarent, docte obseruauit autor Anonymus in *Bibl. noua libror. Tom.* II. *Part.* 14. *p.* 103. Caeterum excusum est hoc ipsum Testamentum, uti ibidem memoratur.

ISASCHAR BEHR (*num.* 1328.) *Tom.* I. *pag.* 715. III. 638.) *Pitche Iah.* Memorat hunc librum praeter *Wolfium* etiam *Buxtorfius iunior* in *Annotationibus ad Parentis Bibliothec. Rabbinicam.* Vid. *Buxtorf. Biblioth. Rabbinic. pag.* 170. *edit. Herbornens.* Auctor huius libri in praefatione libri *Imre Binah* a se conscripti scribit, se hunc librum conscripsisse in memoriam nominis parentis sui *Patachiae*, unde forte etiam deriuanda est inscriptio libri huius. Caeterum est Commentarius illustris in librum Cabbalisticum *Pardes rimmonim.* Vid. *Buxtorf. Biblioth. rabbinic. pag. m.* 39. *edit. Herbornens.*

ISASCHAR BEHR alius *fil. Naphtali* (*num.* 1329.) *Tom.* I. *pag.* 715. III. 639. Praeter locum *praefationis Rosenrothianae ad Partem* II. *Kabbalae denudatae* conferenda est quoque eadem *praefatio pag.* 17. §. 15. ubi quoque varia de hoc libro referuntur. Caeterum *Wolfius* in fine relationis suae de libro *Mareh cohen* obseruauit, *Rosenrothium* in hac editione subinde addidisse parallelismum locorum *Veteris Testamenti*, ad quorum interpretationem Cabbalistica illa facere posse videntur. Contrariari haec omnino videntur ipsis *Rosenrothii* verbis, qui in citata *praefatione* §. 15. *pag.* 17. sequentia scripsit: „Adiunxi autem in grati[illegible] illo„rum, quibus allegare dicta Soharis voluptas erit siue in concionibus [illegible] „ptis aliis Parallelismum aliqualem dictorum quorundam Noui Testam[illegible]

„[illegible]

„ulum alio tempore exhibebo uberiorem.„ Forsan emendari potest hoc vitium *Wolfii* nostri, quod iam *b. Reimmannus Introduct. in historiam Theolog. Iudaic. pag.* 440. si loco verborum *Veteris Testamenti*, quae apud *Wolfium* exstant, ponas *Noui Testamenti.*

Praeter scripta a *Wolfio* huic *R. Isaschar Behr* tributa eidem quoque assignandum est tanquam auctori scriptum hebraicum sub titulo: מקור חכמה seu *fons sapientiae*, quod commemorat *Christoph. Arnoldus* apud *Wagenseilium in Codic. Sota. pag.* 1172.

R. LEVI *fil.* ABRAHAM *fil.* CHAJIM (*num.* 1344.) *Tom.* I. *pag.* 725. *num.* 2. *Livhjath chen. Wolfius* noster aliud scriptum hac eadem inscriptione instructum infra *pag.* 949. *num.* 1789. adduxit, id quod haud confundendum est cum eo, quod hic notauit.

LEVI BEN GERSCHOM (*num.* 1348.) *Tom.* I. *pag.* 726. De erroribus huius Rabbini, quae imprimis Theologiam concernunt, varia post *Wolfium* adduxit in medium *Reimannus* in *Introduct. in histor. Theolog. Iudaicae. pag.* 611. *seqq.* Praeter ea, quae iam de iisdem obseruauit *Wolfius* noster, arbitratus est, donum prophetiae viribus Veteris Testamenti proprium esse aliquid naturale, et miracula, quae in sacris litteris recensentur, nihil in se comprehendere, quod vires naturae superet. Errores hi eo magis notari merentur, quo certius potuis iisdem corruit veritas religionis Christianae et auctoritas librorum sacrorum Veteris Testamenti, quae nititur alias vaticiniis et miraculis a Deo profectis.

Tom. I. *pag.* 726. *num.* 1. Editio *Veneta*, cuius Wolfius hic mentionem fecit, *Commentarii in Pentateuchum*, constat quinque Alphabetis et quatuordecim plagulis. Memorat etiam doctissimus *Iohannes Bernhardus Derossi* in *disquisitione de hebraicae typographiae origine et primitiis. Cap.* VII. §. 3. *pag.* 82. editionem eiusdem, quae sine mentione anni et loci impressionis prodiit, quam idem ipse Auctor summo iure ad editiones antiquissimas saeculi decimi et quinti refert.

Tom. I. *pag.* 727. III. 648. seq. *num.* 4. Editionem *Commentarii in Iobum* de anno C. 1477. 4. quam *Wolfius* priori loco memorat, *Derossi* in *disquisitione* citata *cap.* II. §. 1. *pag.* 9. *primum et antiquissimum scriptum Iudaicum* mancupat. Idem eandem editionem non *Pisauri*, sed potius *Ferrariae* editam esse affirmat in *Commentario histor. de Typograph. hebr. Ferrariensi. Cap.* II. *pag.* 15. 19. Alia, quae in recensione eiusdem lectu dignissima de eadem idem obseruauit, hic praetermitto.

Tom. I. *pag.* 729. *lin.* 1. *Riuae Trident.* C. 1561.) Constat haec editio plagulis 17. duplicibus seu 34. simplicibus et asseruatur in *Bibliotheca Thorunensis Gymnasii publica.*

R. LIPMAN (*num.* 1364.) *Tom.* I. *pag.* 734. seq. III. 661. IV. seq. 893.) De antiquiori isto scripto, quod splendido nomine *Nizzachon* superbit auctore *R. Matathia*, iam *Buxtorfius* in *Bibliotheca Rabbinica. pag.* 385. *edit. Basileens. pag.* 146. *edit. Herbornens.* obseruauit, *Wilhelmum Schickardum* nouam eiusdem editionem in animo habuisse, cuius perfectam elaborationem autem mors praematura impediuerit. Idem quoque obseruat *Carpzouius* in *Annotationibus ad Schickardi Ius regium Hebraeorum pag. m.* 449. not. l. Iure ac merito hoc antiquius *Nizzachon* a *Wagenseilio* editum, *Vogtius* in loco infra citando et alii doctissimi viri iampridem a recentiori illo, quod *Hackspanius* in vsus publicos conuertit, distinxerunt. Recensetur *editio Wagenseiliana* huius *Nizzachon* antiquioris, quam *Wolfius Tom.* III. *pag.* 661. memorat, a b. *Baumgartenio Relation. de Bibliotheca Halensi. Tom.* VII. *Part.* 40. *pag.* 333. *seq.* Vid. etiam *Wolf. Tom.* I. *pag.* 738. Cum vero istud proprie ad auctorem Iudaicum *R. Matathiam* referendum sit, hic notandus imprimis est liber recentior, qui hac sub inscriptione inter eruditos est notissimus, quem edidit *Theodoricus Hackspanius*. Recensionem huius editionis *Michael Lilienthalius* in *Bibliothec. theologic. Part.* XI. *pag.* 83. *sequ.* et *Baumgartenius loco citato pag.* 327. 331. suppeditauerunt. Editionem hanc libri huius pestilentissimi valde rarem esse iam monuit *Iohannes Vogtius* in *catalogo librorum rariorum pag.* m. 526. Causa raritatis eiusdem rectissime teste *Vogtio* in eo ponenda est, quod Iudaei misso in ignem *Hakspanii* labore nudum textum Rabbinicum, quasi a se editum sibi seruauerint. Nonnulla, quae ad contenta et historiam literariam huius Nizzachon recentioris spectant; obseruauit inter alios *Iohannes Buxtorfius Synagog. Iudaic. cap.* XVI. *pag. m.* 353. sequ. Verba eius sunt sequenda: „Impius ille et sceleratus Rabbi Lipmanus in exsecrando et impuro illo libro, „quem in quatuor Euangelistarum historiam sub Nizzachon Triumphi seu Victo„riae titulo anno Christi 1459. conscripsit, Christum falsi insimulat, qui iuri ipso„rum Iudaeorum contraria et consuetudini ipsorum repugnantia ipsis affinxerit, uti „Sebastianus Munsterus in Euangelio Matthaei hebraico indicauit, et in meo quo„que exemplari in pergameno manuscripto iisdem verbis, quibus ille citat, exstat.„ Addit idem his verbis, quae parenthesi a reliquis separata sunt, haec: „In libro „Nizzachon ab Hackspanio loca Noui Testamenti a Lipmanno refutata non ha„bentur.„ Caeterum de hoc Nizzachon ab *Hackspanio* edito praeter citatos scriptores conferendi sunt ipse *Hackspanius* in *Tractatu de Vsu librorum Rabbinicorum* huic editioni Nizzachon adnexo *pag.* 215. *seqq.* et *Io. Bened. Carpzouius* in *dissert. de asino Messiae* §. 9. Multa quoque in *Iohannis Fabricii* literaria relatione de *Wagenseilii Telis igneis Satanae*, quam idem auctor *Hist. Biblioth. Fabric. Tom.* V. *p.* 348. seq. inseruit, occurrunt, quae uberiori historiae literariae huius libri optime inseruire possunt. Recentissimo tempore Professor linguarum sacrarum Erlangensis, *Io. Samuel Wiesnerus* sibi proposuit, nouam editionem huius Nizzachon Lipmanniani edere, etiam ille ipse in *programmate ad Genes.* XI, 7. Erlangae 1767.

me-

memorat, hanc editionem iam perfectam esse et prelum tantum exspectare, quam vero mors atra orbi erudito inuidit.

Inter eos, qui particulas quasdam libri *Nizzachon* ediderunt adiecta confutatione breuiori eminet imprimis post Wagenseilium et Hackspanium, quibus primaria laus hoc in negotio iure summo debetur, *Sebaldus Snellius*. Edidit iste auctor *Particulas quasdam Nizzachon Lipmanniani Altorfi* annis 1643. 1644. 1645. quae attingunt imprimis loca Veteris Testamenti eorumque explicationem a *Lipmanno* suppeditatam. Inter has ea particula, quae ad propheticos Veteris Testamenti libros spectat, sequenti titulo est inscripta: *R. Lipmanni Disputatio aduersus Christianos ad Esaiae et* XII. *minorum Prophetarum libros instituta, latine versa a M. Sebaldo Snellio. Altorfi Noricorum* 1644. 4. Videatur de his *Snellii* scriptis *Fabricii Hist. Biblioth. Fabric. Tom.* V. *p.* 324. seq. Occurrunt quoque, quod hic addo, varia contra *R. Lipmanni* afferta in eiusdem *Snellii Excerptis ex commentario Iudaico in libros Ruth atque Estheris Altorf.* 1750. editis.

Tom. I. *pag.* 737. De alio *Nizzachon*, quod cum isto *Buxtorfiano* videtur congruere, pluribus conferas *Sebast. Schmidii Mysterium gratiae diuinae, Orat. de passione Christi innocentissimi pag. m.* 262. qui etiam de auctore eiusdem coniecturam non spernendam adferre conatur.

Tom. I. *pag.* 738. *lin.* 2. Vide quae paulo antea de *Sebast. Schmidio* obseruauimus.

D.

R. MEIR *fil.* IACOB FRANZONI (*num.* 1384.) *Tom.* I. *pag.* 750. Liber eius *Masthal hakadmoni* est fabularum liber peruetustus Iudaicus. Prodiit cum iconibus sine mentione loci sub tit. *Prouerbium antiquum* (titulus libri Hebraici) 1491. 4. Liber est *Fabularum* et *Apologorum*, vbi nunc bruta nunc homines colloquentes introducuntur. Haec obseruauit *Cornelius a Beughem* in *Tractatu* suo *de incunabulis Typographiae pag.* 93. vbi cognomen huius *Franzoni* per nomen gentilitium *Francus* explicatur.

MEIR *fil.* R. ARAMA (*num.* 1386.) *Tom.* I. *pag.* 751. III. 673. *num.* 2. Plura de eius hic a *Wolfio* memorato *Commentario in Iobum* obseruauit *R. Schabbataeus* in *Siphte jeschenim. pag.* 88. num. 46. Obiter hic obseruo, *Sebastianum Schmidium* in *Commentario* suo *in Iobum* plura loca eiusdem in latinam transtulisse, et labori suo in Iobum inseruisse.

MACHIR *fil.* ABBA BEN MACHIR. (*num.* 1420.) *Tom.* I. *pag.* 761. III. 683. IV. 898. *Abkath rochel. Buxtorfius* in *Catalogo librorum Iudaicorum aliorumque Orientalium pag.* 4. obseruat, librum hunc varia continere de Messia et venturo saeculo. In *Theologiae Iudaicae Antonii Hulsii Parte prima* non solum occurrit latina versio eiusdem libri, sed etiam solidissima disquisitio et confutatio assertorum eius Christianae fidei repugnantium. Interim b. *Paulus Theodorus Carpouius*, Philo-

logus

logus Roſtochienſis, varia contra *Hulſii* de hoc libro diſputata monuit in ſuis *Animaduerſionibus philologico critico-ſacris. pag.* 40. 44. Caeterum de opere *Hulſii* hic a *Wolfio* noſtro collato conf. *Wolf. Tom.* II. *Bibliothecae* ſuae *hebr. pag.* 1030.

MENACHEM DE LONZANO (*num.* 1434.) *Tom.* I. *pag.* 765. *ſeq.* Ex mente *Buxtorfii Bibliothec. rabbinic. pag. m.* 419. *edit. Baſileenſ. pag.* 200. *edit. Herbornenſ.* eſt *in Schte jaddoth* huius Rabbini contentus Commentarius criticus in *Thorah* Moſis. Continet enim, quod alibi idem iam monuerat, nempe in *Catalogo librorum Iudaicorum. pag.* 10. obſeruationes criticas in *Pentateuchum*, expoſitionem vocum peregrinarum in *Talmude* et *Medraſchim* occurrentium, obſeruata quaedam de cultu diuino, Ethicam et nonnullas Aggados. Hinc non immerito b. *Daniel Erneſt. Iablonskius* in *praefatione bibliorum* ſuorum *Hebraicorum Berolinenſium* §. 5. hunc doctorem Iudaeum recentem et doctum Haebraeorum criticum appellat, eiusque tractatum אור תורה auncupat, quem ad Bibliorum hebraicorum recenſionem perutilem eſſe affirmat. Notandum hic omnino eſt, quod libro huic *Or torah* adiectae ſint nonnullae obſeruationes et adnotationes Rabbinicae, quae additae reperiuntur in *Pentateucho hebraico Amſtelodami* 1726. 4. impreſſo obſeruante b. *Baumgartenio Relation. de libris memoratu dignis. Tom.* IX. *Part.* 51. pag. 200. ſeq. quarum nullam mentionem fecit *Wolfius Tom.* IV. *Bibliothec. hebr. pag.* 133. ubi hanc editionem Pentateuchi hebraicam recenſuit. Caeterum hunc librum rarioribus literaturae Iudaicae monumentis eſſe adnumerandum obſeruauit iampridem *Io. Vogtius* in *Catal. libr. rar.* pag. m. 458.

MENACHEM HAMMEIRI (*num.* 1435.) *Tom.* I. *pag.* 767.) *Piruſch* eius citatur ab *Abarbanele quaeſtion.* I. *ad Ieſ.* LII, *verſ.* 13. fol. 78. col. 1. lin. 50. quod obſeruauit hic *b. Danzius* ad marginem exemplaris ſui bibliothecae Wolfianae.

MENACHEM ASARIA MIPPANO (*num.* 1447.) *Tom.* I. *pag.* 772. 773. III. 696. *num.* 4. De parte huius libri quarta, quae inſcribitur *Ionath elem* obſeruat *Buxtorfius Biblioth. Rabbinic. pag.* 89. *edit. Herbornenſ.* eſſe *librum Cabbaliſticum manuſcriptum.* Interim obſeruante *Wolfio* noſtro vere impreſſus prodiit hic liber Iudaicus.

MENACHEM REKANATENSIS (*num.* 1457.) *Tom.* I. *pag.* 776. III. 701 *num.* 5. Codicem Manuſcriptum in Folio huius Commentarii Cabbaliſtici in Pentateuchum exaratum cum aliis A. C. 1479. per R. *Abraham fil. Iehuda Roth* in urbe Parmenſi exſtare commemorat Auctor *Catalogi Bibliothecae Domini de Pletho.* (*Berol.* 1732. 8.) *Tom.* II. inter Manuſcripta *pag.* 830.

MENASSEH BEN ISRAEL (*num.* 1463.) *Tom.* I. *pag.* 779. III. 703. IV. 901. Relationi de vita eius, quam ſuppeditat *Wolfius* noſter, tantum ſequentia ex vita eiusdem a *Pocockio* Anglice anno 1699. 12. edita ſubiungamus, quae potiſſimum ad finem prioris partis paginae 779 apud *Wolfium* ſpectant: *Menaſſeh anguſtia rei familiaris preſſus mercaturam ſuaſu fratris ſui Ephraimi, qui Baſilene tunc temporis habitabat, exercere coepit: e Belgio in Angliam tranſiit, ſed ſpe, quam conceperat,*

perat, etiam ibidem frustratus, reuersus est Seelandiam, atque Middelburgi annos natus 53. diem obiit supremum.

Tom. I. pag. 780. Completum *Catalogum* omnium *Scriptorum R. Manassis b. Israel* ipse auctor hic clarissimi nominis composuit, quem exhibent *Auctores inquisitorum relat. de rebus nouantiqu. theol. de anno* 1744. *p.* 230. *sequ.*

Num. 1. *Tom.* I. *pag.* 780. sequ. III. 705. IV. 901.) *Editio latina Conciliatoris*, quam *Wolfius Tomo* I. recensuit, pluribus describitur a b. *Baumgartenio Relation. de libris memoratu dignis. Tom.* I. *Part.* I. *pag.* 19. *sequ.* ex cuius recensionis postremis verbis liquido apparet, verba praefationis huic editioni praemissae: *Caeterum etc.* a *Wolfio* nostro *Tom.* I. *pag.* 780. in medium adlata in exemplari *Baumgarteniano* huius latinae editionis haud extitisse. *Hispanica versio* huius operis, cuius *Wolfius* noster *Tomo* I. et IV. *Bibliothecae* suae mentionem fecit, ab eodem *Baumgartenio* ibidem *pag.* 20. 26. quoad singulas eius partes recensetur. Absoluta eadem est annis Christi 1632. usque ad annum 1651. Impressa est haec versio sine dubio *Amstelodami*, licet auctor eius in inscriptione motuum, qui hoc libro sibi concitari potuissent, euitandorum causa, in titulo nomen *Francofurti* tamquam nomen loci impressionis expresserit. Error operarum in numero anni editionis partis secundae expresso, quo positus est numerus 5041. pro numero rectiori 5401. etiam non extitit in exemplari Baumgarteniano, sed potius verus ibidem anni impressionis indicatur numerus. Hinc ea, quae *Wolfius* de hoc operarum vitio scribit, non in universum de omnibus exemplaribus dici possunt. Vid. *Tom.* IV. pag. 901. Caeterum *Baumgartenius* loco citato *pag.* 26. de toto *Conciliatoris* opere iudicat, eundem tamquam excerptum et quasi epitomen omnium solidissimarum explicationum Veteris Testamenti omnino considerandum esse, qui etiam ad solidam et pleniorem discussionem Iudaicarum controuersiarum potissimum circa loca sacri codicis deprauata restituenda multum adiumenti omnino praebere possit. Vid. *Baumgarten. loc. cit. Tom.* I. *Part.* I. *pag.* 26.

Tom. I. *pag.* 781. *lin.* 7. *hispanice*) Alia lingua non exstare, testatur quoque *Wagenseilius ad codicem Sota. pag.* 741.

Num. 4. *Tom.* I. *pag.* 782. IV. 902. *Tesouro dos Dinim.* Varia in *Wolfii* relatione ex obseruationibus b. *Baumgartenii* in loco infra adferendo suppeditatis suppleri possunt. Memorat tantum *Wolfius* noster editionem priorem huius libri, quae ab anno 1645. 1647. lucem publicam eruditi orbis adspexit. Constat haec eodem teste quatuor partibus, *Baumgartenius* autem docet, eandem quinque comprehendere partes, quarum partes quatuor priores simul, quinta autem demum anno 1647. excusa sit. Interim hunc errorem ipse correxit *Wolfius Tom.* IV. *pag.* 902. Hinc iudicium *Baumgartenii* locum non habere videtur, *Wolfium* nostrum hanc editionem antiquiorem nunquam vidisse. Interim in eo *Wolfium* non defendere conabor, quod recentiorem huius operis editionem indicare omnino praetermiserit, quod eidem iure optimo exprobrauit *Baumgartenius*. Recensuit hic quon-

dam literatiſſimus Vir hanc editionem recentiorem in ſuis *Relationibus de libris memoratu dignis. Tom.* IX. *Part.* 51. *pag.* 213. 215. Impreſſa eſt anno aerae Iudaicae 5470. Chriſtianae 1710. Inſcriptio eius plenior eſt ſequens: *Theſouro dos Dinim que o poco de Iſrael, hè obrigado ſaber, e obſervar. Compoſto par Menaſſeh ben Iſrael. Amſterdam* anno 5470. (1710.) 8. fol. 201. et 9. pag. praefat. et indic. Inſcriptiones ſingularum partium huius libri exſtant apud *Baumgartenium.* In praefatione quintae ſeu poſtremae partis occurrit index lectu dignus ſcriptorum *Menaſſeh* noſtri nondum impreſſorum, quae tamen ad prelum parata fuerint, ab ipſo Auctore compoſitus, ex quibus ipſe Menaſſeh imprimis hiſtoriam ſuam populi Iudaici a temporibus Ioſephi vsque ad ſua tempora continuatam imprimis commendat, et eruditos humaniſſime rogat, vt ſibi, quae forte ad eandem exornandam collegerint, communicare velint. Ex quo indice forte index ſcriptorum a noſtro *Wolfio* hic adlatus magis locupletari omnino poſſet, ſi mihi, dum haec ſcriberem, ad manus fuiſſet haec editio.

Num. 6. *Tom.* I. *p.* 782. *lin.* 2. pro *Aurelianenſem* legas *Auoracum.* Eandem vocem hac ratione corrigas *Tom.* III. *p.* 706. Caeterum duo priora ſcripta hoc ſub numero a *Wolfio Tom.* I. notata inter ſcripta latine a ſe edita refert ipſe Auctor in *Catalogo ſcriptorum Iuorum*, inſerto *Relation. innoxiis de rebus nouant. theol. de anno* 1744. *pag.* 230.

Num. 10. Scriptum *Menaſſeh de fragilitate humana* paucis *Ioh. Fabricius* in *Hiſt. Biblioth. Fabric. Part.* VI. *p.* 488. plenius autem *Georg. Ludou. Oederus* in *Coleri Biblioth. ſelecta theol. Part.* IV. *p.* 86. *ſeq.* recenſuit.

Num. 11. *Tom.* I. *p.* 783. III. 706. IV. 902. *Spes Iſraelis.* Pluribus de hoc tractatu commentatus eſt *Ioh. Albert. Fabricius* in *Bibliographia antiquaria. Cap.* I. *pag.* 18. *ſequ. edit. recentiſſ.*

Num. 12. *Tom.* I. *pag.* 783. III. 707. *De creatione.* Vid. *Fabricius* in *Hiſt. Biblioth. Fabric. Part.* VI. *p.* 487. ſeq.

Num. 21. *Tom.* I. *pag.* 785. III. 708. *Apologia pro Iudaeis anglice ſcripta*) quae agit de fidelitate et vtilitate gentis Iudaicae. Hanc inſcriptionem ipſe Auctor *Catalogi ſcriptorum Manaſſis* noſtri in *relation. innoxiis de anno* 1744 *p.* 230. eidem Apologiae aſſignavit.

Num. 23. *Tom.* I. *pag.* 786. ſcripta ab Auctore noſtro imperfecta relicta recenſentur a *Wolfio*, ad quarum notitiam ſuppleantur ſequentia. 1) *Grammat. hebr.* vid. ſupra *pag.* 785. *num.* 17. Quae numero 2. 3. 4. 5. recenſentur a *Wolfio* ſcripta a *Manaſſe b. Iſrael* relicta, inter opera adfecta numerantur ab Auctore Catalogi ſaepius citati et *Relationibus innoxiis* inſerti, quorum illud, quod num. 3. refertur, hebraice eſt compoſitum. Ad numerum 13. obſeruetur, pro vocibus, *ad principem Aurelianenſem* melius ſubſtitui ad principem *Auoracum.* Eſt oratio gratulatoria, prout ipſe auctor eandem appellat in *Catalogo ſcriptorum ſuorum* in *relationibus innoxiis* 1744. *p.* 230. Caeterum praeter iſta ſcripta a *Wolfio* noſtro obſeruata

auctor

auctor Catalogi huius tractatum *Manassis* nostri latine scriptum *de cultu imaginum ipsiusmet Dei contra Pontificios* inter scripta Auctoris nostri perfecta et ad prelum parata commemorat.

Tom. I. pag. 787. lin. 5. ad verba Wolfii: *sub defensione Talmudis sit intelligendus*) aut potius is, quem in *Catalogo scriptorum suorum* l. c. denominat sequenti titulo: *Libri* CC. *omnium Medraschim, seu sententiae antiquorum Rabbinorum ordine alphabetico digestae.* Hebraice scriptus est hic liber, et in Catalogo citato supra separatur a Bibliotheca *Manassis* Rabbinica, et inter libros eiusdem ad prelum paratos collocatur.

MORDECHAI JAPHE (*num.* 1482.) *Tom.* I. *pag.* 792. *seq.* III. 716. De scripto eiusdem *Lebusch malcuth* obseruauit *Wagenseilius* in *Notitia librorum Rabbinicorum pag.* 22. sequentia, esse partem libri *Arba Turim* rarius reperiendam. Hunc ipsum librum sibi in deliciis fuisse affirmauit praeter alios Christianos Philologos *M. Norby Gnollaeus*, tum eo nomine, quod stilus eiusdem sit valde perspicuus, tum quod Auctor in eosdem ritus sacros Iudaeorum sufficienter exponat et neruum probandi ex dictis biblicis monstret. *Dassouius* in *Tractatu de resurrectione mortuorum ex Iudaeorum sententia. Dedicat. pag.* 3. de hoc libro refert, eundem, quatenus liber Iudaeorum ritualis sit, tantum quatuor partibus constare. Hinc forte improbandum est *Wolfii Tom.* I. p. 792. assertum, quod opus hoc in *decem* partes sit distinctum, id quod forte exinde deriuandum est, quod Auctor huius operis in titulo decem vestimentorum Iudaicorum fecerit mentionem.

MORDECHAI MERKEL *fil.* IECHIEL (*num.* 1491.) *Tom.* I. *pag.* 796. ad finem numeri) Continet Grammaticam hebraicam cum Commentariolo in *Pentateuchum*; et prodiit Francofurti ad Oderam et Wilmersdorfii, referente *Io. Christian. Wibelio* in *consignatione librorum Iudaicorum ex typographia Wilmersdorfiensi editorum* in *Relation. innoxiis de rebus nouantiqu. theolog. ad annum* 1743. *p.* 520.

MOSES ACHA (*num.* 1513.) *Tom.* I. *pag.* 801. ad finem numeri addatur: nisi modo confundatur hic doctor Iudaicus cum *R. Mosche Rophe*, de quo *Wolfius* eadem perhibet. Vid. quoque *Tom.* III. *pag.* 727.

MOSES EISENSTAD (*num.* 1514.) *Tom.* I. *pag.* 801. ad finem numeri: Vid. quoque eandem *Pinacothecam librorum nouorum. Part.* XVII. *pag.* 375. *seq.*

MOSES ISSERLES (*num.* 1515.) *Tom.* I. *pag.* 802. *num.* 4. Vid. *Wolf. Biblioth. hebr. Tom.* IV. *p.* 904.

MOSES ALBELDA (*num.* 1518.) *Tom.* I. *pag.* 804. III. 730. 2. Annus editionis a *Wolfio* ex *Buxtorfii Bibliotheca rabbinica* adlatus, omnino falsus est, pro quo potius ponatur numerus 361. quem etiam verum impressionis tempus exprimere affirmat b. *Augustus Pfeifferus* in *dissert. de nomine Zophnath Paneach.* §. 3.

MOSES ALASCHKAR (*num.* 1517.) *Tom.* I. *pag.* 803. III. 729. *num.* 1. *Haschgnoth. Ferrar.* 317. C. 1557. Varia de hac editione, quae typis quadratis est

impressa, in medium adduxit *Io. Bernhard. Deroſſi* in *Comment. historico de Typographia hebr. Ferrariensi Cap.* III. *pag.* 48.

MOSES ALMOSNINO (*num.* 1521.) *Tom.* I. *pag.* 807. *num.* 11. De raritate huius *versionis Hispanicae* testati sunt. *Goezius* in Merckwürdigkeiten der Königlichen Bibliothek zu Dreßden. *Tom.* III. *pag.* 204. et *Widekind.* in Verzeichniße von raren Büchern. *Part.* I. *pag.* 80.

MOSES ALSCHECH (*num.* 1523.) *pag.* 808. IV. 905. De *Commentario* eius *in Danielem*, quem sub titulo *Chabhazeleth haſaron* citat *Wolfius* noster, obseruauit etiam *Buxtorfius* in *Catalogo librorum Iudaicorum n.* 8. impressum esse istum etiam *Venetiis*, 1575. *Venetam* editionem a *Wolfio* indicatam *Dauid Clement* appellat *editionem perraram.* Vid. eiusdem *Bibliotheque historique. et critique. Tom.* I. *pag.* 218. Idem in annotationibus subiectis de eadem sequentia obseruauit: „Ce n' est ici que la seconde edition de cet Ouurage', comme il est remarque sur „le Titre. La premiere auoit deja vu le jour l' an 328. ou de C. 1568. (quam „iampridem memorarunt *Bartoloccius* et ex eo *Wolfius* noster) „item en 1598. „ibidem selon le Catalogus Bibliothec. Bodlejan. Tom. I. pag. 22. ou a Constan„tinople la même année selon Iacob le Long Bibliothec. sacr. Tom. II. pag. 868.„ Vid. *Clement. loc. cit. not.* 33.

Num. 4. *Tom.* I. *pag.* 808. IV. 905. *Editionem Venetam* libri *Chelkath mechokek perrgram* appellat Clement *loco citato pag.* 217. cuius raritatis testimonium quoque perhibent *Auctores Actorum eruditorum Lipsiensium latin. ad annum* 1725. pag. 431.

Num. 6. *Tom.* I. *pag.* 808. IV. 905. Memorant Auctores *relationum innoxiar. de rebus nouantiqu. theologicis ad annum C.* 1727. *pag.* 744. quod *Commentarius in Prophetas posteriores, Psalmos, Salomonis Prouerbia et Iobum* denuo editus sit. Vide etiam *Tom.* III. huius Bibliothecae hebr. *pag.* 630. *num.* 1308. b.

Num. 9 *Tom.* I. *pag.* 809. *Venetam* editionem, cuius hoc in loco mentionem fecit *Wolfius*, *perrarum* appellat *Clement Bibliothéque curieuse. Tom.* I. *pag.* 217.

Num. 11. *Tom.* I. *pag.* 809. III. 736. *Romemoth El. Editionem Venetam* perraram esse testatur praeter alios *Clement. Bibliothec. Tom.* I. *pag.* 216. Vid. etiam *Ephemerid. litterar. Lipsiens. de anno* 1725. *pag.* 822. *Acta eruditor. Lipsiens. latin. de Anno* 1725. *pag.* 431. et *Relation. innox. de rebus nouantiqu. theologic. ad annum C.* 1727. *pag.* 744. et *Widekind.* Verzeichniß von raren Büchern. *Part.* I. *pag.* 83. Causa huius raritatis teste *Clement.* potissimum in eo quaerenda est, quod haec editio totum opus complerum sui auctoris exhibeat, cum *Amstelodamensis*, quam memorat *Wolfius Tom.* III. nil nisi compendium huius operis a *R. Eliezer Ben Chananea*, doctissimo *Iudaeo Polono Tarnigrodensi* confectum contineat. Hanc secuta est editio *Iesnitiensis*, quam apud *R. Israelem ben Abraham* impressam esse perhibet *Wolfius Tom.* III. Prodiit haec editio anno aerae Iudaicae 481. Christi 1721.

et

et conſtat 2. Alphab. plagul. 18. Praecipuum huius editionis eſt hoc, quod verſus cuiuscunque Pſalmi in eadem ſigno certo denotati ſint, quo ipſo lectores facili negotio explicationem cuiuslibet verſus Iudaicam, quam forte deſiderant, reperire poterunt. Praeterea eſt editio verſiculis diſtincta et Indice rerum et materiarum, quae in iſto libro occurrunt, inſtructa, quem *Rabbi Zevi Hirſch ben Meir* confecit. Caeterum conferas de hac editione *Acta erudit. Lipſienſ. latina de anno* 1725. *Septembr. pag.* 430. *ſequ.*

Num. 13. Tom. I. *pag.* 810. III. 736. *ſequ. Schoſchanath amakim.* Licet *Venetae* editioni de anno 1591. ſuam raritatem haud denegare auſus fuerim, quam Auctores *Actorum eruditorum Lipſienſium latinorum de anno* 1724. *pag.* 143. et *David Clement Bibliotheque. Tom. I. pag.* 217. eidem aſſignant, ex repetitis tamen huius ſcripti editionibus colligere poſſumus, librum hunc non tantae raritatis eſſe, quam ſcripta reliqua *R. Moſis Alſchechi* in praecedentibus adlata, quod etiam teſtatur *Clement loco citato not.* 32.

Num. 14. *Tom.* I. *pag.* 810. III. 737. IV. 906. *Torath Moſche.* In editione *Pragenſi* de anno 1616. fol. cuius *Wolfius* noſter mentionem feçit, duo reperiuntur Indices in Geneſin, in reliquos libros Veteris Teſtamenti coniunctim unus, in quibus multa Rabbinorum dicta et parabolae eorundem allegoricae data opera explicantur, id quod memorat *b. Deſſouius* in *Tractatu de mortuorum reſurrectione ex Iudaeorum ſententia. Dedicat. b.* 3.

Tom. I. *pag.* 810. *Seder birgath hammaſſom.* Hic forte idem liber eſt, quem infra *Wolfius* noſter *Tom.* II. *pag.* 1271. *num.* 102. memorat.

MOSES GERMANUS (*num.* 1525.) *Tom.* I. *pag.* 811. *ſeq.* III. 740. *ſequ.* Hic eruditus Iudaeus rectiſſime a *Iacobo Friderico Reimanno* tum in *Introductione in Hiſtor. Theolog. Iudaic. pag.* 628. ſequ. tum in *Hiſtoria Atheiſmi Cap.* II. *pag.* 49. iure meritoque inter Atheos refertur. Hinc intelligenda ſunt facili negotio verba Liberi Baronis *Leibnitii*, qui in *proſamine Theodiceae* ſuae gallico, quod inſcripſit, *Diſcours de la conformite de la foi auec la raiſon* §. 9. pag. 14. ſequentia de eodem Iudaeo ſcripſit: „Un certain Allemand natif de la Suabe deuenu Iuif „il y a quelques annees, et dogmatiſant ſous le nom Moſes Germanus, ſ' etant at„taché aux dogmes de Spinoſa a cru que Spinoſa renouvellè l' ancienne Cabale des „Hebreux.„ Vid. *Reimann. Introduct. citat. pag.* 631. Plura de hoc *Moſe Germano* legi poſſunt erudite collecta apud *Maturin. Veyſſier. la Creze* in *Vindiciis veterum ſcriptorum contra Harduinum.* (*Roterod.* 1708.) *pag.* 661. *ſequ. Mich. Lilienthalium Bibliothec. theologica Part.* X. *pag.* 1127. *ſequ. Io. Georg. Schelhornium Amoenitat. literar. Tom.* XIV. *pag.* 611. 615. *ſequ.* et *Wolfium* noſtrum *Tom.* II. *Biblioth. pag.* 1235. *ſeqq.*

MOSES GALIANI (*num.* 1535.) *Tom.* I. *pag.* 816.) *Buxtorfius* citatur hic in *appendice Bibliothecae rabbinicae.* Locus huc ſpectans exſtat *pag.* 210. *edit. Herbornenſ.*

MOSES *ben* IOSEPH PIC *Germanus* (*num.* 1568.) *Tom.* I. *p.* 826. III. 709. *Siccaron torath Moſche.* Wagenſeilio teſte in loco quodam *Notitiae ſuae librorum Rabbinicorum*, eſt utiliſſimus liber pro Chriſtianis, velut index aut inſtar repertorii locorum Communium Talmudis, in quo facili negotio reperiri poſſit, quaecunque in Talmude occurrant.

MOSES *ben R.* IACOB KOTSENSIS (*num.* 1572.) *Tom.* I. *pag.* 827. III. 760. *Sepher Mizvoth gadhol.* De hoc Iudaeo erudito teſtimonium perhibet praeclarum magnus iſte literaturae Orientalis indagator *Richardus Simon Hiſtor. critic. V. T.* Lib. III. pag. m. 151. edit. latin. „Moſes Micotſi aut de Cotſi eruditus eſt Iu„daeus Hiſpanus, qui librum hunc ſcripſit, ubi reuera legis praecepta exponit. „Vnus eſt eorum autorum, qui merentur imprimis legi de hac materia propter eru„ditionem et iudicii vim, quam in hoc ſcripto demonſtrauit.„ Teſte *Wagenſeilio* in *Notitia librorum rabbinicorum* continet hic liber explicationem omnium praeceptorum affirmatiuorum et negatiuorum Iudaicorum. Inſuper idem obſeruat, optimam editionem huius operis eſſe *Venetam*, quae in eo ſe diſtinguat ab antiquioribus editionibus, quod loca biblica Veteris Teſtamenti in iſto opere explanata in margine adnotata reperiantur, quod in antiquioribus editionibus fruſtra deſideretur. His addenda ſunt verba *Daſſonii* in *Diatribe de mortuorum reſurrectione ex Iudaeorum ſententia. Dedicat. a.* 4. ſequentia: „Poſſideo exemplar huius ſcripti anno „Chriſti 1547. Venetiis in folio impreſſum, quod priori editione longe eſt auguſti„us, utpote auctum Concordantiis marginalibus Miſchnae, Talmudis Hieroſoly„mitani, Toſiphtae, Mechiltae, Torath cohanim, Siphre Alphesi, Terumah et „aliorum, adiectis in fine Bikre ſeu dilucidationibus R. Iſaaci Stein.„ Praeter editiones a *Wolfio* aliisque obſeruatas, doctiſſimus Italus, *Iohannes Bernhardus Deroſſi* in *Diſquiſitione* ſua *de hebraicae typographiae origine et primitiis. Cap.* V. §. 9. *p. m.* 46. *edit. Huffnagel.* memorat editionem antiquiſſimam, quae prodiit anno aerae Iudaicae 249. Chriſti 1489. in folio, quam *rariſſimam* appellat. Conſtat ea paginis 279. in folio, et totum opus complectitur in ea duas partes, quarum prior praecepta negativa, poſterior autem affirmativa Moſis et Iudaicae traditionis praecepta complectitur. Idem auctor eruditus coniicit, prodiiſſe hanc editionem *Soncini*, quod ex quadrato charactere et reliquo eiusdem ornatu ſummam accipit veritatis ſpeciem. Caeterum auctor hic *Moſes Kotſenſis* docuit Toleti in Academia Iudaeorum anno 1236 referente *Io. Buxtorfio Synagog. Iudaic. Cap.* III. *pag.* 48. *ſeqq.* Quantam autem hic liber inter Iudaeos doctos conſecutus fuerit auctoritatem, vel ex eo colligi poteſt, quod doctiſſimus inter Iudaeos, *R. Moſes Maimonides* in libro ſuo inſcripto *Sepher hammizuoth* plurimum ſecutus fuerit hunc librum, quod obſeruauit praeter alios *Iohannes Benedictus Carpzouius* in *Annotationibus ad Schickardi Ius regium Hebraeorum. pag. m.* 2. *not. c.*

MOSES BEN ISRAEL DE MERCADO (*num.* 1581.) *Tom.* I. *pag.* 830. III. 764. De editione *Commentarii* huius doctoris Iudaici *in Eccleſiaſten et Pſalmos*, quam curauit

curauit *Iacobus de Mercado*, conferantur ea, quae *Wolfius* supra *Tom. I. pag. 605.* obseruauit, ubi quoque reperias ea, quae in supplementis meis ibidem adiecta sunt.

MOSES LEGIONENSIS (*num.* 1586.) *Tom. I. pag.* 832. III. 769. Hunc Rabbinum omnino librum pro reprehensione Sadducaeorum scripsisse, praeter alios obseruauit *Reimmanus Introduct. in Historiam Theologiae Iudaicae* pag. 505. Hinc commentum *Wolfii* est, quod *Tom. I. Bibliothecae* suae *hebr.* asserat, de scriptis eiusdem nihil omnino certi definiri posse. Verum ipse *Wolfius Tom. III. pag.* 769. hoc commentum reuocat, et imperfectam suam de scriptis huius doctoris Iudaei, quae *Tomo I.* exstat, relationem supplet, unde ego labore eum hic supplendi libentissime supersedere potero.

MOSES MAIMONIDES (*num.* 1594.) *Tom. I. pag.* 836. *sequ.* III. 771. *sequ.* IV. 913. *sequ.* Cum *Wolfius* noster in enarranda vita huius doctoris et scriptoris quondam eruditissimi satis copiose et accurate versatus sit, meorum partium esse duxi, priusquam ad literarias doctorum virorum de scriptis eius obseruationes transiero, aliquid de variis doctorum virorum de hoc Iudaeorum praeceptore communi iudiciis adferre. Huc pertinet elogium *Richardi Simonii Histor. critiqu. du V. T. pag. m.* 609. *edit. original. Gallic.* ubi scribit de eodem: „Est celui de tous les „Iuifs, qui se soit acquis le plus de reputation tant parmi ceux de sa Religion, que parmi les Chrestiens.„ *Spencerus* in opere suo *de legibus Hebraeorum ritualibus. Lib.* II. *cap.* XI. *sect.* I. *pag.* 346. inter alia de *Maimonide* hoc testimonium perhibet: „Maimonidis coniecturae plus salis habent pleraeque, quam aliorum Iudae„orum, circa legum causas insipide delirantium.„ Plura encomia et elogia eius eidem a *Crenio, Casaubono* aliisque tributa silentio hic omnino praetermittenda sunt, ne lectoribus meis taedium crearem. Interim, qui ea legere cupit, conferat *Cresii Dissertationes exegeticas, Fascic.* I. *pag.* 303. eiusque *Analecta. pag.* 104. *Iohannem Drusium* in *Notis in librum suum de nomine tetragrammato cap.* 1. *Biblior. Criticor. Anglicanor. Tom.* VI. *fol.* 1171. *Eduard. Pocockium* in *Praefatione* suae sic dictae *Portae Mosis* et *Christianum Ludouicum Schlichterum* tum in *Orationi* sua *de quatuor rebus Salomonaeis intellectu difficillimis pag.* 2. in *annotationibus*, tum quoque in *Symbolis litterariis Bremensibus. Tom.* I. *Part.* II. *pag.* 73. Non possum hic silentio praeterire testimonium, quo condecorauit *Maimonidem* nostrum *Iohannes Frischmuthius* in *dissertatione de Angelo foederis. Cap.* I. §. 20. Obseruat ibidem, *Maimonidem* saepius in explicatione vaticiniorum Veteris Testamenti consentire cum sententiis Christianorum interpretum, et eundem memorata haec vaticinia iuxta normam analogiae fidei Christianae interpretatum fuisse, unde etiam sibi quosdam ex Iudaeis inuisos reddiderit, qui veritatis euangelicae radiis in scriptis Maimonidis obstrepere ausi sunt. Recentissimis temporibus nactus est hic ipse *Maimonides* acerrimum defensorem, clarissimum et doctissimum inter Italos scriptorem, *Blasium Vgolinum*, qui orbi erudito per splendidissimam editionem

tionem *Thesauri Antiquitatum sacrarum* merita sua in literaturam sacram et orientalem satis demonstrauit. Immitius iudicium, quod contra idem opus cum eruditis communicare ausus fuerat *Christianus Schoettgenius*, mouit *Vgolinum* defensionem suam qualemcunque edere in lucem publicam. Praestitit hoc in *Epistola* quadam *ad Christian. Bened. Michaelis*, Philologum Halensem, quae *Venetiis* 1748. in Quarto maiori est impressa et vndecim paginas constat. In eadem epistola simul omnem mouet lapidem, vt commentum *Schoettgenii*, quod *Moses Maimonides* sit coecus ductor et antesignanus in disquirendis priscae antiquitatis Iudaeorum ritibus, exploderet, vt fidem Maimonidis eiusmodi in rebus, quam memoratus *Schoettgenius* (vid. *Wolf.* Tom. IV. pag. 917.) et *Erdmannus Gothofredus Camentius* in peculiari *dissertatione de suspecta Maimonidis fide in Antiquitatibus Iudaicis*, quae prodiit *Wittebergae* 1716. 4. (Vid. *Wolf. Tom.* III. *p.* 779.) labefactare et penitus infringere ausi fuerant, defenderet, et vsum ac certitudinem scriptorum *Maimonidis*, speciatim libri eius praecipui *Iad chasaka* inscripti ab obiectionibus *Schoettgenii* aliorumque doctissimorum virorum vindicaret. Hinc totam *epistolam* memoratu dignissimam *Maimonidis* ipsius *ad R. Pinehasum filium Maschillam*, cuius etiam mentionem fecit ipse *Wolfius* noster *Tom.* I. *Biblioth. hebr. pag.* 854. hebraice et latine paginas quatuor comprehendentem *hebraice et latine* inseruit huic Epistolae, in qua *Maimonides* confirmat, sese nihil plane asseruisse in suo opere *Iad chasaka*, quod non ex scriptis antiquioribus, et ex fontibus quidem satis genuinis deriuauerit, licet eosdem haud semper nominauerit, et sese in animo habere editionem supplementorum huius operis. De quo scripto polemico Vgolinio b. *Baumgartenius Relation. de Bibliotheca Halensi Tom.* III. *Part.* 16. *pag.* 376. vbi eandem hanc epistolam recensuit, idem iudicat, quod, licet non omnia, quae asseruerit *Maimonides*, coeco assensu pro veris et indubitatis sint habenda, neque scripta eiusdem pro vnico et praecipuo fonte antiquitatis sacrae speciatim biblicae Iudaeorum agnoscenda fuerint, tamen vsus eximius scriptorum *Maimonidis*, speciatim operis clarissimi *Iad chasaka* haud prorsus negari queat, dummodo iisdem lector prudens vtatur adhibitis regulis certitudinis et veritatis ac probabilitatis historicae ac summam cautionem adhibeat, ne ea, quae fidem non merentur, pro veris accipiantur.

Interim quoque non defuerunt inter doctissimos viros, qui varia in eodem *Maimonide* eiusque scriptis carbone omnino digna esse censerent, variaque in eodem vituperarent. Huc referas, quod interdum nimis superstitioni populi sui inhaerent, licet credi possit, eundem propter eruditionis suae profunditatem a vitio tali immunem fore. Obseruauit tamen haec de eodem *Ioh Frischmuthius in diss. ad Iesa.* XI, 2. 3. *Cap.* I. §. 2. *Maimonidem* plura, quae in *Iad chasaka* de situ hircorum et sortibus veterum Iudaeorum memorauit, ex tractatu Talmudico *Ioma*, alia vero ex tractatu *Cholin* et *Chaldaicis* Veteris Testamenti *paraphrasibus* desumsisse, de eodem refert *Samuel Bochartus Hierozoic. Part.* I. *Lib.* II. *Cap.* 54. *pag.* 655.

Part. II. lib. II. cap. 33. pag. 355. edit. Francof. vnde non immerito a *Schlichtero Symbol. literar. Bremenſ. Tom. I. Part. II. pag. 73.* locus inter plagiarios eidem adſignatur, cum fontes ſuos, ex quibus iſta hauſerit, rarius quam par eſt, indicauerit. Haec et alia autem forte tanquam vitia ſubreptionis conſideranda et in tanto viro, a quo nihil humani alienum eſſe poterat, excuſanda, ſed alia vitia eaque multo grauiora dantur, quae eidem a literatiſſimis viris exprobrantur. Huc referas imprimis errorem *Atheiſmi*, a quo non erit liberandus, ſi ea, quae *Reimmannus* tum in *Hiſtoria Atheiſmi et Atheorum. Sect. I. Cap. II. §. 14 pag. 47.* tum in *Introductione in Hiſtoriam Theologiae Iudaicae. pag. 605. ſequ.* obſeruat, veritatis fundamento niterentur. Saltem luculenta Atheiſmi ſui veſtigia, quod vix negari poteſt, exſtare videntur in eius *Morehneuochim Part. I. Cap. 59. pag. 99. Cap. 60. p. 104. verſionis latinae Buxtorf.* quo in loco nil niſi dubitationem in doctrina de propriis attributis divinis admittere et omnem exiſtentiam ſupremi numinis negare videtur, quo ipſo autem Atheiſmi notam omnino meretur.

Tom. I. pag. 838. ſequ. III. 773. Porta Moſis Polorkii) De quo opere ſequentia tradidit *Reimannus in Catalogo Bibliothec. ſyſtematico-critico. pag. 909.* „Praefationes aliquot a R. Moſe Maimonide ſuis in Commentariis in varias Talmudici textus partes praemiſſas continet, quae Portae dicuntur, quia ad Iudaeorum diſciplinam viam aperiunt aditum. Et vel hoc nomine habendae ſunt in deliciis, „quia arabice et latine a Pocockio ſunt editae, cum hoc idiomate nihil adhuc de „illuſtri hoc auctore typis ſit exſcriptum, licet Arabicus textus huius operis ſit „auctheuticus. In notis miſcellaneis non Moſis, ſed varia ſcripturae ſacrae loca „ita explicantur, ut dubium ſit, an Pocockius hoc ipſo labore plus lucis dederit, quam acceperit.„

Tom. I. pag. 839. ad lin. 3. Inſcribitur haec editio a *Iacobo Mantino* curata, quam *b. Wolfius* hic memorat, ſequenti titulo: „Praefatio Rabbi Moſis Maimonidis Cordubenſis, Hebraeorum doctiſſimi in editionem moralem ſeniorum Maſ„ſecheth Abhoth apud Hebraeos nuncupatam, quae octo complectitur capita. In„terprete eximio Artium et Medicinae Doctore M. Iacobo Mantino. Impreſſum hoc opus eſt Bononiae in aedibus Hieronymi de Benedictis, bibliopolae Bononienſis, Clemente VII. Pontifice maximo gubernante Anno Domini 1526. menſe Iunio et complectitur quinque plagulas in Quarto.

Num. 2. ſcriptorum Maimonidis, Tom. I. pag. 839. ſequ. III. 774. IV. 914. Iad chaſaka) Huius librum doctiſſimum data opera et accurate deſcripſit *Buxtorfius in Bibliotheca rabbinica pag. 345. 349. edit. Herbornenſ.* Etiam *b. Wolfius* noſter in deſcribendo et recenſendo hoc opere tum quoad eius praecipua contenta, tum quoad editiones tum totius operis tum ſingularum eiusdem partium ſedulo fuit occupatus. Fuerunt tamen, quae diligentiam eius effugerunt, quae in hiſce qualibuscunque meis ſupplementis hinc atque inde adiiciam. Continet *Pars. I. liber* 1. huius operis tractatum *de fundamentis legis*, quem cum verſione latina et notis

iuncto textu hebraico edidit *Guilielm. Vorſtius.* Conſtat haec editio plagulis nouemdecim et ſemiplagula. Vberiorem huius tractatus et editionis deſcriptionem exhibuit *Fabricius* in *Hiſtoria Bibliothecae Fabricianae, Tom. V. pag.* 337.

Lib. I. *cap.* 2. continentur *Canones ethici*, qui ſeptem capita comprehendunt, quorum argumentum diligenter recenſent *Reimmannus* in *Introductione in Hiſtoriam Theologiae Iudaicae pag.* 191. et *Fabricius. loco citato.* pag. 338. qui poſterior etiam de *Gentiana verſione latina* nonnulla adduxit.

Part. I. *Lib.* I. *num.* 4. *de Idololatria*) *Voſſianae* editionis, quam hic *Tom.* I. pag. 841. memorat *Wolfius* noſter, notitiam exhibuit *Fabricius* loco memorato *pag.* 339. ſequ. Nonnulla, quae in adiectis huic editioni annotationibus, fuerint corrigenda, diligenter obſeruauit *Paulus Theodorus Carpzouius* in *Animaduerſionibus ſuis philologico-critico-ſacris pag.* 58. 60.

Cap. V. *de poenitentia.* De editione huius tractatus *Clauringiana* plenius conſulas *Fabricium* loco citato. *Tom.* IV. *pag.* 491.

Part. I. *Lib.* II. *cap.* 3. *de phylacteriis*) De ſcripto *Baſnagianii* [illegible] numero a *Wolfio* adlato conferas *Fabricium* loco memorato. *Tom. V. p.* 1. *ſeq.*

Lib. III. *cap.* 7. *de ſicliſ*) Hunc *Maimonidis* tractatum vna cum alio, qui inſcribitur *de oblationibus victimarum et panum*, qui alias in ipſo opere *Iad chozaka Parte* III. *Lib.* VIII. *cap.* 5. referente *Wolfio* noſtro *Tom.* I. *pag.* 845. exſtat, edere in animo habuit b. *Theodorus Daſſouius*, vti ſaltem refert *Io. Albert. Fabricius* in *Bibliograph. antiquar. pag.* 14. *edit. Schaffhauſen.* Codex manuſcriptus huius editionis *Daſſouianae* aſſeruatur, referente quodam docto viro in *Miſcellaneis Hamburgenſibus de rebus eruditis ad annum* 1736. *pag.* 566. in *bibliotheca publica Academiae Wittebergenſis*, et titulus eius, ex quo de praeſtantia huius laboris *Daſſouii* iudicari poteſt, ſequentis eſt tenoris: *Moſis Maimonidis tituli duo ſilicet de oblationibus victimarum et panum et de ſiclis latine enunciati, cum verſione ſcholiorum Ioſephi Karonis* et *Abrahami ben Dauid*, ubi ſimul *Ludouici Compiegne de Veil* verſio tituli prioris involuta et textu ipſo interdum obſcuriori emendatur.

Lib. III. *cap.* 8. *de conſecratione nouilunii*) Hunc tractatum *Maimonidis* in Anglia quoque in latinum ſermonem traductum fuiſſe, teſtatur b. *Danzius* in editione eiusdem, quae diſputationis academicae forma, prodiit.

Lib. IV. *cap.* 1. *de maritatione* ſeu *de Coniugio*) Editionem capitis decimi huius Tractatus elegantiſſimam verſione latina et doctiſſimis adnotationibus inſtructam publici iuris fecit ſumme venerabilis *D. Hirtius.* Prodiit eadem ſequenti titulo: *Rabbi Moſis Ben Maimon* Tractatus de Matrimonio Ebraeorum caput decimum, in quo agitur de copulatione, benedictione nuptiali, contractu matrimoniali et tempore nuptiarum commodo. Verſionem latinam, puncta vocalia et accentus nec non Adnotationes quasdam adiecit — *I. Frideric. Hirtius.* Lipſiae 1846. 4., qui libellus ſex plagulis conſtat.

Lib.

Lib. VII. *cap.* 7. Adiecta est editio *Io. Henrici Maii* filii eiusdem dissertationi *de Iure anni septimi.*

Lib. VIII. *cap.* 5. vide supplementa nostra ad *Lib.* III. *cap.* 7.

Ibid. cap. 8. *de sacrificiis in festo expiationis offerendis)* Praeter ea, quae *Wolfius* de editionibus huius tractatus attulit, obseruari meretur, quod versio latina eiusdem et diuersi ab eo scripti *Maimonidae* similiter agens de solemnitate expiationis legatur in *Thomae Crenii Opusculis ad Philologiam et Historiam sacram spectantibus. Fascic.* VII. pag. 651. 819 sequ. Vid. *Fabricii Bibliograph. antiquar. cap.* X. *pag. m.* 436. *edit. recentiss. Schaffshausen.*

Lib. X. *cap.* 2. *de vacca rufa*). Ex sententia quorundam literatissimorum virorum *b. Theodor. Dassouius* huius tractatus *Maimonidae* excerpta manu scripta reliquit, quae vero in *indite scriptorum eiusdem ineditorum ex notis literariis mariis Balthici Fabricii Bibliographiae antiquar. p.m.* 14. inserto frustra quaeruntur. Hinc alii de hoc scripto *Dassouiano* eiusque existentia merito dubitandum esse censuerunt, vnde profecto Autores *bibliothecae mixtae Hamburgensis. Tom.* I. *Part.* IV. *pag.* 703. eruditis viris proposuerunt hanc quaestionem discutiendam, an *Dassouius* ediderit vel ineditam reliquerit dissertationem de vacca rufa, cuius resolutionem in eadem *Bibliotheca* non reperiri miror. Recentiori tempore *I. G. W. Dunckelius* in *Rathlefii* libro germanico *der Theolog* inscripto *ad annum* 1754. *pag.* 379. affirmat, *Dassouium* vere tractatum ineditum de vacca rufa reliquisse, qui excerpta ex hoc Maimonidis tractatu contineat, vnde quoque Manuscriptum hoc sequenti inscriptione sit instructum: *De vacca rufa, ex Rabbi Maimonide dictata ab excellentissimo Domino Theodor. Dassouio P. P.* Constat hoc scriptum eodem obseruante quindecim capitibus, quorum argumentum ibidem narratur. Ibidem refert, habitas esse has praelectiones a *Dassouio Wittebergae.* Interim alius doctissimus vir, *Otto Ludouicus Koenigsmannus* in eodem *Theologo de anno* 1755. hunc foetum *Dassouii* ineditum ad curas eiusdem *Rendsburgenses* refert, quas quidem *Wittebergae* inceperit, plenius vero *Rendsburgi* perlustrauerit, et plurimis adnotationibus doctissimis locupletauerit.

Lib. XIV. *cap.* 4. *de luctu.*) Caput hoc latine transtulit b. *Martinus Geierus* et hanc latinam versionem edidit *Lipsiae* 1666. 12. quae versio postea *Opusculis* eiusdem *philologicis*, quae *Francofurti ad Moenum* 1691. 8. prodierunt, inserta sunt. Vid. ibidem pag. 280.

Editiones huius operis, quod spectat, de iisdem *Wolfius* noster *Bibliothec. hebr. Tom.* I. *pag.* 841. *sq.* agit. Editiones singulas numeris certis distinxit, quorum nonnullis supplementa quaedam adiungam.

Tom. I. *pag.* 811) Asserait quondam doctissimus Philologus Hamburgensis, *Elieser Edzardi*, *Venetam* editionem *Maimonidis* antiquiorem meliorem esse quam recentiorem, in qua non pauca sint in *Iad chasaka* hinc atque inde omissa. Iudicium hoc eiusdem idem aperuit *Iohanni Iacobo Thurmio* Augustano, qui illud in

diario ſuo itineris literarii Germano-Belgici apud *Io. Georg. Schelhornium Amoenitat. literar. Tom.* XI. *pag.* 284, publice expoſuit.

Tom. I. pag. 852. lin. 2. ad verba: *R. Abraham fil. Dauid*) qui iudice *Seldeno de Synedriis veterum Hebraeorum Lib.* I. *cap.* 2. *pag.* 7. ſaepius ſe *Maimonidi* iniquiorem, quam par fuit, praebuit.

Ibid. lin. 3. ad verba: *de quibus vide ſupra ſuo loco*) Vide ſupra *Wolf. Bibl. hebr. Tom.* I. *num.* 70. *pag.* 46. 1.

Ad *num.* 4. De *codice* quodam *Manuſcripto* cum hac editione operis *Iad chaſaka Veneta*, quam *Wolfius* hoc numero recenſuit, collato, qui Partem ſecundam integram et Partis tertiae librum primum complectitur, et ad Bibliothecam *Hieronymi Wilhelmi Ebneri Norimbergenſis* pertinuit, uberius verba fecit celeberrimus Altorfenſium Philologus, *Io. Andreas Michael Nagelius* in *diſſert. de tribus codicibus Manuſcriptis hebraicis. Altorfi* 1749. edita, de qua conferas die *Hamburg. Berichte von gelehrten Sachen ad annum* 1750. *Scid.* 14. *pag.* 105. *ſequ.*

Ad *num.* 5. *Venet.* C. 1574-1576.] Excuſa eſt haec editio apud *Iohannem de Gara.*

Ad *num.* 5. et 6. ſimul:) Inter editiones operis *Iad chaſaka Venetam* et *Amſtelodamenſem* accuratas appellat *Io. Iacob Quandtius* in *diſſertat. de Sagan*, membro penultimo circa finem. Quod iudicium veriſſimum eſſe, variis exemplis liquido comprobauit *Io. Henricus Majus filius* in *notis ad Hilcoth ſchemitha* et in *praefatione*, quae hic omnino erit conferenda.

Ad *num.* 6. ad verba *Wolfii lin.* 6. huius numeri: *Ceſeph Miſne*) Opus eſt *R. Ioſeph Karo*, quod Supplementum et continuationem *Maggid Miſchne*, tractatus, quem *Wolfius* in praecedente numero adduxit, continet. Haec b. *Tympius* ſuo exemplari bibliothecae Wolfianae ad marginem adſcripſit. Caeterum haec ipſa editio, quae *Amſtelodami* officinae *Athiaae* typis quoad maximam partem eſt excuſa, et caeteris non ſolum correctior, ſed et multo auctior eſt, addito tractatu Ceſephi Miſchne et *Maggid Miſchne*, inſuper *R. Iom Tobh commentario Migdal os* et altero quodam Haggahoth inſcripto, id quod etiam obſeruauit *Iuſt. Chriſt. Dithmar* in *praefatione ad verſionem latinam et notas in Hilcoth Schabuoth.*

Tom. I. *pag.* 853. *lin.* 1. Editionem operis *Iad chaſaka Sanctuatenſem* de anno Chriſti 1490. cuius *Wolfius* noſter hic mentionem fecit uberius deſcripſit *Iohannes Bernhardus Deroſſi* in *diſquiſitione* ſua *de hebraicae typographiae origine et primitiis. Cap.* V. §. 11. *pag.* 50. *ſequ. edit. Huffnagel.* ubi inter alia de eadem obſeruauit, eandem 367. folia complecti et characterе quadrato ſatis diſtincto impreſſam eſſe.

Aliam idem vir doctus obſeruat editionem, quae in folio maiori duobus voluminibus ſine mentione loci et anni impreſſionis et ſine indicio paginarum prodiit; in *libro memorato Cap.* VII. §. 11. pag. 89. ſeqq. Impreſſa eſt ſine commentariis, unde a *Conſtantinopolitana*, quam *Wolfius* pag. 851. et alii citarunt, probe

be erit distinguenda. Interim ex conditione chartae et eiusdem charactere satis impolito coniicit *Derossi*, eandem ad Saeculum decimum et quintum referendam esse. Volumen secundum, quod ex coniectura eius inscriptione caret, in suo exemplari mancum est atque imperfectum, unde annus et locus impressionis huius editionis minus certe definiri potest.

Pluribus conferantur de hoc opere, egregio literaturae Iudaicae monumento *Pocockius* in *Porta Mosis. pag.* 343. seq. *Wagenseilius in Sota. pag.* 345. *sequ. Dassouius* in *programmate in laudem Maimonidis*, et *Henr. Iacob. van Bashuysen Obseruat. sacrar. Lib.* I. *in praefatione.*

Num. 3. *Tom.* I. *pag.* 855. *sequ.* III. 779. IV. 917. *Moreh neuochim*) Propter hunc librum ipse auctor *Maimonides* appellatur a Rabbinis *Raf moreh.* Vid. *Abarbanel Comment. in prophetas priores fol.* 89. *col.* 2. *lin.* 9. *in fine*, et eiusd. *Praefat. in Iosuam. fol.* 1. *col.* 4. *lin.* 2. fin. De lite propter hoc scriptum *Maimonidi* mota conferas *Richard. Simonium* in *Supplementis ad Leonem Mutinensem. pag.* 12. *Editiones* huius libri quod attinet, antiquissima editio, cuius *Wolfius Tom.* I. *pag.* 856. et III. 780. mentionem fecit, est in folio minore, quod ipse *Wolfius* posteriori in loco asseruit. Vberius eandem descripsit *Iohannes Bernhardus Derossi* in *disquisitione de hebraicae typographiae origine et primitiis. Cap.* VII. §. 1. *pag.* 75. *sequ.* Hic vir doctus coniecturam *Wolfii*, quod *Thessalonicae* impressa sit, pro improbanda declarat. Neque certiori fundamento nititur assertum doctissimi Galli *Prosperi Marchand* in Opere suo Gallico *Histoire de l' origine de l' Imprimerie*, *num.* XXI. *pag.* 72. prolatum hanc editionem vere finitam esse *Thessalonicae* anno 1479. Interim persuasum sibi habet laudatus *Derossi*, hanc editionem merito vocari antiquissimam, et ad tempora annum C. 1480. praecedentia referendam, licet *Wolfius* in exprimendo impressionis loco errauerit. Vid. idem *l. cit. Cap.* VIII. §. 7. *pag.* 97.

Plura, quae ad historiam literariam huius scripti spectant, et quae praecipue controuersiam inter eruditos de eodem agitatam et systematis philosophici principia, quae in eodem proposuit, concernunt, legi possunt apud *Buddeum* in *Introduct. in historiam philosoph. Ebraeorum pag.* 155. 166. Caeterum iudicia, quae eruditi de hoc *Maimonidis* labore in medium attulerunt, diuersi sunt generis. Alii enim eundem summis laudibus extollunt, quo referendus est imprimis *Petrus Daniel Huetius*, qui in *Demonstratione sua euangelica. Propos.* VII. §. X. *pag. m.* 571. Sequentia de eodem perhibet: „Ex hoc libro multa ad complures „Scripturae Sacrae nodos soluendos subsidia comparari possunt„. Alii vero eundem in hoc libro nonnunquam intolerandas protulisse nugas monuerunt, quod imprimis fecerunt *Hermannus Witsius* et *Io. Buxtorfius*. Vid. huius *Catalecta philolog. theologica. pag.* 37. *sequ. num.* 37. Hic conferenda erit omnino b. D. *Erhard. Andr. Frommanni* elegantissima *dissertatio*, *qua philosophemata nonnulla R. Mosis Maimo-*

nidis in hoc libro prolata cum recentiorum quorundam sententi[illegible], quae *Altorfi* 1745. prodiit.

Insuper obserues de hoc libro, nouissimam eiusdem editionem prodiisse *Iesnitii Anhalt.* 1742. *apud R. Israel Abraham in folio*, quae comprehendit 1. Alphab. plagul. 9, seu paginas 127. Vid. *Ephemerid. Lipsiens.* de anno eodem.

Num. 7. *Tom.* I. 861. IV. 918. *Epistola* haec *Maimonidis* prodiit etiam sub titulo: אגרת על גזרות הכוכבים, *Maimonidis epistola de Astrologia*, cum latina versione *R. Isaaci Leuitae* 8. Vid. *Buxtorf. Catalog. libror. Iudaicorum pag.* 5.

Num. 11. Vid. supra notata ad *pag.* 841. *de Canonibus ethicis.*

Num. 12. *Tom.* I. *pag.* 863. III. 788. IV. 919. De *Aphorismis* eius *medicis* videatur etiam *Wolfius* noster infra *Tom.* I. *pag.* 866. *num.* 25. *pag.* 895. *num.* 1651. Editionis eorundem *Bononiensis*, quae prodiit *Bononiae* 1489. quoque mentionem fecit *Cornelius a Beughem* in *Tractatu* suo *de Incunabulis Typographiae pag.* 89. qui in eo solummodo a *Wolfio* discessit, quod hanc ipsam editionem in *Quarto* prodiisse tradiderit. Idem quoque affirmat, eundem librum una cum *Rhazis* variis *medicis opusculis Venetiis* anno 1497. in lucem publicam prodiisse.

Num. 28. *Tom.* I. *pag.* 866. 867. III. 790. *Editionem hebraeo-latinam tredecim fidei articulorum*, quos conscripsit Maimonides, cui *Sebastianus Munsterus* editor eiusdem *epitomen historiarum Iosephi* adiecit, quam *Wolfius* hic memorat, uberius descripsit vir doctus anonymus in dem *Alten aus allen Theilen der Geschichte*, quod *Chemnitii* prodiit, *Tom.* II. *Part.* VII. *pag.* 105. *sequ. Latinam* eius *versionem* prodire fecit *I. G. Scholl*, cui b. *D. Christoph. Matth. Pfaffius* memoratu dignam praemisit praefationem. Vid. *Miscellanea Duisburgensia. Tom.* I. *Fascic.* II. *pag.* 337. Germanice versi exstant hi articuli in *Christian. Gersons Inhalt und Widerlegung des Iüdischen Talmuds. Part.* I. *cap.* V. *pag.* 28. sequ. *Io. Christoph. Georg. Bodenschatzens kirchlicher Verfassung der heutigen Iuden. Part.* III. pag. 3. sequ. et. *b. Parentis* mei *Abriss aller Religionen. Cap.* III. *Sect.* II. *pag.* 108. Inter eos, qui suo calculo approbaverunt hunc *Maimonidis* laborem imprimis nominari meretur *Rabbi Dauid Vital* in *Aureolo Dauidis.* Caeterum de hoc libro praeter scriptores a Wolfio memoratos conferendi sunt *Io. Henric. Hottingerus Thesaur. philologic. Lib.* I. *Cap.* II. *Sect.* 1. *pag.* 79. *Io. Hoornbeek. de conuertendis et convincendis Iudaeis. Lib.* I. *cap.* III. *pag.* 110. *seq. Io. Henr. Wolfius* in editione *Aureoli Dauidis R. Dauidis Vital*, et b. *Parens* in der *catechetischen Geschichte der Waldenser, Iuden und anderer Religionspartheyen. Cap.* IX. §. 2. *pg* 320. 324. Vid. quoque *Acta erudit. Lipsiens. germanic. Part.* CXV. *pag.* 468. 474.

MOSES PROPHETA (*num.* 1611.) *Tom.* I. *pag.* 874. *lin.* 6, a fine paginae ad verba *Wolfii: in* ipso contextu paraphrasis *Ionathanis* addatur: *fol.* 11. *col.* 3. *lin.* 22. *editionis Berolinensis.*

MOSES

MOSES NACHMANIDES (*num.* 1612.) *Tom.* I. *pag.* 877. lin. 19. ad verba *Wolfii*: *praeter eam Ulyssiponensem*) Vid. *Wolf. Tom.* IV. *p.* 920. et supplementa mea ibidem adferenda.

Ibid. lin. 22. ad verba: *etiam legitur*) praeter textum hebraeum et Targum Onkelosi.

Ibid. lin. 23. ante vocem *Haphtharoth Wolfii* inseratur: cum chamesch Megilleth et commentario *Raschii* in illa, nec non Haphtharoth cet.

Tom. I. *pag.* 877. III. 796. IV. 920. num. 7. Praeter editiones huius *Commentarii* a Wolfio memoratas *Io. Bernhardus Derossi* in *disquisitione de hebraicae typographiae origine et primitiis cap.* VII. §. 7. *pag. m.* 86. *ed. Hufnagel.* obseruauit antiquissimam eius editionem, quam praetermiserunt *Bartoloccius*, *Wolfius* et alii. Constat eadem paginis 241. in folio. In exemplari, quod ad manus istius doctissimi viri fuit, paginae tres vltimae penna descriptae sunt. Servatur in ea quoque antiquus character literarum quadratus.

Tom. I. *pag.* 880. *lin.* 5. *a fine paginae*) *Schaar haggemul*) incipit a folio 89. col. 1. circa finem. Plura de editione *Ferrariensi* hic a *Wolfio* memorata obseruauit *Derossi* in *Comment. de Typogr. ebr. Ferrar. Cap.* III. *p.* 40.

MOSES PETACHIAS (*num.* 1635.) Tom. I. pag. 888. De itinerario mundi huius Rabbini conferatur *Wolfius* infra sub articulo *Petachia Ratisbonensis pag.* 996. *num.* 1859. et *Schelhornius Amoenitat. literar. Tom.* III. *pag.* 87.

MOSES CORDUERO (*num.* 1642.) *Tom.* I. *pag.* 890. Hunc doctorem Iudaicum *floruisse Saphetae in Galilaea inferiore* hoc loco scripsit b. *Wolfius*. Error negligentiae est in his verbis, quae emendanda sunt ex iis; quae *Tom.* III. *pag.* 808. perhibet, quo in loco eundem *Archisynagogum Saphetanum in Galilaea superiore* appellat, et hinc seipsum emendat. Vid. quoque supra *Tom.* I. *pag.* 184. *num.* 305. et *pag.* 808. *num.* 1523. Posterius, quod hic ipse doctor Iudaicae gentis *Saphetae*, in vrbe Galilaeae superioris haud ignobili docuerit, memorat etiam *Bartoloccius* teste *Reimanno Introduct. in historiam Theolog. Iudaic. pag.* 431. *not.* Idem monendum esse ad *pag.* 1042. vbi *Wolfius* in similem errorem incidit, obseruat *Reimannus pag.* 434. not. Alio in loco, nempe *Tom.* I. *pag.* 815. appellauit *Wolfius* vrbem hanc *Zaphet*, quod vocabulum a *Saphet* non est diuersum. Ibidem extitisse typographiam celebratissimam Iudaicam, obseruauit *Wolfius* noster *Bibliothec. hebr. Tom.* II. *pag.* 961. seq. vbi varia de situ huius loci, de quo haud vnam sententiam fouent docti viri, memorantur, ad quem locum conferas supplementa mea.

Tom. I. *pag.* 890. num. 2. ad verba *Wolfii*: *Or neerebh* suo exemplari sequentia adscripsit *b. Danzius*: Auctor ipse in titulo explicat per מָתוֹק dulce, et in praefatione huius tractatus בצוף ה׳דברים נערב לכל פה, quae vrgent sensum dulcedinis, non vesperae. Vnde merito exprimitur *dulcescens*.

MOSES

MOSES KIMCHI (*num.* 1645.) *Tom.* I. *pag.* 893. *lin.* 14. ad verba *Wolfii*: Recusa est ibidem apud *Henric. Petri*) addatur titulus sequens huius editionis: סֵפֶר רְקוּחִים וְתִבּוּר *cum Commentario Eliae Leuitae Germani* 8. et complectitur plagulas tredecim.

MOSES ROPHE (*num.* 1651.) *lin.* 4. *prodierant Basil.* 1579. 8.) ex officina *Henrici Petri*, et complectuntur 2 Alphab. 16. plag.

Ibid. lin. 5. *Hic est R. Mosis Maimonides*) Sed huic *Wolfii* nostri silentio obstat, quod auctor in praefatione huius editionis *Basileensis* appelletur *Arabs Cordubensis*, dicaturque *Galeno* paulo inferioris aetatis fuisse, id quod in *Mosen Maimonidem* haud quadrare videtur.

MATATHIAS (*num.* 1677.) *Tom.* I. *pag.* 903. De eius *Mizrachon* conferenda sunt supplementa mea *ad Tom.* I. *pag.* 734. *num.* 1364. ubi inter alia mentio facta est, *Wilhelmum Schikardum* nouam huius libri editionem in animo habuisse. Idem opus edere voluit *Constantinus Lempereurius*, quod obseruauit *Carpzouius* in *annotationibus ad Schickardi Ius regium Hebraeorum pag.* 464. *not.* i. sed eadem hunc cum *Schickardo* fata manserunt, notante eodem *Carpzouio*.

J.

R. NECHONIA *fil.* HANA (*num.* 1687.) *Tom.* I. *pag.* 905. *sequ.* III. 825.) *Liber Bahir*. Hunc librum *Buxtorfius Biblioth. rabbin. pag.* 319. *edit. Basileens. pag.* 45. *edit. Herbornens.* appellat librum antiquissimum de profunda Cabbala et mysteriis nominum diuinorum conscriptum. De antiquitate huius libri varia erudite proferuntur ab Auctore anonymo in *Bibliotheca noua orbis eruditi. Tom.* II. *Part.* 15. *pag.* 209. Antiquitas huius libri partim ex eo probatur, quod auctor eius fuerit *R. Nechonias*, quem vixisse triginta aut quadraginta annos ante Christum natum, partim quod eius in Talmude nulla facta sit mentio. Contra haec duo argumenta varia ibidem monentur, ex quibus hic tantum illud adfero, quod omnia, quae de aetate *Nechoniae* definiri possunt, meris innitantur traditionibus satis incertis. Hinc antiquitas huius libri, qua ex sententia quorundam superat libros *Sohar* et *Jezirah*, infirmo satis nititur fundamento. Ex Chaldaico idiomate hunc librum in latinum transtulit, quod obseruauit *Ittigius* in dissertat. de *Guil. Postello eiusque scriptis*. §. 24. Vid. eiusd. *Opuscula varia* peg. 278. Plura, quae ad historiam libri huius Cabbalistici spectant, in medium adduxerunt *Buddeus* in *Introduct. in Historiam philosoph. Ebraeorum pag.* m. 142. sequ. et *Gabriel Groddekius* in *Hexecontade Pseudonymorum hebraicorum num.* V. apud *Wolfium* nostrum *Tom.* IV. *Bibl. hebr. pag.* 1008.

Tom. I. *pag.* 906. *lin.* 3. a fine paginae ad verba Wolfii: *in calce quoque* haec adiecit b. *Danzius* in suo exemplari Bibliothecae Wolfianae: *fol.* 10. *col.* 4. *lin.* 34. 35 *p.* 936. ad 14) אוֹרוֹת hunc composuisse obseruauit *Aben Ezra ad Exod.* XX. quibus ostenderit, Decalogum omnia in vniuersum praecepta continere.

NI-

NICOLAUS DE LYRA seu *Lyranus* (*num.* 1697.) *Tom.* I. *p.* 912. III. 839. IV. 930. Hunc falso inter Iudaeos referri haud obscure affirmat *Wolfius*, qua in sententia eidem assensum praebuit quoque *Theophilus Sincerus* in *Relationibus germanicis de libris antiquis et rarioribus. Tom.* I. *Part.* 5. *pag.* 260. licet plerique eruditorum aliter hac de re sentiant.

Scriptis eiusdem hic a *Wolfio* nostro commemoratis duo prae reliquis memoratu digna adiungi merentur. Vnum est opus eius in Scripturam sacram, quod titulum habet: *Postilla perpetua, siue breuia commentaria in Biblia. Reimannus* in *Catalogo Bibliothecae theol. hist. crit. pag.* 280. eiusdem operis mentionem fecit atque editionem eius satis antiquam *Naribergae quatuor* Tomis in *folio* prodiisse testatus est. Alia editio antiqua ibidem anno 1497. apud *Antonium Koburgerum* edita memoratur et uberius recensetur a *Theophilo Sincero* loco paulo ante citato *pag.* 259. 268. Exstat quoque in bibliotheca publica senatus Norimbergensis exemplar Commentarii eiusdem in Pentateuchum Mosis, quod *Sincerus* citato loco *pag.* 263. sequ. plenius descripsit. Plura de religione Lyrani et quae ad literariam historiam huius scripti pertinent, in medium adduxerunt b. *Io. Francisc. Buddeus Isagog. in Theolog. vniuers. historic. theolog. pag.* 1430. *seq.* et b. *Io. Georg. Walchius Bibl. theol. Tom.* IV. *pag.* 396. sequ. Alterum scriptum *Lyrani*, quod mentionem hic meretur, cum etiam ad interpretationem codicis sacri multum faciat, inscribitur: Tractatus *de differentia nostrae translationis ab hebraica litera in Veteri Testamento.* Scriptum est ab auctore anno 1333. et *Rothomagi* in Octauo in ipsis fere Typographiae incunabulis impressum. Hinc raritas eiusdem pater, quam testatus est *Vogtius* in *Catal. libr. rarior. pag. m.* 425. Caeterum plura de hoc Lyrano et omnibus fere eius scriptis legi queunt in *Fabricii Bibliotheca mediae et infimae Latinitatis. Lib.* XIII. *pag.* 348. 362.

NISSIM *fil.* IACOB (*num.* 1704.) pag. 915. Inscriptionem libri eius a *Wolfio* minus recte transferri: *compositio pulchrior salute*, obseruauit *Deroſſi* in *Comment. de typographia Ferrarienſi. Cap.* III. pag. 47. cum Mem ibi praefixum non comparationem, sed potius argumentum designet. Insuper ibidem de editione *Ferrarienſi* a *Wolfio* memorata obseruat, eandem charactere quadrato impressam esse et foliis 48. constare.

NAPHTALI HIRTZ, vel potius Hirsch (*num.* 1713.) *Tom.* I. *pag.* 918. Pro numero editionis anni 1713. scripti *Natibh hajaschar* ponatur numerus anni 1712. ex emendatione ipsius *Wolfii Tom.* III. *pag.* 844. Plura de hoc scripto obseruauit Autor quidam doctus in *noua Bibliotheca librorum eruditi orbis. Tom.* II. *Part.* 16. *pag.* 299. ex qua descriptione constat, auctorem tunc temporis, cum hoc scriptum *Dyrenfurti* ederet, iam fuisse sexagenarium. Reperiuntur in censuris huic editioni praemissis varia encomia eius ob singularem, qua instructus fuerit auctor, hebraicae et Talmudicae dialecti notitiam. Librum ipse suis sumtibus imprimendum curauit auctor, et ipse, donec finita esset haec editio, Dyrenfurti

commoratus est. Nomen auctoris in inscriptione utriusque partis huius libri per transpositionem quandam literarum designatur.

NAPHTALI TREVES (*num.* 1719.) *Tom* I. *pag.* 919. *Ferrariae* 316. *C.* 1556. apud Abrahamum Vsque. Varia de hac editione memoratu digna attulit *Deroſſi* in *Comment. de typographia Ferrarienſi hebr.* Cap. III. p. m. 39. 40.

NATHAN *filius* IECHIEL (*num.* 1727.) *Tom.* I. *pag.* 921. *ſeqq.* III. 850. IV. 932. De lexico Talmudico eiusdem *Aruch* inscripto memorat *Wagenſeilius* in *Notitia librorum Rabbinicorum pag.* 28. *Buxtorfium* hoc opus vertisse. Cum vero nulla peculiaris versio eiusdem lucem viderit publicam, forte istud assertum ita accipiendum est, *Buxtorfium* in suo *maiori Lexico Talmudico* multa ex hoc libro desumsisse atque in usus suos convertisse. Ibidem obseruat *Wagenſeilius*, *Ludouicum Cappellum* aliquot a *R. Nathane* in hoc opere commissos errores obseruasse. Alibi hic auctor citatur sub nomine *Baal Aruch*. De eodem *Samuel Bochartus* in *Hierozoico* suo *Part.* I. *lib.* 1. *cap.* 45. *fol.* 509. *Part.* II. *lib.* 1. *cap.* 19. *fol.* 128. obseruat, multa eum, quae in hoc *Aruch* adferuntur, surrepuisse ex *Talmude* haud facta eiusdem mentione in locis surreptis, unde eundem *Christianus Ludouicus Schlichterus* in *Symbolis literariis Bremenſibus Tom.* I. *Part.* I. *pag.* 56. ad plagiarios literarios refert. Quodsi autem mihi iudicare licet, hoc vitium huic Iudaicae doctori Iudaico in conficiendo suo Lexico Aruch facile condonandum est, cum supponendum sit, eundem, priusquam manum suam operi huic Talmudico admoueret, diligenter et repetita vice legisse Talmudem, ubi quidem inter legendum permulta memoriae suae sese impressérint, quae postea etiam insciis suo labori immiscuerit, id quod potius grata mente ab eruditis recolendum est, quod Talmudis phrases ex Talmude ipso tanquam genuino fonte illustrauerit, quam vitio ei vertendum. Editiones *Aruch* quod attinet, doctissimus *Iohannes Bernhardus Deroſſi* in *Diſquiſitione de hebraicae typographiae origine et primitiis. Cap.* VII. §. 5. *pag. m.* 85. obseruat unam editionem eius satis antiquam, quae in folio sine mentione loci impressionis et anni editionis prodierit. Constat ea paginis 304. et character eius est quadratus, licet voces Talmudicae in ea paulo maiori charactere fuerint expressae. Compendium seu breuiorem epitomen huius *Aruch* a Iudaeo Germano quodam sub titulo, ערוך הקצור editam esse, in quo capita eiusdem Genius recensentur et varia obscura loca et phrases in *Aruch* occurrentes illustrantur, obseruat *Schlichterus* in loco citato. Caeterum de hoc Lexico Talmudico *Aruch* dicto conferendus erit omnino *Io. Druſius Obſeruat. ſacr. Lib.* XIII. *cap.* 2. et *Prouerbior. ſacror. Lib.* III. *Claſſ.* I. *num.* 32.

Tom. I. *pag.* 923. *lin.* 5. a fine paginae Wolfius editionem recensuit scripti *Schaare Zion*, quae prodiit *Deſſauiae* 456. Aliam insuper ad marginem exemplaris sui bibliothecae Wolfianae obseruauit b. *Tympius*, quae ibidem sine mentione anni vna cum *Pithron chalomoth* edita fuerit, quam extare in bibliotheca Danzicana testatum.

NATHAN SPIRA (*num.* 1735.) *Tom.* I. *pag.* 927. III. 855. *seq.* IV. 933. Auctor *supplementi indicis librorum Dyrenfurti editorum in Bibliotheca noua librorum orbis eruditi Tom.* II. *Part.* 14. *pag.* 99. eidem doctori Iudaico tribuit librum, cui titulus est praefixus מגלת עמוקות, librum a *Wolfio* nostro praetermissum. Prima vice hic tractatus publici iuris factus est *Cracouiae* a. C. 1636. et *R. Dauid filius Mosis*, Iudaeus Silesius, *Silzensis* adornauit commentationes in eundem. Exstat quoque censura Dyrenfurti excusa *R. Dauidis Oppenheimii fil. Abrahami* et *R. Gabrielis filii R. Iehudae*, in qua isti approbant harum commentationum editionem, et diris omnibus deuouent eos, qui Commentationes istas intra quindecim annos post primam earum editionem typis suis repetierint. Vid. *Bibliotheca* supra citata. Scriptum simile eodem sub titulo prodire fecit etiam Rabbi *Mosis Cohen.* Vid. *Wolf. Bibl. Tom.* I. *num.* 1583. *pag.* 831. *num.* 2.

ס.

SAADIAS GAON (*num.* 1753.) *Tom.* I. *pag.* 933. *num.* 2. Istud, quod *Wolfius* de reliquis grammaticis scriptis, quae praeter אגרון a *Wolfio* notata sunt num. 6. 8. hic obseruat, eadem non admodum methodice esse a *Saadia* conscripta, confirmat etiam *Richardus Simonius* in *Historia critica Veteris Testamenti*, *Lib.* III. *p. m.* 452. Praeter eadem alia quoque consignauit scripta eiusdem generis, quae vero, cum meliores Iudaeorum grammatici libri reperirentur, nunquam impressa, sed potius adhuc in Bibliothecis inter manu descriptos latentia, squalore et tenebris obducta sunt, eodem *Simonio* obseruante.

Num. 4. *Tom.* I. *pag.* 932. III. 859. (אמונות) Liber hic *Saadiae* ספר אמונות appellatur quoque ab *Elia Leuita* in *Sepher masoreth hamasoreth. Praefat. tertia pag.* 27. *lin.* 11. et in *Prologo carminis Saadiae* (vid. *Wolf. pag.* 935.) *pag.* 82. *lin.* 18. Editionem huius libri, quae *Wolfio* obseruante *Amstelodami* A. C. 1648. prodiit; tum quoad historiam tum quoad potiora eius argumenta vberius descripsit *b. Baumgartenius* in *Relationibus de Biblioth. Halensi. Tom.* II. *Part.* VII. *p.* 815. Typotheram huius editionis *Wolfius* appellat *Mosen ben Israel*, secundum inscriptionem autem libri huius a *Baumgartenio* descriptam vocatur *Iosephus ben Israel.* In gratiam lectorum meorum, quibus *b. Dassouii Diatribe de resurrectione mortuorum ex Iudaeorum sententia* (*Witteberg.* 1675. 4.) non est ad manus, hic obseruandum est, in hoc tractatu plurima loca sectionis septimae huius tractatus *Saadiae*, quae de resurrectione mortuorum agunt, excerpta esse, id quod etiam monuit *Baumgartenius loc. citat. pag.* 17. *not.*

Num. 7 *lin.* 3. *Tom.* I. *pag.* 934. *Gedani* 1681. 8.) Hoc anno potius in lucem publicam prodiit *Gedani* refutatio huius libri per *Io. Salomonem* hebraeo-germanica, cuius inscriptio est: *die zerthgilte Finsterniss.* Vid. *Wolf. Tom.* III. *pag.* 860. *num.* 7. *in fine.*

Num. 9. Plura de hac verſione ſacri codicis Arabica *R. Saadiae* commentatus eſt *Reimannus* in *Introductione in Hiſtoriam Theologiae Iudaicae. pag.* 1015. ſequ. Vid. etiam *Wolf. Tom.* II. *pag.* 437. ſequ. et quae ibidem obſeruabo.

Num. 13. *Tom.* I. *pag.* 935. IV. 936. Vid. *Wolf.* ſupra *Tom.* I. et ſupplementa ibidem a me adlata ad *pag.* 156. 157.

y.

R. OBADIAS DE BARTENORA (*num.* 1761.) *Tom.* I. *pag.* 938. Conſueto hoc nomine nuncupatur hic Iudaicae gentis doctor in virorum doctorum monumentis. Potius autem ab vrbe eius patria, quam *Wolfius* noſter hebraice expreſſit, appellatur *Bertinorius* ſeu *Britinorienſis.* Ciuitas haec ſita eſt in Romandiola, regione ad Italiam pertinente et etiam hodie nomen habet *Bretinorium* ſiue *Petra Honorii.* Caeterum hunc Rabbinum in ſuo *Commentario ad Miſchnajoth* pluribus in locis *Maimonidem* ad verbum fere expreſſiſſe, iamiam obſeruauit *Io. Conrad. Hottingerus* in *Tractatu de Decimis Iudaeorum. Exerc.* III. §. 17. *pag.* 47. vnde hic *Obadias* non immerito a *Schlichtero* in *Symbolis literariis Bremenſibus. Tom.* I. *Part.* I. *pag.* 59. ad Plagiariorum literariorum claſſem referri videtur.

OBADIAS *fil.* IACOB SPHORNO (*num.* 1763.) *Tom.* I. *pag.* 939. III. 867. IV. 939. Libri eius *Or Iehoua* inſcripti editionem *Ferrarienſem* cum *Wolfio* noſtro pro ſparia declarauit pluribus *Deroſſi* in *Comment. hiſtor. de Typographia hebraica Ferrarienſi. Cap.* VII. *num.* 3. *pag.* 129. *ſequ.* De libro eius *Or ammim* vide *Wolfi Tom.* II. *pag.* 944. et ſupplementa mea ibidem adferenda.

ASARJAS DE RUBEIS (*num.* 1773.) *Tom.* I. *pag.* 944. Quantum auctoritatem hic Iudaicus doctor inter Chriſtianos aſſecutus fuerit, vel exinde patet, quod doctiſſimi viri inter eos, qui Chriſti ſacra amplexi ſunt, eundem ſummis laudibus extulerint. Ex quibus cum iam adduxerit *Wolfius* noſter *Io. Morinum* et *Richardum Simonium*, qui de eruditione et egregia doctrina huius viri praeclarum in ſcriptis ſuis perhibuerunt teſtimonium, iisdem adiungo *Matthiam Fridericum Beckium*, qui in *Annotationibus* ſuis *ad Paraphraſin chaldaicam libri primi Paralipomenorum* pag. 2. eundem appellat *Iudaeum hebraice, et quod in homine Iudaeo mireris, graece et latine doctiſſimum* et praecipuum eius ſcriptum, quod *Meor Enajim* inſcribitur, *opus inſigne* appellauit. Ex ſententia *Richardi Simonii* in *Supplementis ad Leonem Mutinenſem Cap.* XV. *pag.* 80. primum fere locum inter Hiſtoricos Iudaicae gentis tenet. Quamuis enim non ea mente monumenta ingenii ſui deſcriberet, vt plenam gentis ſuae hiſtoriam conſignaret, tamen in libro ſupra memorato *Meor Enajim*, qui reliquis fere palmam praeripit, plurima occurrunt, quae ad hiſtoriam tum nationis Iudaicae tum aliorum gentium faciunt, quo in negotio ita verſatus eſt noſter *R. Aſarias*, vt permulta quidem ex monumentis Hiſtoricorum chriſtianorum hauſiſſe conſtet, quod ipſe teſtatur *Simonius.*

Quam

Quam egregiam utilitatem praecipuum eius Opus *Meor Enajim* inscriptum ad rem criticam Veteris Testamenti adferat, vel ex eo coniici poterit, quod in libro secundo eiusdem notissima *historia Aristeae de versione* LXX. *Interpretum hebraice* conuersa exstet, quod *Wolfius* noster pag. 944. memorat. Idem obseruarunt *Bartoloccius* in sua *Bibliotheca magna Rabbinica. Tom.* I. *pag.* 436. *sequ.* IV. 271. et *Dauid Clement* in Opere suo *Bibliotheque historique curieuse et critique des liures. Tom.* II. *pag.* 78. not. 5. ubi sequentia obseruat: „Exstat versio hebraica „Aristeae libri de LXX. Interpretibus quoque in Catalogue de la Bibliotheque „du. Roi de France. Tom. I. pag. 1601. num. 2345. Titulus libri huius hic est: „Aristeae liber de LXX. Interpretibus ex Graeco hebraice conuersus per R. Asa„riam Edomaeum (Bartoloccio nuncupatur Azaria de Haadomim, de Rubeis) seu decor senum. Mantuae 1574. in Quarto. Varia quoque in *Parte tertia* reperiuntur, quae ad hanc historiam memoria dignam spectant, quo praecipue referenda est accuratior collatio antiquiorum ecclesiae christianae Patrum cum eadem. (Vid. *fol.* 45. *col.* b. 46. a. *sequ.*) Crebrioris lectionis scriptorum *Iosephi* et *Philonis* ab *Azarja* institutae prostant in hoc libro vestigia egregia, quae ego in usus meos ex hoc libro, quem ipse possideo et semel iterumque legi, excerpsi. Vocatur *Philo Iudaeus* apud *Asarjam* multoties ירידיה אלכסנדרי, *Iedidja Alexandrinus.* Vid. *Meor Enajim. Part.* I. *fol.* 1. a. *lin.* 4. *Part.* III. *Imre binah. fol.* 47. *col.* a. *lin.* 29. et alibi. Conferatur etiam *Wolf.* noster *Biblioth. hebr. Tom.* I. *pag.* 975. 976. Vniuersum librum *Philonis* huius *de temporibus Capite* XXXII. *Meor Enajim hebraice* conuersum exhibuit *Asarjas.* Interim varia ab *Asarja* in *Philone* eiusque scriptis vituperantur, quo imprimis referendum est, quod eundem *Sadducaeismi* accuset, satis inique, uti credit *Reimannus* in *Introductione in Historiam Theologiae Iudaicae. pag.* 599. Scripta *Iosephi Gorionidae Hebraei* in permultis locis depraua et turpiter interpolata esse, unus ex Iudaeis *Asarjas* monuit *Part.* III. *fol.* 47. *col.* a. *lin.* 32. Vid. *Wolf. Bibliothec. hebr. Tom.* I. *pag.* 514. 515. Idem *Asarja* varia memoratu digna de *Simone ben Iochai Fol.* 76. *col.* b. refert, ubi etiam varia de antiquissimo Theologiae Iudaicae monumento, libro *Sohar*, occurrunt, cuius etiam pariter ac libri *Bahir fol.* 179. *col.* b. mentionem fecit. Vt lectoris meos eo magis de praestantia huius libri conuincere possim, praecipuas theses et veritates dogmaticas, historicas et criticas ex hoc libro adferam, quae in eo uberiorem lucem acceperunt, quae mihi inter legendum praecipue visae sunt, ex quibus simul constabit sententia mea, librum hunc optimum fere esse inter hebraicos, ex quo sententia Iudaeorum vera et genuina de eiusmodi rebus et uniuersa fere gentis Iudaicae historia hauriri queat. Interim nullam hic plenam re[illegible]nem operis huius suppeditabo, quod me a scopo horum supplementorum [illegible] abduceret, sed tantum singula quaedam asserta Asariae secundum ordinem colu[illegible]rum et foliorum *editionis Mantuanae* quam ipse ego possideo, iudicabo. Sic affirmat *R. Asarias*, sacrum codicem Veteris instrumenti exaratum fuisse duplici charactere

tempore ſecundi Templi *Fol.* 38. *col.* a. Accedit idem Iudaicae ſententiae, occultum eſſe, quo pacto nomen diuinum Iehoua legi et pronunciari debeat, et eum hominem, qui de modo iſtud pronunciandi cogitaret, eſſe puniendum (*fol.* 42. *vol.* a. lin. *ult. col.* b. *lin.* 15. 17. 18.) Unde ex ſententia eius neque Chriſtus eiusque diſcipuli neque LXX. Interpretes aliique pronunciauerint has litteras, ſed pro hoc nomine ſemper expreſſerint nomen Adonai. Vid. fol. 42. *col.* b. *lin.* 10. ſequ. Circa verſionem graecam *Alexandrinam* arbitratus eſt, in eadem omnino diuerſas a textu maſorethico Veteris Teſtamenti dari lectiones, cum tredecim in ea reperiantur loca Veteris Teſtamenti mutata et quatuor actu diuerſa, quorum diuerſitas a textu originali hebraico plane non poſſit in dubium vocari. Vid. *Part.* III. *Imre Binah. Cap.* VII. *fol.* 45. *col.* b. 47. b. ante medium. Multa quoque obſeruauit de corruptione verſionis graecae *Alexandrinae* et de ſtudio, quod impendit *Origenes* eius naeuos emendandi et hanc ipſam translationem reſtituendi *fol.* 49. *col.* a. De computo Iudaeorum diuerſa ſeu aeris eorundem diſtinctis agit *fol.* 92. *col.* b. ſpeciatim de calculo temporis, quem *Philo Iudaeus* in ſcriptis ſuis ſecutus eſt. *fol.* 95. *col.* b. Coniecturae de auctore *libri ſapientiae* et hoc ipſo libro occurrunt *fol.* 175. Librum *Coheleth* Salomonis non canonicum eſſe, ſed potius monumentum ſcripto exaratum, quod ex humano ingenio ortum ſuum traxerit, perhibet, *fol.* 75. *col.* a *lin.* 20. ſequ. Proinde in explicandis ſeptuaginta *Danielis* hebdomadibus ſatis operoſe verſatur *fol.* 133. *col.* b. ſequ. Punita τοῦ *Keri* ſubſcribenda eſſe τῷ *Cthibh*, ut vera inde reſtituatur lectio, cenſet, *fol.* 42. *col.* b. *lin.* 2. Prolixe ſatis expoſuit ſententiam ſuam de origine punctorum vocalium hebraicorum et accentuum. Vid. *fol.* 179. *col.* a. et b. Breuibus eandem hic comprehendam. Licet omnino concedi debeat, puncta vocalia eſſe ad literas, uti animam ad corpus referre (*fol.* 179. *col.* b. *lin.* 11. *ſeq.*) neque tamen ea ab *Adamo* quem inuentorem hebraicarum literarum eſſe perhibet, inuenta (*fol.* 179. *col.* b. *lin. penult.*) nec Pentateuchi libri a *Moſe* iisdem ſtatim inſtructi ſunt ex eiusdem ſententia. Vid. *fol.* 180. *col.* a *Moſes* potius legem ſuam originarie absque punctis exarauit, quae nunc addi ſolebant, nunc omitti, adeo ut ſaepius prorſus obliuioni tradita fuerint haec puncta vocalia vulgo (*fol.* 180. *col.* a.) unde opus habuerunt reſtitui nunc ab *Eſdra* nunc a *Tiberienſibus Maſorethis* (Vid. *Imreh binah. Cap.* LIX. *fol.* 179. *col.* b. *ſequ.* 180. a. *fin.*) Sententiam quoque *Eliae Leuitae Germani* de antiquitate punctorum vocalium hebraicorum adduxit *fol.* 178. b. *in fine. fol.* 179. *col.* a. Teſtatur quoque, ſe in antiquis Haebraeorum numis nec puncta nec lineas deprehendiſſe *fol.* 189. *col.* a. In uno loco huius libri, nempe in *Imreh binah fol.* 179. *col.* b. primo intuitu videtur ſtatuere *Aſarias*, quod puncta hebraica pariter ac accentus ante conditum *Miſchnae* et *Gemarae* corpus inuenta fuerint; verum hanc ſententiam alio in loco, *fol.* 180. a. *in medio* reuocat ibidem affirmans, quod inuentio eorundem poſt tempora *Gemarae* demum collocanda ſit. Quod ſpeciatim accentus Hebraeorum attinet, eosdem longe recentiores

eſſe

esse punctis vocalibus contendit, id quod praecipue ex codice manuscripto quodam probare nititur, cuius aetas ad quingentos annos ascendit, qui accentibus hebraicis careat, licet punctis vocalibus fuerit instructus. Vid. *Imreh binah. fol.* 179. b. *fere in medio. Esdram* collectorem canonis Veteris Testamenti fuisse etiam cum plerisque affirmat, *fol.* 53. *col.* b. In locum biblicum apud *Haggaeum cap.* II. *comm.* 8. occurrit in *Parte tertia huius libri* T. *Imre binah. cap.* 51. *fol.* 158. *col.* a. *in fine sequ.* uberior commentatio. Praerogatiuam templi secundi Iudaeorum prae priori et gloriam, quo istud prioris gloriam superauit, in eo potissimum collocandam esse censet, quod reges Persarum et Graecorum, et ipsi quoque Imperatores Romani tempore istius templi secundi permultis honoris et gloriae documentis gentem Iudaeorum adfecerint. Vid. *fol.* 158. *col.* b. *in fine.* De *Masora* idem etiam commentatur *fol.* 179, *col.* a. Originem eius deriuandam esse censet a membris Synagogae magnae sic dictae, ex dissensum Masorae et Gemarae, hinc atque inde notat *fol.* 179. *col.* a. b. Idem etiam variis in locis demonstrat dissensum doctorum Iudaicorum praesertim *Aboarbanelis*, quo dissentiunt a *Talmudistis*. Vid. inter alia loca *fol.* 149. *col.* b. Coniectura b. *Vogeri*, cui calculum suum adiecit *Wolfius* noster *Bibliothec. hebr. Tom.* III. pag. 871. quod *Semotheus*, qui in scriptis *Asariae* nostri saepius citatus exstat, uti occurrit inter alia loca, quae omitto hic, *fol.* 109. *col.* a. in *Meor Enajim Sozomenum*, antiquiorem Historiae ecclesiasticae noui Testamenti scriptorem innuat, firmo nititur omnino fundamento. Ex patribus primitiuae ecclesiae citantur ab eodem *Hieronymus Augustinus* (Vid. *fol.* 46. *col.* b. *fol.* 173. a.) et *Lactantius*. Vid. *fol.* 142. *col.* b. *Asarjam* quoque hunc in Graeciae et Latii veteris scriptorum lectione fuisse probe versatum, facili negotio ex crebriori eorundem allegatione in *Meor Enajim* obuia, praesertim *Plutarchi*, *Curtii*, *Ariani* (Vid. *Imreh binah. Cap.* XXIII. *fol.* 93. *col.* a. *lin.* 1.) *Liuii* (quem praecelare laudat *fol.* 98. *col.* b. *fol.* 159. *col.* b. *lin.* 6. *a fine paginae.*) *Xenophontis* et *Herodoti*. Vid. *Part.* III. *Meor Enajim* seu *Imreh binah. fol.* 103. *cap.* XXIX. *col.* b. *fol.* 104. *cap.* XXX. *col.* a. *fol.* 124. *cap.* XL. *col.* a. et alibi. Caeterum varia, quae in hoc libro occurrunt, ad interpretationem sacri codicis et explanationem rituum priscorum Iudaeorum multum facere iam obseruauerunt doctissimi viri nonnulli, ex quorum lucubrationibus nonnulla hic proferre constitui. Sic varia ex hoc scripto *Meor Enajim* ad illustrationem loci biblici *Ezech.* IX, 4. in medium adduxit *Dauid Clericus* in *Quaestionibus sacris. pag.* 441 *sequ.* ubi hunc ipsum librum bonae frugis opus et variae eruditionis refertissimum. Laudauit *Asariam*, quod in *Meor Enajim* loco supra citato in explicatione suae periochae Danielis de septuaginta hebdomadibus contra R. *Aboarbanelem* disputauerit fortiter, *Io. Frischmuthius* in *diss. de* LXX. *Hebdomadibus Danielis. Cap.* I. §. 8. Contenta quaedam huius libri, quae ad notitiam sectae *Essenorum* pertinent, adduxit et comprobauit *Io. Heluicus Willemerus* in *dissert. de Essenis Iudaeorum ascetis. Witteberg.* 1680. Cap. 1. pag. 16. §. 11. Similia quaedam *de cippis Hebraeo-*

rum

rum ex hoc libro attulit *Christophor. Rosteuscherus* in *dissertat. I. de sepulchris calce notatis. cap.* II. §. 5. Nonnulla quae ad literaturam hebraicam spectant, imprimis ad historiam *R. Dauidis*, in medium adduxit *August. Grischowius in Introduct. in Philologiam generalem. Dissert.* II. §. 15. *pag.* 6. Alia hic tranſeamus.

ASARIEL (*num.* 1779.) *Tom.* I. *pag.* 946. Editio *Ferrarienſis*, cuius hic mentionem fecit *Wolfius* libri *Maharecheth haelauth* eſt poſtrema, quae per *Abrahamum Vſque* eſt impreſſa obſeruante *Deroſſi* in *Comment. de Typographia Ferrarienſi. Cap.* III. *p.* 49. 50.

IMMANUEL BENEVENTANUS (*num.* 1789.) *Tom.* I. *pag.* 949. *Livhjath chen.* Vid. *Suppl. mea ad Tom.* I. *num.* 1344. *pag.* 725.

IMMANUEL BEN SCHELOMO (*num.* 1796.) *Tom.* I. *pag.* 950. III. 880.) Editio *Brixienſis τῶν Mechabberoth*, quae prodiit 1492. 4. conſtat paginis 159. Vberiorem eiusdem notitiam ſuppeditauit *Io. Bernhardus Deroſſi* in *diſquiſitione de hebraicae typographiae origine et primitiis. Cap.* VI. §. 4. *pag. m.* 63. *ſequ. edit. Hufnagel.*

IMMANUEL TREMELLIUS (*num.* 1797.) *Tom.* I. *pag.* 952. III. 882. An hic *Ex-Iudaeus* eiusmodi conditionis poſt conuerſionem ſuam ad ſacra Chriſti fuerit, vt ipſe etiam poſtea iterum Iudaiſmum amplexus fuerit, de eo merito dubitarunt eruditi. Vid. *Fabricius* in *Hiſt. Bibl. Fabric. Tom.* III. *p.* 334. vbi etiam alia de hoc Ex-Iudaeo memoratu digna obſeruantur.

Tom. I. *pag.* 942. III. 882. *ſequ.* IV. 947. *Catechiſmum Tremellii* quod attinet, eam, quae teſte *Vogtio* in Catalogo librorum rariorum pag. 688. rariſſima eſt, prodire fecit editionem hebraicam *Robertus Stephanus* anno C. 1554. de qua varia *Wolfius* poſter adduxit *Bibliothec. hebr. Tom.* III. *pag.* 882. *ſequ.* In *Catal. Bibliothecae Bodlejanae. Part.* II. *pag.* 210. recenſetur *editio* huius *Catechiſmi hebraico-graeca*, quae *Pariſiis* 1551. 8. prodiit. Si eiusmodi editio exſtat, graeca verſio ex coniectura *Frid. Gotthilf. Freytagii* in *Analectis de libris rarioribus. pag.* 1008. *ſine* dubio ab *Henrico Stephano* eſt compoſita, quem *Catechiſmum Caluini* in linguam graecam transtuliſſe memorant *Io. Petr. Niceron* in *Memoires pour ſeruir à l'hiſtoire des hommes illuſtres dans la republique des lettres. Tom.* XXXVI. *pag.* 294. Vid. quoque *ſupplementa mea ad Tom.* IV. *pag.* 947. Seorſim quoque verſio iſta graeca ex officina *Roberti Stephani* prodiit anno Chriſti 1551. in forma octaua minori, quam editionem vberius deſcripſit *Iacobus Willielmus Blaufuſius* in *Beytraegen zur Erweiterung der Kenntniſs merkwürdiger und ſeltener Bücher. Tom.* II. *pag.* 140. *ſequ.* Ibidem quoque edita eſt anno 1563. Alias editiones eius memorat *Michael Maittairius* in *Annalibus typographicis. Tom.* II. *p.* 599. 729. Pluribus de hoc *Catechiſmo Tremellii* conferendi ſunt *Wolfius Bibliothec. hebr. Tom.* II.

II. *pag.* 1066. et b. *Parens* in der *catechetiſchen Geſchichte der Reformirten Kirche. Cap.* VII. §. 3. *pag.* 215. *ſeq.*

AKIBA *fil.* IOSEPHI (*num.* 1800.) *Tom.* I. *pag.* 956. *num.* 2. De libro *Iezirah* plurimis egit *Wolfius Bibl. hebr. Tom.* I. *pag.* 23. III. 17. IV, 753. et vide ad priorem locum *ſupplementa mea.*

AQUILA (*num.* 1804.) *Tom.* I. pag. 958. III. 890. ſeqü. IV. 948. De verſione graeca *Aquilae* eiusque fragmentis a *Montefalconio* collectis conferenda eſt elegantiſſima ſummae venerabilis D. *Io. Auguſt. Dathii diſſert. de Reliquiis interpretationis Aquilae in Hoſea. Lipſ.* 1757.

B.

FABIANUS FIOGHI (*num.* 1806.) *Tom.* I. *pag.* 961. III. 894. IV. 948. A plerisque laudatur ſcriptum eius catecheticum. Id vnum in eodem vituperant docti viri, quod auctor in eodem myſteria fidei chriſtianae ex rationis principiis demonſtrare ſtuduerit. Caeterum plura de eodem attulerunt in medium *Wolfius Bibl. hebr. Tom.* II. *p.* 1065. et *b. Parens* in *Hiſt. catechetica diuerſarum religionum, Iudaeorum cet. Cap.* IX. *pag.* 334. *ſequ.*

PAVLVS IOSEPHVS (*num.* 1811.) *Tom.* I. *pag.* 964. *Ex-Iudaeus* fuit *Poſnanio-Polonus*, de cuius conuerſione varia memorantur ab *Andrea Carolo* in *Memorabilibus eccleſiaſticis ſaeculi poſt Chriſtum natum decimi ſeptimi ad A. C.* 1611. *Tom.* I. *pag.* 271.

PHILO *Iudaeus Alexandrinus* (*num.* 1828.) *Tom.* I. *pag.* 973. *ſeq.* III. 927. Hunc Iudaeum varii iique doctiſſimi viri, quorum in numero etiam eſt ex Iudaeis *Rabbi Aſarjas de Rubeis*, *Sadducaeiſmi* inſimulare conati ſunt, a qua tamen accuſatione eundem liberare ſtuduit *b. Reimannus* in *Introductione in hiſtoriam Theologiae Iudaicae pag.* 598. *ſequ.* Interim ſi etiam ab hoc errore liberemus noſtrum *Philonem*, illud tamen ab antiquioribus et recentioribus fere omnibus affirmatur, eundem addictum et adſcriptum fuiſſe ſectae Philoſophorum Graecorum Platonicae. Hinc iure meritoque hoc ipſum de eo perhibent *Euſebius*, *Hieronymus*, quorum loca adduxit *Buddeus* in *Introductione in hiſtoriam Philoſoph. Ebraeorum. pag.* 215. Huc etiam ſpectat doctiſſima diſſertatio *Io. Albert. Fabricii de Platoniſmo Philonis Iudaei Lipſiae* 1692. edita. Vid. etiam *Reimann. loco citato* et *Bibliothec. Bremenſ.* Tom. IV. pag. 672. Licet in aliam ſententiam hic abeant *Io. Ionſius de ſcriptoribus hiſtoriae philoſophicae. Lib.* III. *cap.* 4. *pag.* 225. *ſequ.* et *Buddeus Introduct. citat. pag.* 216. facili tamen negotio perſpici poterit, vnde ſententia haec eruditiſſimorum virorum de *Platoniſmo Philonis Alexandrini* fuerit enata. Ipſe locus, quo vitam degebat, forte occaſionem primam eiusdem ſuppeditauit, vixit enim *Alexandriae*, in ciuitate Graeciae floren-

 tiſſima

tissima multis *Platonis* discipulis et assectis abundante. Huc accedit, quod eiusmodi ingenium philosophicum, quo praeditum fuisse *Philonem* nostrum ex scriptis suis liquido constat, praerogatiuis quibusdam apparentibus, quibus doctrinae *Platonis* de perfectione hominis, de eiusdem emendatione morali aliaeque a *Platone* speciosis coloribus obductae, prae omnibus fere reliquis Philosophorum Graecorum sectis superbiebant, in admirationem et applausum huius systematis forsan abreptum fuerit. Hinc occasionem libentissime arripiebat, doctrinas Platonicorum eo melius perspiciendi. Ex quo fonte omnino deriuandum est, quod permulta loca in *Philonis* nostri scriptis occurrant, quae systema *Platonis* sapiunt. Nolo hic lectores meos citandis eiusmodi locis morari. Huc imprimis spectat elegantissima dissertatio summe venerabilis *D. Io. Bened. Carpzouii* Theologi Helmstadiensis *Dissert. de λόγῳ Philonis non Iohanneo.* (*Helmstad.* 1749) praecipue *Cap.* IV. *pag.* 16. sequ. Imprimis ea, quae hic atque illic in scriptis *Philonis* nostri de *Trinitate* reperiuntur, ex placitis scholae *Platonicorum* depromta esse videntur *Campegio Vitringae Obseruation. sacrar. Lib.* V. *cap.* XI. §. 3. *sequ.* vnde etiam *Philo* noster a *Christiano Ludouico Schlichtero* in *Symbolis literariis Bremensibus Tom.* I. *Part.* II. *pag.* 81. *sequ.* iure ac merito ad plagiariorum literariorum genus refertur. Alia, quae in hoc Iudaico scriptore tum laudanda tum vituperanda sunt, idem adduxit *Schlichterus* in *Tractatu de panibus facierum eorumque mysterio. Part.* I. *Cap.* IV. *pag.* 8. Caeterum manebit huic clarissimo inter Iudaeos scriptori iustissima laus, quod ipse in monumentis ingenii sui posteritati relictis egregiam et singularem eruditionem et acumen vere philosophicum demonstrauerit, et quod, si excipias permultas allegorias, quas sectatur *Philo*, permulta in iisdem deprehendantur, quae ad illustrationem et explicationem sacri codicis vniuersi, praesertim in rebus, quae ex antiquitate Iudaica lucem requirunt, faciunt. Nolo hic ea repetere, quae de hac re iam supra ad *Tom.* I. *pag.* 547. occasione scriptorum *Flauii Iosephi* obseruaui, ex quibus multa huc pertinent. Hinc labor eruditorum haud sane frustraneus censendus est, quo in illustrandis noui foederis tabulis ex Philonis scriptis summa cum laude versati sunt doctissimi viri. Viam hanc ingressus est, primus quantum ego quidem scio, *Iohannes Alberti*, qui in *Museo Bremensi Volum.* I. *Part.* I. *pag.* 104. 126. ex opere suo *de opificio mundi* noui Testamenti graeci phrases et loquendi rationes illustrauit. Postea supra citatus summe Venerabilis D. *Io. Bened. Carpzouius* edidit dissertationem eruditissimam *de λόγῳ Philonis non Iohanneo Helmstad.* 1749. et *exercitationes sacras in Pauli epistolam ad Hebraeos ex Philone Alexandrino. Ibid.* 1750. Recentissimo tempore vir celeberrimus *Io. Frideric. Loesnerus* in hoc literaturae genere eruditissime occupatus fuit. Edidit iste non solum *Specimen Lectionum Philonianarum*, quod prodiit Lipsiae 1758. 4. (vid. *vollstaendige Nachrichten von kleinen academ. Schriften*, de anno 1759. *Part.* 2. *pag.* 165. *sequ.*) verum etiam *Obseruationes in Nouum Testamentum ex Philone Alexandrino. Lipsiae* 1777. 8. mai. eiusdem Viri

cele-

celeberrimi, librum sane elegantissimum, ex quo multum lucis acceperunt scripta foederis noui canonica. Vid. b. *D. Ernesti biblioth. nouiss. theolog. Tom.* IV. *Part.* V. *pag.* 323. *sequ.* Spectat quoque non minus ad illustrationem huius scriptoris *M. Christ. Frid. Lohdii dissert. de modo summam religionis christianae ante Christum tradendi eiusque vestigiis in Philone Iudaeo. Lipsiae* 1774.

Tom. I. *pag.* 974. Hunc ipsum *Philonem* pro vero *libri Sapientiae*, qui inter Apocryphos Veteris Testamenti libros exstat, auctore, venditarunt plurimi iique doctissimi viri, ex quibus hic tantum nomino *Buddeum Introd. in hist. philos. Ebr. p.* 77. 81. Vid. quoque *Wolf. Bibl. hebr. Tom.* II. *p.* 199. *Buddeus Philonem seniorem* appellat auctorem huius libri. Huc quoque spectat *Dan. Saltheriі diss. de auctore libri Sapientiae Philone potius Alexandrinoquam Seniore. Regiom.* 1739.

Tom. I. *pag.* 977. Cum scripta, quae a *Philone Alexandrino* posteritas accepit, graece fuerint exarata, non necessarium esse duco, ut in his Bibliothecae hebraicae supplementis qualibuscunque omnes obseruarem editiones Philonis operum, quae umquam prodierunt. Interim tamen, ne etiam hic lectoribus meis deesse videar, nonnulla hic prae caeteris de antiquioribus et memoratu dignioribus eorundem editionibus notabo. Antiquissima eaque rarissima operum Philonis editio sine dubio ea est, quae *Parisiis* ex *typographia regia* 1552. fol. prodiit. Id vero maxime dolendum est, quod in ea referente *Freytagio* in loco infra citando, quamuis graecum *Philonis* textum exhibeat, frustra stra desiderentur ista *Philonis* opuscula, quae primum *Dauid Hoeschelius* ex codice Augustano graece edidit, et quae postea *Fridericus Morellus* in editione sua operum Philonis Parisiensi de anno 1640. fol. latine versa exhibuit. Pluribus hanc editionem interspersis simul doctissimis de aliis Philonis editionibus obseruationibus descripsit *Frideric. Gotthilff. Freytagius* in *Apparatu litterario. Tom.* I. *pag.* 610. *sequ.* In Bibliotheca mea possideo versionem latinam, cuius auctorem ignoro, quae sub titulo: Philonis Iudaei Alexandrini omnes, qui apud Graecos et Latinos exstant Libri Antiquitatum, quaestionum et solutionum in Genesin, de Essenis, de nominibus hebraicis et de mundo. Basileae 1538. 4. prodiit. Praeter hanc liber *Philonis de mundo* graece tantum editus est *Venetiis* 149[illegible] et breuiarium de temporibus *Romae* 1499. teste *Cornelio a Beughem* in *Tract. de Incunabulis typographiae* pag. 107. Inter optimas Philonis operum editiones graecolatinas refertur a *Freytagio* loco memorato *Morelliana*, quae Parisiis 1640. prodiit. Praecipue laudandus est labor *Iohannis Christophorsoni* Angli. qui, cum libros *Philonis* de opificio mundi, de decem praeceptis, de magistratu diligendo et de officio iudicis in latinum sermonem conuersos *Antwerpiae* 1553. 4. ederet, edicionem antiquissimam *Turnebianam* de anno 1552. cuius supra mentionem fecimus, cum codicibus manu scriptis diligenter contulit et quadringenta fere errata in illa castigauit. Vulgatis editio graeco-latina operum Philonis, quae in eruditorum

torum manibus versari solet, prodiit *Francofurti* vel potius *Wittebergae* 16[illegible]. fol. quae graecum textum una cum latina *Sigismundi Gelenii* versione exhibet, quam *Iohannes Fabricius* in *Historia Bibliothec. Fabricianae. Volum.* II. *pag.* 383. *seqq.* plenius recensuit, qui etiam varia de *Philone* nostro eiusque scriptis observanda et in hac editione emendanda notauit. Recentissimam editionem accuratissimam, et quae omnibus prioribus palmam praeripit, doctissimorum virorum praestantissimis adnotationibus instructam, *Thomas Mangey Londini* 1742. duobus Tomis in folio edidit, quam optimam esse *Philonis* editionem eruditi fere omnes testantur.

PHILIPPUS AQUINAS (*num.* 1830.) *Tom.* I. *pag.* 978. Editionem *Parisiensem Dictionarii num.* 1. notati *Wolfius* hoc in loco ad annum Christi 1620. refert. Forte vitio operarum hic numerus pro alio scilicet 1629. positus est, quem in annum incidit haec editio obseruante ipso *Wolfio* nostro *Tom.* II. pag. 549. Pleniorem recensionem huius libri exhibuit *b. Baumgartenius* in *Nachrichten von merkwürdigen Büchern. Tom.* VII. *Part.* 41. *pag.* 399. 401.

FELIX PRATENSIS (*num.* 1835.) *Tom.* I. *pag.* 981. III. 935. Vtroque in loco affirmat *Wolfius* noster, Iudaeum hunc anno 1518. Christi sacra amplexum fuisse. Interim tum ex dedicatione *bibliis Rabbinicis Bombergianis* (*Venet.* 1518. *fol.*) ad Leonem X. Pontificem maximum praemissa, quae scripta est anno Christi 1517. tum etiam ex editione *versionis* suae *Psalterii*, quae 1515. in lucem publicam prodiit, liquido patet, hanc conuersionem ad Christi sacra longe antea factam fuisse; quod *b. Baumgartenius* in *Nachrichten von merkwürdigen Büchern. Tom.* III. *Part.* 14. *pag.* 99, ex adductis rationibus rectissime collegit, quod idem etiam affirmauit *Maschius* in *Bibliotheca sacra Part.* I. *cap.* 1. *Sect.* 1. *pag.* 18. *not.* k.

Tom. I. *pag.* 981. III. 936. *Num.* 2. Editionem versionis latinae *Psalterii*, quae cura huius Iudaei conuersi prodiit, plenius recensuit *Baumgartenius loc. citat. Tom.* VI. *Part.* 36. *pag.* 471. 479.

IOHANNES PFEFFERKORN. (*num.* 1845.) *Tom.* I. *pag.* 987. ad *num.* 5. Aliud eiusdem scriptum memoratur rarissimum a *Daniele Salthenio* in *Catalogo librorum rariorum Bibliothecae suae. pag.* 51. *num.* 266. Vid. supplementa mea ad *Tom.* III. *pag.* 942. *num.* 3.

PETACHIAS RATISBONENSIS (*num.* 1859.) *Tom.* I. *pag.* 996. III. 956. Plura de hoc doctore Iudaeorum memorat b. *Gustau. Georg. Zeltnerus* in *diss. de erudita virgine Iudaea per transennam docente pag.* 16. *seqq.* et *Wolfius* noster supra *Tom.* I. *pag.* 888. *num.* 1635.

Itinerarium eius quod attinet, *Wagenseilius* in *exercitationibus sex varii argumenti pag.* 162. *seqq.* satis prolixe egit de eiusdem auctore, quem eodem cum *Beniamine Tudelensi* tempore vixisse Saeculo nempe XII. et quidem ante annum Christi

Christi 1187. ex ipso libello probat, collato *Iuchasin*. Eodem teste *pag.* 166. sunt rarissimi libelli et ita congruunt, ut nec ouum ouo sit similius. Conqueritur etiam *pag.* 162. postquam *Buxtorfius* in *Biblioth. rabbinica pag.* 148. eius fecerit mentionem, magnum viros doctos eiusdem videndi tenuisse desiderium, nullam tamen illius factam fuisse copiam, et sane nec sibi videre concessum fuisse hebraicam et germanicam editionem, quae *Buxtorfius Pragae* excusas fuisse affirmat. *Solum*, scribit, *exemplar manu scriptum et quidem, ceu ex literis liquido apparet, haud ita pridem exaratum nactus sum, atque secundum illud conformata est mea repraesentatio. Ibidem pag.* 163. asserit, ipsum *R. Petachian* nequaquam esse verum huius Itinerarii auctorem, sed potius *R. Isaacum* et *Nachmanem* fratres eius ex istius *R. Petachiae* Schedis et iis, quae viua voce narrare solebat, illud concinnasse, unde quoque in tertia persona per eundem librum instituatur sermo. Respondet quoque ad ea, quae ex *Buxtorfii praefatione ad Cosri* obiici potuissent. Primo quidem obseruat, apud *Buxtorfium* in verbis posterioribus mutata dictionis habitudine tertiam personam sermocinantis pro prima substitui: secundo, *Buxtorfium* aut alium, a quo hic *Buxtorfius* verba mutuatus sit, vertisse fragmentum istud paulo negligentius: tertio propemodum dubitare se profitetur, num ista interpretatio a *Buxtorfio* proficisci potuerit. Editiones eius quod spectat, praeter *Wagenseilianam* a *Wolfio* iam memoratam excusus est hic liber quoque *Wilmersdorfii* anno Christi 1736. teste *Io. Christiano Wibelio* in *Relationibus innoxiis de rebus nouantiqu. theologic.* ad annum 1743. *pag.* 521. quae editio solummodo versionem huius libri *Iudaeo-Germanicam* exhibet. Exstabat codex manuscriptus chartaceus in quarti ordinis forma in bibliotheca *Raymundi de Krafft*, quod ex *Schellhornii* testimonio obseruat *Wolfius Bibliothec. Tom.* III. *pag.* 956. Laudatur hic codex a *Beckio* concinnatus a *Zeltnero* in *dissertat. de erudita virgine hebraea per transennam docente pag.* 33. qui eundem ab illustri Possessore bibliothecae dictae communicatum acceperat. Vid. *Schelhorn. loco apud Wolfium citato.* Memoratur iste codex quoque a *Francisco Dominico Haeberlino* in *Notitia codicum manuscriptorum Bibliothecae Raymundi Krafftii pag.* 93. ubi inter alia de eodem haec refert: „Hoc itinerarium Matthias Fridericus Beckius e manuscripto celeb. „Wagenseilii proprie manu descripsit, eique hinc inde eruditas adnotationes adiecit.„ Memoria digna est descriptio eius, quam his verbis initio statim codicis huius adscripsit, sequentibus verbis concepta: „Est Itinerarium Russiae, Kedar (Tar„tariae) Gazariae (Chersonesi Tauricae) Thogarmae (Turchestan), Armeniae, Baby„loniae, Persidis, Chaldaeae, Assyriae, Mesopotamiae, Syriae et Palaestinae cet. inque „iis monumentorum sepulchralium Prophetarum, de quibus multas fabulosas nar„ratiunculas Auctor refert.„ De tempore, quo exaratum est et de auctore sequentia adiecit *Beckius* in pagina, quae titulum codicis sequitur: „Auctor huius libelli „R. Petachias fuit σύγχρονος et aequalis R. Benjaminis (qua in sententia secutus est „Wagenseilium) vel paulo posterior, adeoque finiente Saeculo Christ. XII. flo-

 „ruit,

„ruit, uti colligo ex iis, quae pag. 8. 9. 29. et inprimis 33. referuntur. — Ipſe „Itinerarium hoc non conſcripſit, ſed alii ex eius relatione, quemadmodum ex „iis, quae pagina 3. dicuntur, colligo, et idem etiam clariſſime ex iis patet, quae „pag. 20. dicuntur, ex relatione vero eius conſanguinei — — — fratres R. „Iſaac et Rabbi Nachman Ratisbonae in Germania conſcripſere. Vid. pag. 20. „et ultima. Ipſe creditur Germanus et in ſpecie Ratisbonenſis fuiſſe; frater enim „eius Ratisbona oriundus fuit. Vid. pagin. ultima.„

Y.

R. ZEVI *ben* EPHRAIM (*num.* 1862.) *Tom.* I. *pag.* 997. De editione ſcripti eiusdem *Dyrenfurtenſi*, quam hoc loco memorat *Wolfius*, conferas ea quae auctor *ſupplementi Indicis librorum Dyrenfurtenſium in Bibliotheca noua librorum orbis eruditi. Tom.* II. *Part.* XIV. *pag.* 103. ſcripſit.

P.

R. CALONYMUS *fil.* DAVID (*num.* 1886.) *Tom.* I. *pag.* 1003. *Grammaticae hebraicae Abrahami Balmeſii*, cuius hic obiter mentionem fecit Wolfius, inſcriptionem falſo expreſſit idem *Minchath Abraham*, potius inſcribitur eadem *Mikneh Abraham.* Plura videantur de eadem adlata ſupra *Tom.* I. *pag.* 69. *num.* 108.

R. CALONYMUS alius. (*num.* 1892.) *Tom.* I. *p.* 1005. III. 971. IV. 961. num. 2. Praeter *Mantuanam* editionem ſcripti *Iggereth baale chajim* quoque prodiit *Cracouiae* teſte *Buxtorfio* in *Catalogo librorum hebraicorum aliorumque orientalium. pag.* 5.

CHRISTIANUS GERSON, *Iudaeus conuerſus* (*num.* 1896.) *Tom.* I. *pag.* 1008. III. 976. IV. 965. *num.* 2. Varia praeclara teſtimonia de eius compendio et conſtitutione Talmudis breuiori perhibent *Wagenſeilius* in *Telis Satanae igneis*, in *Praefatione pag.* 78. et *Theodor. Hackſpanius* in *Tractatu de uſu librorum Rabbinicorum eius editioni libri Nizzachon adiecto pag.* 78. Vid. etiam *Wolf. Bibliothec. hebr. Tom.* II. *pag.* 1082.

CHRISTOPHORUS PAULUS MEIERUS (*num.* 1899.) *Tom.* I. pag. 1010. Scriptum eius in lingua vernacula editum quod de ratione mactandi etc. Iudaica agit, cuius mentionem fecit *Wolfius Tom.* III. *pag.* 982. prodiit *Wittebergae* 1677. 4. Vid. *Wolf. Tom.* II. *Bibliothec. hebr. Tom.* II. *pag.* 1433. *num.* 677.

R.

RAYMUNDUS MARTINI (*num.* 1912.) *Tom.* I. *pag.* 1016. III. 989. *ſupra.* Cum in priori loco *Wolfius* noſter negauerit, hunc ſcriptorem ullo iure Iudaeorum numero immiſceri poſſe, quod etiam negauit *Baylius*, in poſteriori loco hanc ſententiam reuocare videtur, et ex probatiſſimis teſtimoniis literatiſſimorum virorum

rum

rum probare satagit, fuisse eundem omnino doctum Rabbinum, cuius nomen fuerit *Pugai de Zelo*. De libro eius *Pugio fidei* inscripto non est, quod hic plurima adnotemus. Inter omnes constat, quantum ex eodem deprómere possint, qui in Theologia Iudaeorum pernoscenda et confutanda vires ingenii sui periclitari velint. Vnum hic sufficiat de hoc opere adduxisse testimonium *Iacobi Friderici Reimanni*, qui in *Catalogo Bibliothecae suae pagina* 344. istud appellat opus doctissimum et captum istius saeculi, quo vixit Auctor, longe excedens, compilatum a *Porcheto Saluatico*, cuius pennis rursum se vestiuit *Petrus Galatinus*. Caeterum doctissimas adnotatione *e. b. Esdra Edzardi* suo exemplari adscriptas *Wolfius* noster *Tom.* IV. *Bibliothec. hebr. pag.* 572. 638. inseruit.

RAPHAEL MINNORZIA (*num.* 1915.) *Tom.* I. *pag.* 1019. III. 998. Vtroque in loco *Wolfius* scriptum eius appellat *tripartitum*, cuius pars prima sit inscripta *Seah Soleth*. In alia hic omnino abit summe venerabilis *D. Io. Frideric. Hirtius*, qui in *Biblioth.* sua *orientali et exegetic. Part.* V. *pag.* 47. obseruat, se in suo exemplari editionis Venetae a Wolfio itidem notatae non tres partes reperisse. Simili ratione etiam idem testatur, librum istum ne quidem in sectiones diuersas distributum esse, verum tractari in hoc libro de veritatibus moralibus stylo puro et morali, quae tantum diuersis segmentis, a se inuicem secernantur. Folio ultimo seu 18. appendicis loco exstant *Orchoth chajim nahagoth*, quae ab alio Auctore exaratas continent regulas vitae notante eodem *Hirtio*. De tertia parte, quae ex sententia *Wolfii Orach chajim* est inscripta; sequentia perlibet *Iohannes Buxtorfius* in *Synagoga Iudaica Cap.* XII. *pag.* m. 245. sequ. „Libellus est in mulierum et puerorum gratiam Germanice conscriptus, „in quo breuiter et succincte describitur, qua ratione singuli per totum vitae suae „curriculum gerere se debeant„

ש.

R. SCHAUL LEVI MORTERA (*num.* 1918.) *Tom.* I. *pag.* 1021. *sequ.* III. 1008. *sequ.* Praeter scripta eius a *Wolfio* memorata notari meretur eius *Homilia de aeterno et indissolubili legis Mosaicae cum gente Israelitica nexu, in Parashtam* וירכח, quae est inscripta: *Thesaurus pretiosus*. Versionem eius latinam adiectis doctissimis adnotationibus exhibuit *Paulus Theodorus Carpouius* in *Animaduersionibus philologico-critico-sacris pag.* 141. 172.

SCHABTAI BEN IOSEPH (*num.* 1923.) *Tom.* I. *p.* 1023. III. 1004. IV. 969. De potioribus vitae eius momentis et imprimis de eius *Sipkte jeschenim* memoratu digna refert Auctor anonymus in *Bibliotheca nova librorum eruditi orbis. Tom.* I. *Part.* IX. *pag.* 691. sequ. quo in loco imprimis varia de meritis eius circa editionem librorum typis *Dyrenfurtensibus* emulgatorum referuntur. Vid. quoque *b. Wolf. Bibl. hebr. Tom.* II. *p.* 957. *seq.*

Tom.

Tom. I. *pag.* 1024. III. 1005. IV. 969. *num.* 5. Teſte auctore quodam in *Bibliotheca noua librorum orbis eruditi.* *Tom.* II. *Part.* XIV. *pag.* 106. verſionem latinam libri *Siphte jeſchenim* edere in ſe ſuſcepit doctus Sileſius, *Ioh. Frid. Clannerus.* Memoratur ibidem, *Clannerum* elaborationem huius operis, quod verſionem latinam e regione textus hebraici appoſitam exhibet, fere ad finem perduxiſſe, et deſideratur ibidem typographus, qui ſumtibus ſuis expendendum curare velit. Verum an haec editio prodierit in lucem publicam, me ignorare lubenter fateor.

SCHABTAI ZEVI (*num.* 1931.) *Tom.* I. *pag.* 1028. *lin.* 12. ad verba *Wolfii: in hymno Iudaico in honorem* cet. *Canticum* hoc iam antea publice editum erat A. C. 1670. a M. G. W. qui auctorem cantici appellat *Iacob Tanſk von Prag.* Commemorat quoque idem auctor, iam *Amſtelodami* anno 1666. charactere Iudaico excuſum fuiſſe hoc canticum. Praeter iſtas editiones prodiit quoque germanice ſub titulo: „Ein iüdiſches Lied von dem neuen Morgenländiſchen Meſſias, nebſt etlichen Berichten von vorigen falſchen Meſſien, nachgedruckt zu Lauban. 1693. „in 8vo.„

Caeterum conferas hic b. *Caroli Antonii Nachricht von dem falſchen Meſſias Sabbathai Seui*, quae narratio vna cum additamento quodam *germanice Guelpherbyti* anno 1752. et ſequenti in Quarto prodiit, in qua permulta ad hiſtoriam eius ſpectantia eaque memoratu digniſſima occurrunt.

SCHELOMO *fil.* ABRAHAM *fil.* ADRATH (*num.* 1945.) *Tom.* I. *p.* 1033. III. 1020. *num.* 3. Horum quaeſitorum et reſponſorum aliam eamque ſatis antiquam editionem obſeruat cel. *Io. Bernhardus Deroſſi* in *Tract. de typographiae hebraicae origine et primitiis*, quae ſimili ratione vti ea, quam ſe in Oppenheimeriano librorum apparatu vidiſſe *Wolfius* teſtatur, ſine loco et anno definito prodiit. Interim in eo ab eadem differt, quod ſaltem 160 foliis conſtet. Vid. *Deroſſi loc. cit.* cap. VII. §. 6. pag. 86.

SCHLOMO BEN ABRAHAM MAIMARCHON (*num.* 1951.) *Tom.* I. 1037. III. 1023. *ſequ.* De *Lexico* eius *Hebraico* plura dedit *Wolfius* in *Hiſtoria Lexicorum hebraicorum. pag.* 35. *ſequ.*

Eundem quoque auctorem eſſe hebraicae verſionis ſcripti *Abbohazen Haly de Iudiciis aſtrorum*, teſtatur *b. Baumgartenius Relation. de Bibliotheca Halenſi. Tom.* VII. *Part.* 38. *pag.* 142. Rariſſimus hic liber, cuius *Wolfius* noſter nullam plane fecit mentionem, reperitur in bibliotheca *Viennenſi* et Pariſienſi Patrum Oratorii, vt et in bibliotheca *Czenſtochowienſi* in Polonia, vti memorat *I. D. Janozkius* in *critiſchen Briefen. pag.* 40.

SCHE-

SCHELOMO ALKABETZ (*num.* 1962.) *Tom.* I. *pag.* 1042. III. 1027. Vrbem *Sapheth* hic ad Galilaeam inferiorem referens priori loco ex posteriori loco corrigatur *Wolfius*, et pro voce inferioris substituatur *superioris*. Vid. quoque *suppl. mea ad Tom.* I. *p.* 890. et *Tom.* II. *p.* 961. *seq.*

Ibid. *Schoresch Isai*) Perrara est eius editio Constantinopolitana teste *Clement. Bibliothec. pag.* 186.

SALOMO FIL. DAVIDIS (*num* 1967.) *Tom.* I. *pag.* 1046. De *libro Sapientiae*, qui inter libros Apocryphos Veteris Testamenti locum habet, plura adduxit *Wolfius Tom.* II. *Biblioth. p.* 199. *seq.*

Ad *clauiculam Salomonis* vero quod attinet, librum ad euocandos et adiurandos malos genios spectantem, de quo *Wolfius* noster *Tom.* I. *pag.* 1047. *sequ.* III. 1033. *seq.* IV. 976. *seq.* quaedam attulit, fusius agitur a nonnemine in *Collectione noua librorum rariorum, Fascic.* IV. qui prodiit *Halae* 1715. *num.* 4. vbi etiam *epistola Auli Gellii Tranquilli*, sub quo nomine latet *Georg. Frid. Thryllitschius*, Philosophiae Doctor Wittebergensis, *ad Auctores memoratae Collectionis de eiusmodi Clauiculis* sub *num.* 5. exstat, cuius auctor omnem operam impendit, vt liquidissime demonstraret, scriptum hoc nequaquam a rege Iudaeorum sapientissimo ortum ducere, sed potius eundem ab Alchymista quodam aeui recentioris compositum fuisse. Conferas hic quoque *Thesaur. Bibliothecal. Tom.* II. *pag.* 370. et ea, quae infra ad *Tom.* III. pag. 1034. adnotabimus.

SCHELOMO BEN VIRGA (*num.* 1971.) *Tom.* I. *p.* 1051. III. 1037. IV. 983. *Amstelodamensem* libri Iudaeorum historici *Schebeth Iehuda* inscripti editionem, quam *Wolfius* hoc in loco ad annum aerae Iudaicae 415. Christi 1655. refert, pluribus recensuit *Carpzouius* in *Adnotationibus ad Schickardi Ius regium Hebraeorum, pag.* 81. not. p. Edita est eodem teste nitidissime studio duorum fratrum Rabbinorum *Raphaelis* et Abrahami, filiorum *Danani* cuiusdam, in officina *Immanuelis Benbenisti* excusa. Versio etiam *Gentii* latina apud eruditos valde laudatur, vti constat ex iis, quae memorat *Reimannus* in *Catalogo Bibliothec. systemat. critico. pag.* 858. De variis operis huius editionibus et *versionibus* tum *hebraeo-germanicis* tum *Lusitanicis Gentius* in praefatione latinae suae versionis satis adduxit, ad quae hic lectores meos breuitatis causa dimitto. Caeterum ad vtilitatem, quam hic liber praestat, quod attinet, non omnis laus eiusdem auctori in materia, quam tractandam sibi sumsit, deneganda erit. Hinc non immerito *Wagenseilius* in *Notitia librorum Rabbinicorum pag.* 29. et in *praefatione Telorum igneorum Satanae pag.* 50. librum multae doctrinae appellat, qui multa scitu necessaria complectatur et saepius occasionem praebeat, varia melius et accuratius

perueſtigandi. Interim tamen quoque non negandum erit, multa quoque ſomnia et inanes Iudaicas fabulas Rabbinorum, quibus alii libri Iudaici referti ſunt, in hoc opere deprehendi. Speciminis loco legenda eſt hic ridicula fere expoſitio *Pſalmi* XXII. quam *Iohannes Buxtorfius* in *Synagoga Iudaica. Cap.* XXV. *pag.* 513. *ſequ.* ex hoc ipſo libro adduxit, qua fere ſola lectores mei de veritate aſſerti mei poſterioris facili negotio convincentur.

SCHELOMO *ben* ISAAC (*num.* 1993.) *Tom.* I. *pag.* 1064. recenſuit verſionem *Breithauptianam*, quam *Wolfius* hic memorat, *Iohannes Fabricius* in *Hiſtoria Bibliothec. Fabrician. Tom.* IV. *pag.* 16. *ſequ. Commentarium* quoque *Raſchii in Exodum* et *Leuiticum* a *Theodoro Daſſouio* in lucem dari promiſſum eſſe praeter *Wolfium* noſtrum, qui eiusdem in fine huius paginae mentionem fecit, teſtatur *Io. Albertus Fabricius Bibliograph. antiquar. pag.* 14. *edit. Schaffhauſen.*

Tom. I. *pag.* 1069. *ad finem numeri* 1993.) Iis, quae *Wolfius* noſter de celeberrimo *Raſchio* Iudaeorum doctore obſeruauit, unicam hic addo, quod ipſe in dialecto Iudaeo-germaniea fuerit verſatiſſimus. Id quod eo facilius perſuaſum ſibi habebunt, qui Commentarios eius in Veteris Teſtamenti libros accurate perluſtrauerint, in quibus permultae voces exoticae (Vid. *Wolf. Tom.* I. pag. 1061.) etiam germanicae occurrunt. Quarum ſpecimina *Balthaſar Scheidius* in *epiſtola ad Buxtorfium* filium ſcripta exhibuit. Vid. *Buxtorf. Catalecta philologico-theologica. num.* 131. *pag.* 155. *ſequ.* Permultas quoque ex eodem opere lectiones variantes ad ſacrum codicem Veteris Teſtamenti collectas celeb. *Tychſenius* tum *horis ſubſeciuis Buetzouienſibus*, tum *Repertorio literaturae orientalis. Tom.* I. *num.* 5. *pag.* 169. inſeruit.

SCHELOMO LORIA *fil.* IECHIEL (*num.* 2000.) *Tom.* I. *pag.* 1073. III. 1050. Recenſetur inter ſcripta eius a *Wolfio* noſtro num. 7. liber *Ammude Schlomo* inſcriptus. Prodiit quoque hic liber praeter editionem, quam *Wolfius* memorat *Baſileenſem*, *Baſileae* per *Conrad. Waldkirch.* anno 382. Chriſti 1622. quae edicio conſtat 1. Alphab. plagul. 6. ſeu foliis 117. In hac ipſa editione, quae aſſeruatur in Bibliotheca *Thorunienſis Gymnaſii* publica titulus libri, qui infra praefationem exprimitur vocibus: עמודה שלמה, praefert verba initialia *Pſalmi* 112. hebraice.

Not. c. *Tom.* I. *pag.* 1073. *ad finem paginae:*) Eundem libellum hac inſcriptione inſignitum, et eodem loco iisdemque editionis auctoribus atque miniſtris curantibus tenet Bibliotheca dicta *Thorunienſis* uno codice compactum ſuperius commemorato, ex quo procul dubio eſt excerptus.

SCHE-

SALOMONIS *ben* MELECH. (*num.* 2003.) *Tom.* I. *pag.* 1075. *Wolfio* noſtro appellatur *Hiſpanus*. Ex mente *b. Danzii* potius *Fezzanum* fuiſſe ſtatuendum eſt. Etenim hoc non valde mirandum eſt, cum ex hac prouincia prognati fuerint doctiſſimi inter Iudaeos interpretes Grammatici, ex quibus *R. Iehudam filium R. Dauid* et *R. Iſaacum ben Alphes* tantum nominamus. Vid. *Wolf Bibliothec. hebr. Tom.* I. *pag.* 338. 341. 660. Pluribus haec ſententia *b. Danzii* ex limine praelectionum eius in huius Rabbini *Michlal Iophi* excerpta una cum aliis iisque doctiſſimis de hoc ſcriptore Iudaeorum clariſſimo typis deſcripta legitur in *Wolfii* noſtri *Bibl. hebr. Tom.* IV. *p.* 988. ſequ. Addo hic, quod *Salomo ben Melech* ſeipſum quoque in fine ſui *Michlal Iophi* appellauerit *Fezzanum*, ſcilicet *fol.* 219. a. *col.* 1. *lin.* 10. *a fine* et b. *col.* 2. circa finem, quae loca ad firmandam *b. Danzii* ſententiam *Tom.* IV. pag. 988. propoſitam, ibidem erunt addenda.

Hunc Iudaeorum celeberrimum doctorem inter doctiſſimos ſacri codicis Vet. Teſt. interpretes occupare locum, haud in dubium vocari poterit. Imprimis ſummam laudem admirando iſto labore in ſe ſuſcepto conſecutus eſt, quo teſte *Haakſpanio*, *Buxtorfio* et imprimis *Io. Heluico Willemero* in *diſſert. de genuina pronunciatione nominis Iehoua pag.* 8. primus fuit, qui huc et illuc in operibus grammaticis et dictionariis *R. Dauidis Kimchii* et aliorum Iudaicae gentis Grammaticorum diſperſas explicationes vocum et phraſium ſacri codicis in ſuo *Michlal Iophi* quaſi in unum corpus colligeret, et in certum ordinem redigeret. Interim etiam hic non negandum eſt, Rabbinicum noſtrum doctorem hic longius, quam fas erat, proceſſiſſe, et fere pleraque in ſuo opere ex diuite penu *Raſchii* et *Kimchii* ad verbum deſcripta ſuis immiſcuiſſe, id quod obſeruant inter alios *Thomas Crenius im ausführlichen Bericht von neuen Büchern. Part.* IX. *pag.* 866. prouocans hic ad *Iacobi Windeti* teſtimonium et b. *Paulus Theodorus Carpouius* in *Animaduerſionibus philologico-critico-ſacris pag.* 30. *not.* f. et alii, quos adduxit *Chriſtianus Ludouicus Schlichterus* in *Symbolis literariis Bremenſibus Tom.* I. *Part.* II. *pag.* 94. 95. a quo etiam haec de cauſa non immerito inter *plagiarios literarios* refertur.

Tom. I. *pag.* 1075. 1076. III. rc51. Primam editionem *Michlal Iophi Conſtantinopoli* prodiiſſe, utroque in loco *Wolfius* affirmat. Cum vero in inſcriptione hebraica operis locus editionis exprimatur per בקושטנדינה, coniectura *b. Danzii* a *Wolfio* Tom. IV. pag. 990. in medium adducta, quod editio haec prodierit *Conſtantinae*, quae vicina fuit urbs patriae eius Fezzae, in Africa ſita, mihi quidem videtur veriſimilis, quae etiam iis, quas antea de patria *Salomonis Ben Melech* attulimus, commode ſatis reſpondet. Interim legantur ea, quae *Wolfius* loc. cit. huic ſententiae oppoſuit. Caeterum hanc ipſam editionem eſſe

antiquiſſimam, in dubium vocari nequit. Licet enim in Catalogo librorum *Iohannis de la Faye* antiquior adferatur, quae *Amſtelodami* 1445. prodierit, hanc tamen ipſam iam *Proſper Marchandius* et nuperrime *Iohannes Bernhardus Derooſius* in *diſquiſitione de hebraicae typographiae origine et primitiis. Cap.* VIII. §. 2. *pag.* 92. iure meritoque pro falſa et ſuppoſititia declararunt.

Tom. I. pag. 1075. lin. 15. addatur ad vocem *iterumque apud Wolfium*: ſed paginis diſcrepans, quod hic ad marginem obſeruauit b. *Tympius.*

SCHALMON *ben* IERUCHAN (*num.* 2027.) *Tom.* I. *pag.* 1083. Ex errore ſcripſit hoc in loco *Wolfius* noſter, Rabbinum *Saadiam* fuiſſe eius praeceptorem, quod ipſe ingenue fatetur *Tom.* III. *pag.* 1067. Falſitas huius commenti Wolfiani iam exinde patet, quod *Wolfius* in vita *R. Saadiae Gaon* narrauerit, *R. Schalmon ben Ierucham* Karaeum fuiſſe *R. Saadiae* praeceptorem. Vid. *Wolf. Biblioth. hebr. Tom.* I. *pag.* 933. *num.* 1753.

SCHEMUEL (*num.* 2031.) *Tom.* I. *pag.* 1084. Perpauca de hoc Iudaeo refert *Wolfius* noſter, et ſe, quis fuerit, neſcire fatetur. Floruit vero hic Iudaeus ſaeculo X. in patria vrbe *Sem* regni Maroccani, in qua ipſe munere Antiſtitis Synagogae Iudaicae defunctus fuit. Conſcripſit librum *de Aduentu Meſſiae* inſtar *Epiſtolae ad R. Iſaacum Magiſtrum Synagogae in vrbe Subſulmetana* eiusdem regni Maroccani. Libellum ipſum ex originali textu Arabico in linguam *latinam* translatum 1338. per *Alphonſum Bonihominis*, Monachum, ex antiquo Manuſcripto in lucem publicam edidit *Paulus Eliae Trautmannus*, *Goslariae* 1706. 8. qui in praefatione praemiſſa varia congeſſit ad hiſtoriam vitae auctoris huius et ipſius libri ſpectantia. Appendicis loco quoque idem *Trautmannus* hunc librum ſubiunxit ſuo tractatui *vom ſchlafenden Welikinde Goslariae* 1706. 8. excuſo. Caeterum conferas de hoc ſcripto *Hallervordii Bibliothecam curioſam ſub artic. Samuel*, *Calixtum* in *Tract. de immortalitate animae et reſurrectione mortuorum. Cap.* V. *theſ.* 10. et *Wolfium* in *Bibliotheca hebr. Tom.* I. *pag.* 1099. et III. 1100.

SCHEMUEL ALGAST (*num.* 2038.) *Tom.* I. *p.* 1086. Liber eius חורשים, quem *Wolfius* num. 3. memorat, prodiit quoque Wilmersdorfii 1721. fol. cuius editionis mentionem fecit *Io. Chriſtian. Wibelius* in *conſignatione librorum ex typographia Wilmersdorfienſi Iudaica editorum.* Vid. *Relat. innox. de reb. nouant. theol. ad annum* 1743. *pag.* 511.

SCHEMUEL BEN ELCHANAN (*num.* 2039.) *Tom.* I. *pag.* 1087. IV. 993. *num.* 3. Libellus hic a *Wolfio* adlatus permultas continet obſeruationes grammaticas

ticas ad interpretationem sacri codicis Veteris Testamenti facientes, teste *Wagenseilio* in *Notit. libr. Rabbin. pag.* 28.

SCHEMUEL *fil.* ELIAKIM GETZ (*num.* 2042.) *Tom.* I. *pag.* 1089. Vocatur a *Wolfio* iudex Synagogae *Schwersentz*, quae est ciuitas Poloniae maioris prope Posniam sita.

SCHEMUEL BEN R. IEHUDA VALERIO (*num.* 2072.) *Tom.* I. *p.* 1097. III. III. 1098. Prior liber huius doctoris Iudaici non constat foliis 112. vti *Wolfius* affirmat, sed complectitur plagulas 28. et posterior eius tractatus *num.* 2. memoratus 26. plagulas.

SCHEMUEL IUDAEUS (*num.* 2076.) *Tom.* I. *pag.* 1099. III. 1100. ad *num.* 2. *lin.* 3. *Alphonso Bonohomine*) melius: *Bonhomine*, et addas: *Ordinis Praedicatorum Monacho.*

Caeterum versionibus huius *Epistolae* addas versionem *graecam* plane ignotam et ignoratam quoque ab ipso *Wolfio* nostro, in qua obseruetur praefatio eidem praemissa *Iosephi Plusiadeni Episcopi Methonensis* ad annum Christi 1497. referenda, quae ex *Catalogo codicum manuscriptorum bibliothecae regiae Taurinensis Taurini* 1749. fol. *impresso Tom.* I. *pag.* 259. commemorata est ab auctoribus *Actorum Lipsiensium eruditorum latinorum ad annum Christi* 1752. pag. 440. Eiusdem fere raritatis est quoque versio *Polonica* seu translatio facta per *Iacobum Paulum Radlinski*, eiusdem adnotationibus aucta, quae prodiit *Lublini* typis collegii societatis Iesu 1733, 8. complectens 2. Alphab. In fine adiecta sunt supplementa quaedam libri huius, quorum maxima pars res Iudaeorum in Polonia concernit. Vid. *Ianozkii Poloniam literatam nostri temporis. Part.* I. *pag.* 66.

SCHEMUEL IAPHE (*num.* 2086.) *Tom.* I. pag. 1105. III. 1109. num. 6.) Editionem huius scripti *Wolmersdorfiensem* de anno 1714. commemorat *Io. Christian. Wibelius* in *Relatione innoxiis in rebus nouantiquis theologicis* 1743. *pag.* 111. De argumento eius obseruat, illud explicationem homileticam τοῦ *Vajikra Rabba* in se continere.

SCHEMUEL *Sacerdos* DE PISA (*num.* 2092.) *Tom.* I. *pag.* 1106. III. 1111.) Liber hic a *Wolfio* memoratus forte idem est ille, cuius mentionem fecit *Iohannes Steuhnerus* in *der Iüdischen Abc Schule* §. 5. pag. 7. Saltem ea, quae de argumento illius perhibet, cum iis accurate conueniunt, quae *Wolfius* de eodem obseruat.

SCHEMUEL *ben* MEIR (*num.* 2101.) *Tom.* I. *pag.* 1109. *lin.* 5. a fine paginae: *combuſſerit.*) Haec narrat praeter alios *Io. Georg. Schelhornius* in *Commentat. de libris combuſtis*, *Amoenitat. literar. Tom.* VII. *pag.* 126.

Tom. I. *pag.* 1110. *lin.* 7. *ad Cap.* IX. Gorrigas haec ita ſcribendo: *cap.* VI, 3. prouti correxit *b. Danzius* in ſuo exemplari.

SCHEMUEL SIRSA (*num.* 2123.) *Tom.* I. *pag.* 1113. III. 1117. IV. 996. Quod ad dogmata eius attinet, ſtatuebat inter alia aeternitatem mundi. Vt alia hic omittam teſtimonia, unum tantum *R. Menaſſeh Ben Iſrael* teſtimonium hac de re adferam. Scripſit iſte in libro ſuo *de Creatione Problem* III. *pag.* 9. de eodem ſequentia: „Huius opinionis, mundum fuiſſe aeternum, auctor ex„titit R. Samuel Sirſa, autor libri Michlal Iophi, qui a iudicibus viuicomburio „adiudicatus eſt, annitente ad hoc R. Iſaaco Capanton atque aliis pluribus ſapien„tibus, vti perſcriptum eſt in notis Sepher Iuchaſin.„ Hinc non immerito hic Iudaeorum doctor a *b. Reimanno* in *Introductione in hiſtoriam Theol. Iudaicae. pag.* 613. *Atheiſmi* accuſatur; ſaltem iſte ab Atheiſmo theoretico ſubtiliori vix excuſari poterit.

Tom. I. *pag.* 1114. III. 1118. *num.* 3. *Buxtorfius* iamdiu in *Bibliotheca* ſua *rabbinica pag.* 378. *edit. Baſileenſ.* 136. *edit. Herborn.* de libro *Mekor chajim* refert, ſe audiiſſe, quod hic liber ſit *Commentarius in ſcripta Aben Ezrae exegetica*, qui imprimis obſcurius dicta, quae ſpeciatim in eiusdem Commentario in *Pentateuchum* occurrunt, explanat, ſimulque aliorum doctorum Iudaicorum ſententias exponit, quod obſeruauit quoque *Richardus Simon* in *Hiſtoria critica Veter. Teſtam. Lib.* III. in *Catalogo adiecto auctorum Iudaicorum, pag. m.* 153. ed. latin. Proinde refert *Daſſouius* in *Tractatu de mortuorum reſurrectione ex Iudaeorum ſententia Dedicat. b.* 3. in hoc ſcripto quoque monimentis *R. Moſis Maimonidis*, *Rabbi Samuelis Tybbonidae* et *R. Schem Tobh* ſaepius lucem neceſſariam adfundi. Vide etiam *Io. Sauberti Palaeſtr. philolog. theolog. pag.* 237.

SCHEMUEL FHEIRSCH (*num.* 2129.) *Tom.* I. *pag.* 1115. *ſequ.* III. 1122. IV. 997. Praeter eas, quas *Wolfius* hic memorat libri *Beth Schemuel* editiones quoque *R. Schabtai* eundem *Dyrenfurti* 1691. *fol.* prodire fecit, cuius editionis facta eſt mentio ab auctore *indicis librorum Dyrenfurtenſium* in *Bibliotheca nouae eruditi orbis. Tom.* I. *Part.* IX. *pag.* 656. *ſequ. num.* 2.

SCHEMUEL FRIDERICUS BRENZIUS (*num.* 2131.) *Tom.* I. *pag.* 1116. Hunc ad *Chriſtianorum* ſacra conuerſum demum anno 1610. ſacro fonte tinctum fuiſſe

ma-

memorarunt *Wolfius* et *Fabricius* in *Historia Bibliothecae Fabricianae*. *Part.* V. *pag.* 356. Cum vero conuersio eius ad fidem puriorem in annum 1601. incidat, id quod ex *praefatione* libri sui *Iüdischer Schlangenbalg* liquido probauit *Theophilus Sincerus* in loco meo adferendo, baptismus eius paulo antiquior anno 1610. celebratus fuisse omnino videtur. Caeterum de conuersione eius paulo immitius indicat *Baylius* referente eodem *Sincero*. Librum eius, *Iüdischer abgestreiffter Schlangenbalg* inscriptum abeunius recensuit *Theophilus Sincerus* in *Collect. antiq. et rarior. libror. german. Part.* III. *p.* 268. qui hunc librum inter rariores retulit. Editionem *Io. Wülferi latinam*, cuius plenior titulus est: Theriaca Iudaica ad examen reuocata scripta Amoebaea Samuelis Friderici Brenzii et Samuelis Zephi Apellae; nunc primum cum versione latina et animaduersionibus edita a Io. Wulfero. Noriberg. 1681. in Quarto, uberius recensuit nonnemo in *Actis eruditorum Lipsiens. latin. de anno* 1682. *pag.* 205. Conferenda quoque sunt *Andreae Caroli Memorabilia saeculi a nato Christo* XVII. *Tom.* I. *ad annum Christi* 1614. *pag.* 354. *sequ.*

SEMCHA *fil.* GERSCHON (*num.* 2150.) *Tom.* I. *pag.* 1123. III. 1130. sequ. Teste *Buxtorfio* in *Catalogo librorum Iudaic.* b. 10. prodiit hic liber *Schemoth* inscriptus in quarta forma.

SCHEM TOBH (*num.* 2156.) Rectissime *editionem Ferrariensem* hic a *Wolfio* ad annum C. 1556.) referri, licet alibi ab eodem *Wolfio* propter epigraphen in fine huius *sepher haemunoth* existentem ad annum C. 1557. referatur *Tom.* III. *pag.* 1134. obseruat *Io. Bernhard. Derossi in Tract. de Typographia Ferrarienfi. Cap.* III. *pag.* 41.

SCHIMON HADDARSCHAN (*num.* 2163.) *Tom.* I. *pag.* 1130. III. 1138. Editionem *Francofurtensem*, quae anno 17[illegible]9. fol. prodiit, plenius recensuit vir doctus in *Bibliotheca noua librorum orbis eruditi. Tom.* I. *Part.* V. *pag.* 400. *sequ.*

SCHIMON *fil.* IOCHAI (*num.* 2175.) *Tom.* I. *pag.* 1134. sequ. III. 1141. IV. 1000. Licet *Wolfius* noster in describendo libro Theologiae Iudaicae antiquissimo *Sohar* et in editionibus eius potioribus recensendis multum operae et studii impenderit, varia tamen sunt, quae his addi possent. Plurima tamen eorum iam adduxit in commentatione literaria de hoc libro summe venerabilis *D. Io. Frideric. Hirtius. Bibliothec. oriental. exeget. Part.* VII. *num.* 1. *pag.* 3. 18. quorum in descriptione lectores meos hic non morabor, cum hoc opus *Hirtii* in plurimorum manibus versari confido. Quaedam de auctore, antiquitate et cha-

charactere huius libri hic subiicio, quae profecto harum rerum peritis minus ingrata futura erunt. Auctorem eius in Christianorum numerum referunt *Guilielmus Postellus* et *Christianus Schoettgenius*. Prioris locum iam ex *Glaseneri Comment. de gemino Iudaeorum Messia. Cap.* III. §. 2. *not.* b. *pag.* 151. descripsit *Hirtius loc. citat. pag.* 7. Posterior anno 1735. edidit dissertationem, qua probare conatus est, *R. Simeonem filium Iochai* auctorem libri *Sohar* religione fuisse *Christianum*. Impugnauit hanc sententiam *b. Iust. Mart. Glaserus* in *Diatribe philologica*, in qua Christian. Schoettgenii dissertatio docens; R. Simeonem filium Ipchai auctorem libri Sohar, religione fuisse Christianum, modeste examinatur, et contrarium potius euincitur, illum non fuisse Christianum, Hildesiae 1736. 4. edita, cuius summa narratur in *Relation. Hamburgenses eruditis de anno* 1736. 4. *pag.* 495. sequ. Quam sententiam quoque idem *Glaserus* amplius defendit in *Tractatu de duplici Iudaeorum Messia, Hildes. et Lipsiae* 1737. 4. excuso. Respondit ei *Christ. Schoettgenius* in *Horis* suis *hebraicis et Talmudic. Tom.* II. *Cap.* IV. *pag.* 935. sequ. quo in libro etiam b. *Glaseneri commentatio* Cap. III. pag. 918. sequ. inserta legitur. Ad tempus, quo exaratus est hic liber, quod spectat, Iudaei nuncupant eius auctorem *Simeonem ben Iochai*, qui eundem in spelunca quadam, in quam prae timore persecutionis confugerat, composuisse fertur a Iudaeis. Ex recentioribus *Schoettgenius loc. citat.* §. 1. scribit: „*Opus hoc* (*Sohar*) *venerandae vetustatis est*, quippe cuius auctor extremis Apostolorum temporibus vixit, et Patres Apostolicos, quos vocamus, Ignatium, Polycarpum, et alios aequales habuit.„ Idem *loc. cit. pag.* 938. affirmat, librum hunc saltem ante tempora *quinti* post Christum natum *saeculi* adfuisse inter Iudaeos, qui tamen eundem occultauerint, quod iis ipsis eius doctrina de Messia displicuerit. Interim antiquitas huius libri merito suspecta videtur, cum ante tempora saeculi XIII. nemo Iudaeorum istum adduxerit, et in dubium vocatur a b. *Gustau. Georg. Zeltnero in der genauen Untersuchung des seltsamen Jüdischen Wahns von dem Tekupha Blut.* (*Francof. et Lipsi.* 1734. 8.) *pag.* 149. 150. et not. d. ibidem. *Iust. Mart. Glaserо* in *Comment. de gemino Iudaeorum Messia. Cap.* III. §. 2. *pag.* 152. et *Philip. Ernest. Christfels* im *neuen Judenthum. Part.* VI. *cap.* 4. Inter eos, qui studiose et data opera argumenta *Buxtorfii* pro neganda antiquitate huius libri adlata (*Vid. Wolf. Tom.* I. *pag.* 1136. *sequ.*) pluribus defendere conati sunt, prae aliis conferendus erit *Fridericus Strunzius in Historia Bardesanis et Bardesanistarum* (*Witteb.* 1710.) *pag.* 49. Vid. *Bibliotheca noua librorum orbis eruditi. Tom.* II. *Part.* XV. *pag.* 210. Aliorum sententias de tempore compositionis huius *Sohar* memorat *Buddeus in Historia Philosophiae Hebraeor.* §. 29. *pag.* 135. sequ. Haec et alia exposuit uberius summe venerabilis *Hirtius loc. cit.* Rationem scribendi, qua compositus est hic liber quod attinet, liber est obscurissimus, qui, licet quaedam mysteria fidei christianae tradat, tanta tamen

tamen obscuritate eadem saepius inuoluat, ut obscurum per aeque obscurum explicetur in hoc libro, id quod imprimis de mysterio Trinitatis personarum diuinarum valet, cuius in hoc scripto fit mentio, quod etiam fatetur *Zeltnerus loc. cit. pag.* 152. *sequ.* 169. *not.*

Ceterum hic ipse liber *Sohar* occasionem dedit eruditis, ut varia ratione lucem eius locis obscurioribus accendere laborarent. Pertinent huc praeter *Nic. Lütkens* scriptum a *Wolfio Tom.* I. *pag.* 1138. et *Tom.* IV. 1001. adductum *Ioh. Poszakowskii*. Rectoris Collegii Nesuisiensis in Polonia *Animaduersiones criticae in R. Simeonis Iochai librum Sohar inscriptum. Varsauiae*, ex typographia Societatis Iesu 1749. quod constat 1. Alphab. plagul. 16. Huic adiungenda sunt duo alia scripta, quae imprimis ad illustrandam Iudaeorum Theologiam ex hoc libro multum adferunt. Vnum est *Godofr. Christoph. Sommeri Spec. Theol. Soharicae*, quod *Gothae* 1734. 4. prodiit. Alterum, quod praeter scripta superius adlata in lucem prodire curauit b. *Christian. Schoettgenius*, sub titulo: *Specimen Antiquitatum hebraicarum ex libro Sohar. Dresdae* 1751. 4. cuius summam exhibent Auctores der *vollständigen Nachrichten von kleinen academischen Schrifften ad annum* 1751. *pag.* 730. *sequ.*

Tom. I. *pag.* 1142. *num.* 5. *lin.* 1. *in* 4.) Octauam formam huic editioni tribuit *b. Danzius* ad marginem exemplaris sui.

SCHIMON *ben* KAIIFA (*num.* 2185.) *Tom.* I. *pag.* 1146. III. 1153.) Tempus vitae eius incidit in annum Christi 740. teste *Buxtorfio Biblioth. rabbinic. pag.* 66. *edit. Herbornens.*

Tom. I. *pag.* 1147. *lin.* 1. Quae hic *Wolfius* noster obseruat, hunc Iudaeorum doctorem in scripto suo *Halachoth gedoloth* unicum tantum constituisse articulum fundamentalem fidei, scilicet de existentia Dei, confirmat quoque *Reimannus* in *Introduct. in historiam Theologiae Iudaicae pag.* 70. calculo *Abarbanelis*, qui eundem totum suum systema ex *Rambam* desumsisse affirmat.

SCHIMON *ben* ZEMACH DURAN (*num.* 2187.) *Tom.* I. *pag.* 1148. IV. 1002. *num.* 3. Ad argumentum libri *Magen abhoth* quod spectat, continet confutationem fidei Mohammedicae, quod obseruarunt *Hottingerus* in *Bibliotheca orientali Lib.* III. *Part.* II. *cap.* 1. *pag.* 21. et *Reimannus Histor. theol. Iudaic. pag.* 99.

SCHIMSCHON EX SCHANTZ (*num.* 1213.) *Tom.* I. *pag.* 1154. מירוש In omnibus editionibus *Gemarae* Tomo ultimo vocatur בבא הרוסית, quod hic adnotauit *b. Danzius* ad marginem exemplaris sui Bibliothecae hebraicae.

ת.

TARPON vel TREPHON (*num.* 2231.) *Tom.* I. *pag.* 1161. De controuersia inter eruditos agitata, num hic Iudaeus idem fuerit, qui cum *Iustino Martyre* colloquium instituerit, quod in operibus eius extat, uberius conferas *Wolfii* nostri *Biblioth. hebr. Tom.* II. *pag.* 836. et *Tom.* IV. *pag.* 334. una cum supplementis meis ad priorem locum.

M. HERMANN. FRIDERIC. KOECHERI
REVEREND. MINISTER. VINAR. CANDIDAT.

NOVA BIBLIOTHECA HEBRAICA

SECVNDVM ORDINEM BIBLIOTHECAE HEBRAICAE

B. IO. CHRISTOPH. WOLFII

DISPOSITA

ANALECTA LITERARIA

HVIVS OPERIS

SISTENS.

CVM PRAEFAMINE

IO. GOTTFR. EICHHORNII

SERENISSIMO SAXO-VINARIENSIVM ET ISENACESIVM DVCI A CONSILIIS AVLICIS LINGVAR. SACRAR. ET ORIENTALL. PROFESSORIS PVBL. ORD. IN ACADEMIA IENENSI.

Pars II.

IENAE,
IMPENSIS HARREDVM C. H. VNONIS
MDCCLXXXIV.

NOVA
METHODICA MEDICA
SECUNDUM ORDINEM
BIBLIOTHECAE MEDICAE
B. IO. CHRISTOPH. WOLFII

PRAEFATIO EICHHORNII.

Solebant olim, qui libro alicui praefandi munus in se ſuſceperant, id ſibi officii injunctum arbitrari, ut auctoris conſilium, et qua arte illud perfectum fuerit reliquaeque libri dotes exponerent, et quidquid ad eum eiusque ſcriptorem commendandum faceret, ſedulo commemorarent. Quam rationem qui ſequebantur, cum tanquam ex tripode plerique pronunciarent, ſibique magnam auctoritatem vel ipſi vindicarent, vel tanquam ab universo orbe litterato peculiariter conceſſam ſibi gratularentur, mihi quidem ſemper de ſe paullo arrogantius ſtatuere, lectoresque pariter et auctores, quibus ſe comites adjungebant, velut inſolentia et vanitate quadam offendere viſi ſunt. Ego certe analectis ad bibliothecam Wolfianam a clariſſimo Koechero congeſtis praefationis ſcribendae negotium eo conſilio nec olim in me ſuſcepi, ut horum exemplo imitarer, nec id conſilii tum habuiſſem, illud iam ad Volumen poſterius ſine levitatis vitio exſequi poſſem, cum clariſſimi auctoris ſtudia, quae doctiſſimorum virorum imprimisque magni illius litterarum orientalium ſtatoris, Illuſtris Michaelis, ſuffragiis iam ornata ſunt, meae profecto qualicunque commendationis commode carere poſſint. Id vero mihi conſtitutum erat, de libro Wolfiano, qui eiusmodi eſt, ut ſemel iterumque auctus locupletari tamen atque ornari denuo poſſit, una atque altera obſervatiuncula bene mereri. Superiori anno, cum Volumen analectorum horum prius prodiret, libris, quos ſeponere muneris mei ratio non permittebat, quo minus id, quod mihi propoſitum erat, exſequerer, obſtabant; iam cum Volumen etiam poſterius totum fere typis exſcriptum eſſe nunciatur, ecce iisdem diſtineor curis, quae novam telam exordiri prohibent. Vt tamen fidem datam vel aliqua ſaltem ratione liberem, ſubjiciam ex ſcriniis meis commentationis alicuius prolixioris ſummam, refe-

SCHEMUEL *ben* MEIR (*num.* 2101.) *Tom.* I. *pag.* 1109. *lin.* 5. a fine paginae: *combuſſerit.*) Haec narrat praeter alios *Io. Georg. Rhelhornius* in *Commentat. de libris combuſtis*, *Amoenitat. literar. Tom.* VII. *pag.* 126.

Tom. I. *pag.* 1110. *lin.* 7. *ad Cap.* IX. Gorrigas haec ita ſcribendo: *cap.* VI, 3. prouti correxit *b. Danzius* in ſuo exemplari.

SCHEMUEL SIRSA (*num.* 2123.) *Tom.* I. *pag.* 1113. III. 1117. IV. 996. Quod ad dogmata eius attinet, ſtatuebat inter alia aeternitatem mundi. Vt alia hic omittam teſtimonia, unum tantum *R. Menaſſeh Ben Iſrael* teſtimonium hac de re adferam. Scripſit iſte in libro ſuo *de Creatione Problem* III. *pag.* 9. de eodem ſequentia: „Huius opinionis, mundum fuiſſe aeternum, auctor ex„titit R. Samuel Sirſa, autor libri Michlal Iophi, qui a iudicibus viuiconiburio „adiudicatus eſt, annitente ad hoc R. Iſaaco Capanton atque aliis pluribus ſapien„tibus, vti perſcriptum eſt in notis Sepher Iuchaſin.„ Hinc non immerito hic Iudaeorum doctor a *b. Reimanno* in *Introductione in hiſtoriam Theol. Iudaicae. pag.* 613. *Atheiſmi* accuſatur; ſaltem iſte ab Atheiſmo theoretico ſubtiliori vix excuſari poterit.

Tom. I. *pag.* 1114. III. 1118. *num.* 3. *Buxtorfius* iamiam in *Bibliotheca* ſua *rabbinica pag.* 378. *edit. Baſileenſ.* 136. *edit. Herborn.* de libro *Mekor chajim* refert, ſe audiiſſe, quod hic liber ſit *Commentarius in ſcripta Aben Ezrae exegetica*, qui imprimis obſcurius dicta, quae ſpeciatim in eiusdem Commentario in *Pentateuchum* occurrunt, explanat, ſimulque aliorum doctorum Iudaicorum ſententias exponit, quod obſeruauit quoque *Richardus Simon* in *Hiſtoria critica Veter. Teſtam. Lib.* III. in *Catalogo adiecto auctorum Iudaicorum, pag. m.* 153. ed. latiu. Proinde refert *Daſſouius* in *Tractatu de mortuorum reſurrectione ex Iudaeorum ſententia Dedicat. b.* 3. in hoc ſcripto quoque moniuentis *R. Moſis Maimonidis*, *Rabbi Samuelis Tybbonidae* et *R. Schem Tobh* ſaepius lucem neceſſariam adfundi. Vide etiam *Io. Sauberti Palaeſtr. philolog. theolog. pag.* 237.

SCHEMUEL FHEIBSCH (*num.* 2129.) *Tom.* I. *pag.* 1115. *ſequ.* III. 1122. IV. 997. Praeter eas, quas *Wolfius* hic memorat libri *Beth Schemuel* editiones quoque *R. Schabtai* eundem *Dyrenfurti* 1691. *fol.* prodire fecit, cuius editionis facta eſt mentio ab auctore *indicis librorum Dyrenfurtenſium* in *Bibliotheca noua eruditi orbis. Tom.* I. *Part.* IX. *pag.* 636. *ſequ. num.* 2.

SCHEMUEL FRIDERICUS BRENZIUS (*num.* 2131.) *Tom.* I. *pag.* 1116. Hunc ad *Chriſtianorum* ſacra conuerſum demum anno 1610. ſacro fonte tinctum fuiſſe

ma-

memorarunt *Wolfius* et *Fabricius* in *Historia Bibliothecae Fabricianae. Part.* V. *pag.* 356. Cum vero conuersio eius ad fidem puriorem in annum 1601. incidat, id quod ex *praefatione* libri sui *Iüdischer Schlangenbalg* liquido probauit *Theophilus Sincerus* in loco mox adferendo, baptismus eius paulo antiquior anno 1610. celebratus fuisse omnino videtur. Caeterum de conuersione eius paulo immitius iudicat *Baylius* referente eodem *Sincero*. Librum eius, *Iüdischer abgestreiffter Schlangenbalg* inscriptum uberius recensuit *Theophilus Sincerus* in *Collect. antiq. et rarior. libror. german. Part.* III. *p.* 268. qui hunc librum inter rariores retulit. Editionem *Io. Wülferi latinam*, cuius plenior titulus est: Theriaca Iudaica ad examen reuocata scripta Amoebaea Samuelis Friderici Brenzii et Samuelis Zephi Apellaei; nunc primum cum versione latina et animaduersionibus edita a Io. Wulfero. Noriberg. 1681. in Quarto, uberius recensuit nonnemo in *Actis eruditorum Lipsiens. latin. de anno* 1682. *pag.* 205. Conferenda quoque sunt *Andreae Caroli Memorabilia saeculi a nato Christo* XVII. *Tom.* I. *ad annum Christi* 1614. *pag.* 354. *sequ.*

SIMCHA *fil.* GERSCHON (*num.* 2150.) *Tom.* I. *pag.* 1123. III. 1130. sequ. Teste *Buxtorfio* in *Catalogo librorum Iudaic.* b. 10. prodiit hic liber *Schemoth* inscriptus in quarta forma.

SCHEM TOBH (*num.* 2156.) Rectissime *editionem Ferrariensem* hic a *Wolfio* ad annum C. 1556.) referri, licet alibi ab eodem *Wolfio* propter epigraphen in fine huius *sepher haemunoth* exstantem ad annum C. 1557. referatur *Tom.* III. *pag.* 1134. obseruat *Io. Bernhard. Derossi in Tract. de Typographia Ferrariensi. Cap.* III. *pag.* 41.

SCHIMON HADDARSCHAN (*num.* 2163.) *Tom.* I. *pag.* 1130. III. 1138. Editionem *Francofurtensem*, quae anno 1709. fol. prodiit, plenius recensuit vir doctus in *Bibliotheca noua librorum orbis eruditi. Tom.* I. *Part.* V. *pag.* 400. *sequ.*

SCHIMON *fil.* IOCHAI (*num.* 2175.) *Tom.* I. *pag.* 1134. sequ. III. 1141. IV. 1000. Licet *Wolfius* noster in describendo libro Theologiae Iudaicae antiquissimo *Sohar* et in editionibus eius potioribus recensendis multum operae et studii impenderit, varia tamen sunt, quae his addi possent. Plurima tamen eorum iam adduxit in commentatione literaria de hoc libro summe venerabilis *D. Io. Frideric. Hirtius. Bibliothec. orientat. exeget. Part.* VII. *num.* 1. *pag.* 3. 18. quorum in descriptione lectores meos hic non morabor, cum hoc opus *Hirtii* in plurimorum manibus versari confido. Quaedam de auctore, antiquitate et cha-

charactere huius libri hic subiicio, quae profecto harum rerum peritis minus ingrata futura erunt. Auctorem eius in Christianorum numerum referunt *Guilielmus Postellus* et *Christianus Schoettgenius*. Prioris locum iam ex *Glaseneri Comment. de gemino Iudaeorum Messia. Cap.* III. §. 2. *not.* b. *pag.* 151. descripsit *Hirtius loc. citat. pag.* 7. Posterior anno 1735. edidit dissertationem, qua probare conatus est, *R. Simeonem filium Iochai* auctorem libri *Sohar* religione fuisse *Christianum*. Impugnauit hanc sententiam *b. Iust. Mart. Glaserus* in *Diatribe philologica*, in qua Christian. Schoettgenii dissertatio docens, R. Simeonem filium Ipchai auctorem libri Sohar, religione fuisse Christianum, modeste examinatur, et contrarium potius euincitur, illum non fuisse Christianum, Hildesiae 1736. 4. edita, cuius summa narratur in *Relation. Hamburgensium eruditis de anno* 1736. 4. *pag.* 495. sequ. Quam sententiam quoque idem *Glaserus* amplius defendit in *Tractatu de duplici Iudaeorum Messia, Hildes. et Lipsiae* 1737. 4. excuso. Respondit ei *Christ. Schoettgenius* in *Horis* suis *hebraicis et Talmudic. Tom.* II. *Cap.* IV. *pag.* 935. sequ. quo in libro etiam b. *Glaseneri commentatio* Cap. III. pag. 918. sequ. inserta legitur. Ad tempus, quo exaratus est hic liber, quod spectat, Iudaei nuncupant eius auctorem *Simeonem ben Iochai*, qui eundem in spelunca quadam, in quam prae timore persecutionis confugerat, composuisse fertur a Iudaeis. Ex recentioribus *Schoettgenius loc. citat.* §. 1. scribit: „*Opus hoc* (*Sohar*) *venerandae vetustatis est*, quippe cuius auctor extremis Apostolorum temporibus vixit, et Patres Apostolicos, quos vocamus, Ignatium, Polycarpum, et alios aequales habuit.„ Idem *loc. cit. pag.* 938. affirmat, librum hunc saltem ante tempora *quinti* post Christum natum *saeculi* adfuisse inter Iudaeos, qui tamen eundem occultauerint, quod iis ipsis eius doctrina de Messia displicuerit. Interim antiquitas huius libri merito suspecta videtur, cum ante tempora saeculi XIII. nemo Iudaeorum istum adduxerit, et in dubium vocatur a b. *Gustau. Georg. Zeltnero in der genauen Vntersuchung des seltsamen Iüdischen Wahns von dem Tekupha Blut.* (*Francof. et Lipsi.* 1734. 8.) *pag.* 149. 150. et not. d. ibidem. *Iust. Mart. Glasenero* in *Comment. de gemino Iudaeorum Messia. Cap.* III. §. 2. *pag.* 152. et *Philip. Ernest. Christfels* im *neuen Iudenthum. Part.* VI. *cap.* 4. Inter eos, qui studiose et data opera argumenta *Buxtorfii* pro neganda antiquitate huius libri adlata (*Vid. Wolf. Tom.* I. *pag.* 1136. *sequ.*) pluribus defendere conati sunt, prae aliis conferendus erit *Fridericus Strunzius in Historia Bardesanis et Bardesanistarum* (*Witteb.* 1710.) *pag.* 49. Vid. *Bibliotheca noua librorum orbis eruditi. Tom.* II. *Part.* XV. *pag.* 210. Aliorum sententias de tempore compositionis huius *Sohar* memorat *Buddeus in Historia Philosophiae Hebraeor.* §. 29. *pag.* 135. sequ. Haec et alia exposuit uberius summe venerabilis *Hirtius loc. cit.* Rationem scribendi, qua compositus est hic liber quod attinet, liber est obscurissimus, qui, licet quaedam mysteria fidei christianae tradat, tanta tamen

tamen obscuritate eadem saepius inuoluat, ut obscurum per aeque obscurum explicetur in hoc libro, id quod imprimis de mysterio Trinitatis personarum diuinarum valet, cuius in hoc scripto fit mentio, quod etiam fatetur *Zeltnerus loc. cit. pag.* 152. *sequ.* 169. *not.*

Ceterum hic ipse liber *Sohar* occasionem dedit eruditis, ut varia ratione lucem eius locis obscurioribus accendere laborarent. Pertinent huc praeter *Nic. Lütkens* scriptum a *Wolfio Tom.* I. *pag.* 1138. et *Tom.* IV. 1001. adductum *Ioh. Poszakowskii*. Rectoris Collegii Nesuisiensis in Polonia *Animaduersiones criticae in R. Simeonis Iochai librum Sohar inscriptum... Varsauiae*, ex typographia Societatis Iesu 1749. quod constat 1. Alphab. plagul. 16. Huic adiungenda sunt duo alia scripta, quae imprimis ad illustrandam Iudaeorum Theologiam ex hoc libro multum adferunt. Vnum est *Godofr. Christoph. Sommeri Spec. Theol. Soharicae*, quod *Gothae* 1734. 4. prodiit. Alterum, quod praeter scripta superius adlata in lucem prodire curauit b. *Christian. Schoettgenius*, sub titulo: *Specimen Antiquitatum hebraicarum ex libro Sohar. Dresdae* 1751. 4. cuius summam exhibent Auctores der *vollständigen Nachrichten von kleinen academischen Schrifften ad annum* 1751. *pag.* 730. *sequ.*

Tom. I. *pag.* 1142. *num.* 5. *lin.* 1. *in* 4.) Octauam formam huic editioni tribuit *b. Danzius* ad marginem exemplaris sui.

SCHIMON *ben* KAIIRA (*num.* 2185.) *Tom.* I. *pag.* 1146. III. 1153.) Tempus vitae eius incidit in annum Christi 740. teste *Buxtorfio Biblioth. rabbinic. pag.* 66. *edit. Herbornens.*

Tom. I. *pag.* 1147. *lin.* 1. Quae hic *Wolfius* noster obseruat, hunc Iudaeorum doctorem in scripto suo *Halachoth gedoloth* unicum tantum constituisse articulum fundamentalem fidei, scilicet de existentia Dei, confirmat quoque *Reimannus* in *Introduct. in historiam Theologiae Iudaicae pag.* 70. calculo *Abarbanelis*, qui eundem totum suum systema ex *Rambam* desumsisse affirmat.

SCHIMON *ben* ZEMACH DURAN (*num.* 2187.) *Tom.* I. *pag.* 1148. IV. 1002. *num.* 3. Ad argumentum libri *Magen abhoth* quod spectat, continet confutationem fidei Mohammedicae, quod obseruarunt *Hottingerus* in *Bibliotheca orientali Lib.* III. *Part.* II. *cap.* 1. *pag.* 21. et *Reimannus Histor. theol. Iudaic. pag.* 99.

male habita et corrupta, quae tamen ad hanc causam negligi non debent. Superfunt scholia Origenis, in quibus textus hebraei lectionem saepe prodidit; superfunt codices LXX. interpretum hexaplares, ex quibus, licet temporis injuria ac librariorum negligentia non raro corruptis, extundi saepius potest, quae fuerit hebraei codicis, ad quem in Hexaplis digesti sunt, ratio. Qui fontes si in subsidium vocantur, vix ulla lectio reperietur, quae non item e Masorethis notata, contra vero conspirabunt duo libris nostris manuscriptis vel contra reliquorum interpretum in vertendo libertatem. Vel in apertis vitiis, in corruptelis etiam, hiatibus, lacunis et interpolationibus *).

Quamquam autem ex nostra quidem opinione ad tantam antiquitatem assurgat ea bibliorum hebraicorum recensio, quae per Masorethas ad nos propagata est: longe tamen abfumus ab ea superstitione, quae multorum nostra ac majorum memoria animis insedit, ut ex antiquitate auctoritatem metiamur. Satis jam supra fumus vulnera sacri codicis altius inflicta videri, quam ut iis a Masorethis medela afferri potuerit; nec a sola antiquitate recensionis alicuius laus et auctoritas pendere debet, sed a solertia etiam, fide et acumine eius, qui eam constituit. Jam quidem nec aetas, qua orta est, favebat, nec ratio, qua condita est, eo deducebat, ut auctores, quas potissimum in textu constituendo secuti sint leges, testatas facerent, nunc autem et eius indoles et lectionum in ea servandarum habitus satis docet, eos libros scriptos ex suo judicio optimos et suo tempore antiquissimos adhibuisse. Nec verendum est, ne acumini suo plus quam aequum esset tribuerint, et ingenio proprio indulserint. Obstabat huic novandi pruritui et superstitio, quae de codice suo sacro eorum animos occupaverat, et artis criticae infantia, in qua primum periculum faciebant. Quin gratulemur textui biblico tanquam singularem aliquam fortunam, quod qui de eo recensendo cogitarent critici primi liberalius illud conjecturis emendandi genus non tentaverint. Bene enim ac feliciter divinare, quid quovis loco aliquis fuis suspecto auctor scripserit, res est magnae doctrinae, et ingenii multis variisque litteris imbuti, acuminis longa exercitatione subacti, sagacitatisque haud vulgaris. Sed quam futurum certo fuisset, ut id criseos genus ab Judaeis male haberetur, argumento sunt partim conjecturae illae parum felices, quas [illegible] nominant, partim Pentateuchus Samaritanus, multis sordibus conquinatus. Nec possumus Masorethicarum eadem ac religionem an superstitionem dicam? majori in luce collocare, quam comparatione editionis masorethicae cum samaritana instituta, quarum posterior tot scatet aberrationibus, interpolationibus ac jejunis unius seu plurium criticastrorum emblematibus, ut vix vicesima earum lectionum pars, in quibus a libris Judaeis discedit, aliquam veritatis speciem prae se ferat **). Quae

*) Video cel. *Bruunium* in eadem opinione esse in *Repertorio lit. bibl. et orient.* T. XIII. p. 166.

**) Ut rem ex duobus tantum capitibus, primo et secundo Geneseos, petitis exemplis declare-

PRAEFATIO.

Posset quidem graeca LXX. interpretum versio fundamenti loco poni, cui de textus biblici ducentis ante Christum annis conditione disputatio superstruatur. At cum illa temporis injuria tam male habita sit, eaque iam seculo post Chr. nat. tertio fugillata, et suffusa tot livoribus et ulceribus a librariis et criticis audaulis esset, ut Origenes interpretem saepe in interprete quaereret; nec ea post Origenis medelam meliora fata experta fuerit: sane lacunam hanc lutosam praestat praeterire, quam textus hebraici multo limpidiorem, quem historia testatur, fontem rivulis lutosis turbidum reddere. Quid enim ab interpretum manibus profectum sit raro exsculpi potest: nec ad quaestionem nostram enodandam facit id, de quo saepius ac melius constat, quas Origenes vel librariorum aberrationes vel criticorum male sedulorum interpretamenta et emblemata damnaverit, quidve alibi inseruerit textui, ut lacunas suppleret, et id genus alia.

Qui igitur de fide, qua ab Esra sive a condita inde bibliotheca sacra textus biblicus propagatus sit, certi aliquid statuere velit, lectionum ad Masorethas transmissarum ingenii ac naturae rationem habeat necesse est. Quam tamen in disquisitionem difficilem quidem sed dignitatis plenam et fructuosam qui descendere velit, is parum adhuc profecerit, si unam vel alteram tantum ad Masorethas propagatam ab inde ad nos transmissam lectionem pro-

nem tamen movet Aquilae cum textu samaritano consensus, qui alias semper a partibus Masoretharum stare soleat; et consuli profecto in posterum e re foret codd. de lectione κατὰ τοὺς ἑβδομήκοντα ἡμῶν Aquilae in Hexaplis adscripta. Gen. II. 1. Pro השביעי samaritani omnes הששי, item versio samaritana, LXX, Syrusque exculus (*septimum* tamen diem ex syro exhibere dicitur Ephraem syrus in commentariis). Si librorum et interpretum numero aliquid expediri potest, lectio codd. Iudaicorum praestat quam Vulgata, uterque, Onkelos et Pseudojonathan et ὁ Ἑβραῖος (codex hebr. quo Hieronymus usus est), Syras etiam ex recensione Ephraemi syri exhibent. Nec tamen et hic ex testium numero quidquam effici potest, praeter id, utramque lectionem valde antiquam esse, et utramque librorum et interpretum sectam lectionem sibi peculiarem constanter tueri. Argumenta vero, quae vocant, interiora ex carminis materia et structura petita et id genus alia Masorethis favent. De die enim *sexto* loqui iam desiverat poëta in fine capitis primi (I. 31.), nec carminis, quod ubique eminet artificium, poëtaeque summum, quod ubique conspicuum est, judicium novam diei *sexti* mentionem facile permisit. Quod si paullo subtilius videatur, animum ad membrorum parallelismum advertamus, qui diei *sexti* commemoratione male tollitur. Nec difficultas, quae lectionem masorethicam premit, est praetermittenda, qua qui die sexto opus suum iam ad finem perduxerit Deus, id idem die demum septimo absolvisse dicitur. Ex quo etiam fonte samaritana lectio profluxisse censenda est, quae interpolatricem manum nimis aperte prae se fert. II. 4. Pro ארץ ושמים samaritani omnes, LXX, Syrus, Vulgata שמים וארץ, mutato artificiose verborum ordine, quoniam paullo ante et alibi in carmine pri[illegible] I. 14. 19.) coelum terrae anteceserat. Praestant autem codices masorethici [illegible]rabe utroque et tribus Chaldaeis. Quis enim verborum ordinem sub-

probabilem in medium attulerit; ad habitum potius universum, et conditionem totam integrorum adeo librorum redeundum est: quae si fidem scribarum testatam faciat, patebit, singularem aliquam per omnia secula fortunam expertum esse corpus nostrum biblicum. Nos quidem, quibus campum hunc vastum totum emetiri non licet, paucis tantum sed ad quaestionem nostram aptis exemplis defungemur.

Scriptor Geneseos, quisquis tandem ille fuerit, id omnino sibi propositum habebat, ut rerum ab ultima inde antiquitate gestarum memorias, quales scriptis iam consignatas accepisset, ita vulgaret, ut ex pluribus libellis unum componeret, et historiarum, quas diversi diversarum aetatum homines exposuerant, aliquod corpus conderet. Non ferebat id, ad quam pertinebat aetas, ut libros antiquiores excerperet, eorumque argumenta suo more et ex suo ingenio digereret et ordinaret, sed eos integros, ipsis eorum verbis descriptis, in suum librum transferret. Quo tramite cum incederet scriptor ille antiquus, id iam liber Geneseos habet peculiare, ut membra ac frusta scriptorum in unum corpus collectorum possint dignosci, et quae cuique dicendi ratio familiaris fuerit exsculpi. Cernitur autem potissimum auctorum horum diversitas in nominum divinorum usu, quorum aliis Deus constanter יהוה, aliis אלהים, aliis יהוה אלהים audit. Iam si antiqui

 post

subtili hac ratione constituat, aut novam nostram sectionem ad primi capitis artificia exigat, quod ab alio prorsus auctore profectum est? II. 12. Pro וארץ הרוא Samaritani omnes (ut masorethici quatuordecim) וארץ הוויא, ex emendatione grammatici, quem archaismus offendebat. . . II. 24. Ad והיו לבשר אחר triplex notanda est varietas. Primum libri scripti samaritani praeter unum omnes habent והיה משניהם לבשר אחד; nec ab iis differt samaritanus interpres, nisi in eo, quod verbum in plurali (והיו) efferat; והוו משניהון לבשר חדה. Deinde apud nonnullos interpretes LXX, Vulgatam, et Syrum invenitur והיו שניהם לבשר אחר. Tandem codd. masorethici omnes cum Onkelosо et utroque Arabe legunt והיו לבשר אחד. Iam quod ad lectionem samaritanis libris peculiarem attinet, והיה משניהם לבשר אחד, sive משניהם a שנים concipias, ut interpres samaritanus sive a singulari aliquo משנה (*duplicitas* quasi) semper laborabis. Si priorem rationem sequaris, sensum prorsus nullum ex tota propositione extundere poteris; si posteriorem, purissimum Geneseos dicendi genus sequiore samaritanismo pollutum, adeoque locum nostrum interpolatum credere necesse erit. Quod utrumque ut amoveretur, cod. samaritanus unus, 363, בשר pro לבשר reposuit, hoc sensu: *et ex ambobus illis fieri solet caro una* h. e. ambo illi intime conjungi solent, vel (nisi paullo longius petitum videatur) ex iis soboles progigni solet (ut Ill. *Michaelis* exposuit in bibl. orient. et exeget. T. XXI. p. 190.). Patet igitur, [illegible] samaritanam tot esse difficultatibus impeditam, ut quo jure possint critici r[illegible]n tuendo et textui masorethico inferendo vocabulo שניהם ad samaritanos libros provocare vix divinare possis. Quid autem impedit, quo minus textum samaritanum apertae im-

poſt Eſram librarii nomina divina inter ſe permutandi libertatem ſibi ſumſiſſent, qui fieri potuiſſet, ut vera illa ac genuina nominum divinorum alternandorum ratio a Maſorethis ad nos propagaretur, qui tamen artificioſam hanc diverſorum nec unius aetatis hiſtoricorum in Geneſi factam collectionem ignoraverint, nec ad eam quidquam potuerint conſtituere.

Aliud eiusdem generis argumentum peti poteſt ex Iobo. Pertinebat id ſive ad artificium ſive ut alii volunt ad aetatem carminis, ut Iehovae nomen, quod in prologo promiſcue occurrit, in ipſo carmine, hoc eſt, in Iobi eiusque confabulatorum ſermonibus ſolicite evitaretur; nec ab hac lege recedunt libri noſtri, niſi ſequiorum librariorum nonnullorum incuria aliquibus in locis. Quae conſtantia argumento eſſe poteſt, obſcura ac ſuperſtitioſa diligentia ad Maſorethas usque Iobum noſtrum fuiſſe tranſcriptum.

Nec ſilentio praetereunda eſt peculiaris orthographia, quae regnat in libris bibliothecae ſacrae poſtremis, ex antiquioribus vero exulat; quam ſive ut mihi quidem videtur ad ipſum autographon, ſive ad exemplar valde antiquum, ex quo libri ſequiores ducti ſunt, referendam cenſeas, evincit tamen ſedulitate ſumma vel antiquiſſimos librarios Maſorethas noſtros aetate ſuperantes textum noſtrum biblicum propagaſſe.

Verum haec omnia a me eo dicta ſunt, ut quo loco textus noſter maſorethicus habendus ſit, perſpicuum fiat. Procul certe abſum ab ea ſuper-

interpolationis arguamus? Quidquid ex ſuperioribus ſtatues, in mendo certe cubat. Scribamus, ais, quod LXX. cum Vulgata ac Syro exhibent והיו שניהם לבשר אחד, ut omnia expedita ſiant. Recte quidem; verum ſi olim ita ſcriptum fuerit, quo quaeſo miraculo factum eſt, ut librarii ad lectionem delaberentur, quae vel prorſus omni ſenſu caret vel hebraismo puro foedum ſamaritanismum infert? Ergo ſtatuamus potius, primam ſamaritanorum ſcriptionem cum maſorethica והיו לבשר אחד conſpiraſſe, eſſe autem poſtea ab interpolatrice manu tentatam. Gloſſator enim ille, quisquis fuerit, cum ex orationis ſerie intelligeret, de marito et uxore dici, eos in unum quaſi corpus coaleſcere, margini forſitan nulla quam textus exhibebat conſtructionis ratione habita allevit gloſſema משניהם *ex ambobus illis*. Quod cum mala librarii cuiusdam ſedulitate textui intruderetur, monſtrum illud conſtructionis oriri debuit והיו משניהם לבשר אחד, quod etiam in antiquiſſimo codice ſamaritano, quem conſulere poſſumus, in eo ſcilicet, quem interpres ſamaritanus ante oculos habuit, expreſſum vidimus. Poſtea locum manifeſte affectum varie tentarunt ſamaritani ipſi; alii in verbo plurali והיו mendum quaeſiverunt, ſublatoque eo (quaſi משניהם ſingularis eſſet a nomine aliquo משנה *) והיה in textum ſatis infeliciter receperunt, unde lectio nunc in ſamaritanis libris regnans enata eſt; alii ut vocabulum משניהם poteſtas ſua vulgaris maneat, בשר pro לבשר ſcripſere (והיה משניהם *et ex ambobus illis fieri ſolet caro una*) ut ſolus codex 363 nunc legit. — Iam reverſo cui lectio שניהם innitebatur fundo, ſua ſponte corruunt, quae

*) Quaſi diceres: *duplicitas eorum fieri ſolet caro una.* Confer ſimilia exempla Deuter. XXIII. 15. Dan. I. 15.

perſtitione, ut omnem omnino criſin a ſacro codice arcere, atque intra Maſorae anguſtiam me ubique continere velim. Id vero lugeo, opes noſtras criticas omnes ex uno tantum fonte profluere, nosque in ſumma rerum abundantia inopes vivere. Vt enim fatear, quod res eſt, ex quo ſtadium illud, in quo iam decurro, ingreſſus ſum, id mihi inprimis moleſtum fuit, quod me a ſupellectili critica iis in locis prorſus deſtitutum viderem, in quibus ejus auxilium requiderabam, in ceteris, quae nullum novae opis deſiderium faciebant, me ejus copia obrutum quaſi ſentirem. Vt enim in locis aperte corruptis libri omnes et interpretes antiqui conſpirant in corruptelam, ita in locis mutilis hiant, vel ineptis pannis lacinias adſuunt. Quod mihi quidem argumento eſt, veteris Teſtamenti libros omnes, ſi unum forte atque item alterum excipias ex uno exemplo ſive vetere aliquo codice ſed temporis injuria male habito et mutilo ad poſteritatem eſſe transmiſſos, e quo omnes codices antiquiores aeque qui perierunt, ac recentiores quos habemus, tanquam e communi fonte fluxerint. Nec repugnat hiſtoria. Qui enim poſt exilium babylonicum rempublicam Iudaeorum inſtauraſſe dicuntur, iidem gentis ſuae libros ſacros ex urbis excidio et populi exilio tanquam e naufragio ſervatos in unum corpus collegiſſe memorantur. Iam vero caſus ille, cui haec litteraturae hebraeae fragmenta et membra debemus vel ſervavit unicum tantum cuiuslibet ſcriptoris exemplum, vel eorum ſaltem in manus conjecit, qui inter rempublicam conſtituendam de bibliothe-

quae ipſi noſtra praeſertim aetate ſuperſtructa ſunt, nec quidquam praeſidii habent, qui vocabulum שניהם textui maſorethico inſerendum jubent. LXX certe interpretes vel ſpuriam ſamaritanorum lectionem in illum, quem exhibent, ſenſum detorſiſſe, vel ex eodem fonte, quo interpolator ſamaritanus, ex ſerie nimirum orationis, hauſiſſe putandi ſunt; ſcriptoresque Novi Teſtamenti verſionem graecam more ſuo ſequuntur: verſio porro latina vel graecae verſionis vel novi Teſtamenti veſtigia legit. Neque movet me Pſeudojonathanis et compilatoris Targ. Hieroſolymitani exigua auctoritas, qui eum eo tempore viverent, quo maſorethica recenſio ſola inter Iudaeos regnabat, vocem שניהם de ſuo adjeciſſe cenſendi ſunt. Qui enim potuiſſet שניהם illud e libris Iudaicis prorſus evaneſcere, ſi recenti horum interpretum aetate adhuc in codicibus maſorethicis aliquibus locum habuiſſet? Et cum ſupra effeciſſe nobis videamur, nullum illi praeſidium vel e codd. Samaritanis peti poſſe; ſequitur poſſe illud libris Iudaicis, qui nuſpiam eius veſtigium vel leviter preſſum prodant, vana tantum conjectura intrudi. Tandem, ut uno complectar, Onkeloſ vetuſti illius et ſeduli interpretis, qui שניהם illud ignorat major eſſe debet auctoritas, quam valde recentium interpretum Pſeudo Ionathanis et compilatoris Hieroſolymitani, qui de ſuis tot lacinias adſuere ſolent. Nec praetermittenda ſunt verborum Dei peritiſſimorum Arabum, polyglotti et Erpeniani pro Maſorethis ſuffragia. Sic equidem ſentio, innixus etiam praecepto illi inter criticos vulgari, ſeſpuendam eſſe lectionem, quae ſua natura gloſſam ſapit, id quod profecto de שניהם pronunciandum eſt; quidquid autem alii ſtatuant, hoc tamen nemo negabit, textum ſamaritanum hodiernum interpolatione eſſe vitiatum. Ne

ca etiam ſacra reparanda cogitarunt, vel ſi plura forte exempla ſervata fuerunt, quod ſeculi illius a critica ſedulitate alieni indoles ita ferebat, nullo delectu facto, quod ad manum proxime fuerat exemplum ad bibliothecam ſacram in[illegible]randam eſt adhibitum, aut illud praecipue, quod vetuſtate ſe maxime co[illegible]mendabat, ex ſitu autem aut caſu quodam vitium fecerat. Quidquid horum ſtatuas, nihil refert; bibliotheca enim ſacra ſemel inſtituta illud exemplar principatum obtinuit, quod et omn[illegible] hebraeae antiquitatis reliquias in uno quaſi corpore continebat, et, ut fert ingenium humanum, a ſacro templi loco, ubi ſervabatur, neſcio quam ſanctitatem, praeſtantiae et auctoritatis ſpeciem erat nactum. Reliqua, ſi forte adfuerunt librorum exemplа negligebantur, ſive quod aliquas tantum bibliothecae ſacrae partes continerent et pro corporis mutili fruſtis tantum et membris haberentur, ſive quod a religione auctoritatem nullam conſecutae eſſent, ſive quod introductis (ut ajunt) poſt exilium babylonicum quadratis, ut vel nunc habemus, litterarum ductibus, quos a patria chaldaicos nominant, a paucis legi poſſent litteris antiquioribus exarati libri. Iam cum membra haec ac fruſta corporis illius ſacri, quae ſeparatim aderant, a librariis, ſi unum forte aut alterum libellum, ut Danielem, Ieremiam, alios excipias, nova nulla ſcriptione propagarentur, et repetterentur, ea vetuſtate ac ſitu vel caſu periiſſe probabile eſt. Scrib. Ienae d. V. Mart. MDCCLXXXIV.

PRAE-

Ne[illegible]n in textum ſamar. injurii videamur, lectionem illam ſilentio non praeteribimus, cuius ille princeps eſt auctoritas, licet nec e codicibus maſorethicis exulet. Scilicet Genes. I. 11. Samaritani omnes, cum verſione ſamaritana, LXX. Vulgata, Syro utroque, et Pſeudoionathane יעץ habent; textus vero maſorethicus typis expreſſus, ejusque codices quam plurimi, item Onkeloſus, Aquila, et textus Origenis hebraeo-graecus (εσφεζι) exhibent עץ, omiſſa copula. Favet ſamaritanis codicibus genius et ſtructura carminis, quod de induſtria quaſi aſyndeta omnia vitare videtur, ſi a commate 27 diſceſſeris, qui tamen locus eſt e genere prorſus alio. Poſſet quidem Maſoretharum defenſor paulo ſubtilior urgere, nec in libris maſorethicis prorſus deſiderari lectionem cum copula, quam codices duo, 507. 532, a ſcribae ſaltem manu exhibeant. Verum in conſtituendo textu maſorethico (non dico textu genuino, et ad primam integritatem propius accedente) audiendi non ſunt codd. ſupra memorati, quorum ſcriptio prior, nunc eraſa, (יעץ) ex verſu 12. procul dubio petita fuit, nec reprehendendi ſunt codd. horum cenſores, qui ad mentem certe Maſorae copulam vocabulo עץ a ſcriba praefixam recte damnaverint. Poſſet quidem in ſamaritanis etiam libris copula ex verſu [illegible] huc translata videri, at id tamen h. l. pro certo non affirmem, non quidem propter librorum ſamaritanorum in copula addenda conſtantiam ſolam multoque minus propter interpretes veteres, quorum ſane tum in ſe ſpectata exigua auctoritas eſt, quoties de copula vel addenda vel demenda quaeſtio agitur, tum inprimis h. l. eſſe debet, cum copulam adjecerint ii omnes, qui (LXX. interpretibus exceptis) e libris Iudaicis verſiones ſuas confecerunt, quos tempore adeo Aquilae et Origenis lectionem vulgarem exhibuiſſe vidimus.

PRAEFATIO AVTORIS.

Propoſitum meum de diſponenda bibliotheca hebraica nova in Wolfiani operis ſupplementum publici iuris facienda haud diſplicuiſſe viris, quorum accuratiſſimum in re critica iudicium mecum veneratur orbis eruditus, vehementer laetatus ſum. Horum excitatus aequiſſimis iudiciis, Lectori benevolo trado alteram partem huius Bibliothecae hebraicae novae res complexam, quae ad Criticae ſacrae Veteris Teſtamenti et Iudaicae gentis reliquam literaturam ſpectant, quam ut aequi bonique conſulat, etiam atque etiam rogo. Equidem haud ignoro, huiusmodi generis opus, quod molitus ſum ex notitia bibliothecarum exterarum uti etiam ex commercio eum Iudaeis cuiuscunque regionis per literas inſtituto inſignem in modum augeri poſſe, et nullus huius literaturae peritus facile dubitabit, egregia eſſe haec adminicula. Quae autem cum defuerint mihi, ſicut etiam fortaſſis pluribus deſunt, praeſtiti ſaltem quod potui, et ſi quid errauerim in his, et ego humani alienum a me puto nihil. Neque detrectabo ſupplementa operis mei, quae potius mihi erunt gratiſſima, ſi eadem mihi suppeditentur eadem ratione, qua Partem primam Bibliothecae meae vir literatiſſimus recenſuit in Ephemeridibus Goettingenſibus cuius ſupplementa ad uſum operis mei adhibui, quod ex mantiſſa ſupplementorum Partis primae huic ſecundae in fine adiecta apparebit. De viris celeberrimis, Tychſenio, De Roſſio aliisque, quorum merita circa orientalis literaturae notitiam inter eruditos ſatis conſtant, certiſſime confido, eos pro ſingulari qua pollent Orientis notitia proque ingenti quem poſſident librorum orientalium apparatu, ſi e re ſua duxerint, uberrimam bibliothecam orientalem adornaturos eſſe. Interim, cum hi ipſi viri eiusmodi laborem huc usque non ſuſceperint, ſymbolas meas ad bibliothecam hebraicam ſupplendam ex quibuscunque quos adire licuit fontibus non absque futuro uſu hauſtas eſſe, ſperandum eſſe cenſeo.

Sed iuvat me nunc conferre ad ea, quae circa Partem primam B. H. meae novae monuit cenſor Helmſtadienſis in re critica facile verſatiſſimus. Reprehendit iſte vir celeberrimus, me hac in parte iſtorum Rabbinorum notitiam tantum ſuppleviſſe, de quibus iam verba fecerit Wolfius, alios autem ſicco pede praetermiſiſſe. Probe hoc ſcio, ſed ſuo tempore omnia perveniunt ad ſcopum.

Nam-

PRAEFATIO AVTORIS.

Namque capellas
Ipſe, ubi tempus adeſt, omnes in fonte lauabo.
Nondum ſumma procul villarum culmina fumant,
Maioresque cadunt nondum de montibus umbrae.

Neque egō nego neque umquam negaui, me praetermiſiſſe in parte priori omnia, quae in ſequenti poſteriori id eſt ſuo loco et tempore mihi indicanda erant. Quod ſi quis velit dicere omiſſionem, per me licebit, ſed eiusmodi omiſſionem, cuius neceſſitatem ſcopus meus congerendorum Analectorum ad Wolfianum opus mihi impoſuit, hinc cuivis aequo lectori ut ſpero excuſatam. Ne nimia mole excreſceret liber, Iudaeos exiguae famae tranſii ſicco pede, et imprimis tetigi memoratu digniores eosque de interpretando ſacro codice, illuſtranda Critica ſacra aliisque ſublimioribus diſciplinis optime meritos. Quae Wolfio debui, ei non detraxi, ne iſtos imitari viderer, qui huic immortalis nominis viro plumas detrahentes, ubi in narratione editionum ſcriptorum Rabbinicorum verſantur, ea, quae Wolfius iamdudum tacta reliquit, pro ſuis venditant inuentis. Exempla, niſi odioſa eſſent, haud ex longinquo forent petenda. Fontes meos, ex quibus hauſi, optima fide indicaui, ne aliorum honori aliquid eripere viderer. Reliqua fere omnia, quae monuit cenſor doctiſſimus Helmſtadienſis, ita ſunt comparata, ut partem primam in lucem editam plane non ſpectent, ſed occul[illegible]ncernant, de quibus eccleſia non iudicat, nimirum editiones bibliorum hebraicorum in parte ſecunda huius libri demum recenſendas, et nonnulla ſupplementis noſtris ad partem Wolfiani operis quartam addenda, quae huic ſecundae parti inſerenda erant. Hinc valde miratus ſum, me loco memorato fuiſſe monitum de omiſſa editione conſeſſuum Haririi per Io. Vri adornata, cuius notitiam non demum ex recenſione Helmſtadienſi, ſed potius ex [illegible]ill. Michaelis Bibliotheca orientali hauſtam feci in ſupplementis meis ad Tomum IV. Bibliothecae hebr. Wolfianae pag. 776. num. 218. ad quem locum eadem pertinet. Fortaſſe autem cenſor meus eodem fonte uſus amice mihi acclamare volu[illegible]lud Virgilii:

Sunt nobis mitia poma,
Caſtaneae molles, et preſſi copia lactis.

Dies diem docet, et eiusmodi opus literarium, quale ego molitus ſum, etiam in poſterum augeri poterit ſupplementis, quae omnibus, quorum intereſt et mihi erunt gratiſſima, ſi cum humanitate, quae Criticum decet, ſuppeditentur. Caeterum vale L. B. et his vtere feliciter. Dab. e muſeo d. XXV. Mart. MDCCLXXXIV.

ANA-

ANALECTA AD TOM. II. BIBLIOTH. WOLFIANAE.

AD SECT. I. DE CANONE BIBLICO.

Pag. 2. Inter eos, qui ſententiam, quod *Eſdras* canonem biblicum ſcriptorum Veteris Teſtamenti collegerit, impugnarunt, eamque pro ſomnio mere Iudaico et Talmudico venditarunt, fuit etiam *Iohannes Eberhardus Rauius*, Profeſſor quondam Herbornenſis, qui hanc ſententiam palam damnauit in ſua *Diatribe de ſynagoga magna in qua Iudaeorum de ſenatu quodam Hieroſolymitano poſt ſolutam captiuitatem Babyloniorum ab Eſdra conſcripto famoſa traditio examinatur.* *Traiecti ad Rhen.* 1726. 4. Veſtigia eiusdem quoque preſſit *Chriſtoph. Hauemannus* in *Symbolis literariis Bremenſibus*, *Tom.* III. *Part.* III. *pag.* 463. qui ſimul citato loco varia erudite ſatis obſeruauit, quibus ex Talmudis et Rabbinorum ſcriptis illuſtrari poteſt iſta ſententia.

Pag. 5. *Honcampii* liber media fere hac pagina a *Wolfio* adlatus excuſus eſt *Moguntiae* 1690. 8, et conſtat plagulis 15.

Pag. 22. *Tom.* IV. *pag* 5. Veſtigia nonnulla memoratorum hic a *Wolfio* *Ittur* et *Tikkun Sopherim* memoratu digniora *Chriſtophorus Hauemannus* in ſuo *Hyle ex ſcriptis Iudaeorum ad criticam ſacram ſpectante* adduxit. Vid. *Symbol. literar. Bremenſ. Tom.* III. *Part.* III. *pag.* 489. *ſequ.*

Pag. 23. Iudaeos vel in ipsis minutiis sacrum codicem spectantibus maxime diligentes imo superstitiosos se praebuisse integritatis sacrarum paginarum custodes, praeter alios imprimis citatus *Hauemannus* ex Talmude probare conatus est. Vid. *Symbol. literar. Bremens. Tom.* [illegible] *Part.* III. *pag.* 483. Caeterum de uniuerso argumento, quod scilicet Iud[illegible] obiecta iisdem criminatione corruptionis librorum antiqui foederis merito [illegible] liberandi legi meretur *Iohannis Balthas. Burkhardi* Commentatio *de Iudaeis corruptionis Veteris Testamenti falso insimulatis*, quae separatim prodiit *Basileae* 1733. postea autem etiam *Miscellaneis Duisburgensibus* a *Daniele Gerdesio* editis *Tom.* II. *Fascic.* I. *pag.* 96. 115. inserta est.

Pag. 25. IV, 7. Vitae *Iohannis Morini* uberiorem descriptionem suppeditauit *Iohannes Petrus Niceronius* in *Memoriis de rebus gestis et scriptis eruditorum clarissimorum. Part.* IX. *pag.* 30. 48. *Version. german.* Librum vero eius doctis viris notissimum, qui inscribitur: *Exercitationes ecclesiasticae et biblicae*, eiusque editionem auctiorem *Parisiensem* posthumam plenius recensuit b. *Baumgartenius* in *Relationibus de libris memoratu dignis. Tom.* X. *Part.* 55. *pag.* 18. 24.

Pag. 27. *lin.* 15. *Io. Cooperus.* Rectius vocatur *Iosephus Cooper.* Liber eius, cuius pleniorem descriptionem *Baumgartenius loc. cit. pag.* 24. sequ. exhibuit, non tantum *Cappello*, sed etiam omnibus reliquis impugnatoribus et aduersariis integritatis textus Masorethici est oppositus. Plenior titulus eius est sequens: *Domus mosaicae clauis siue Legis sepimentum. In quo punctorum hebraicorum adstruitur antiquitas: eaque omnia, cum accentualia tum vocalia ipsis litteris fuisse coaeua, argumentis undique petitis demonstratur. Quae vero in contrarium ab Elia Leuita Primipilo, Ludouico Cappello, D. Doctore Waltono, Iohanne Morino et Gordonio Huntlaeo, eius asseclis et interpolatoribus, cum paucis aliis in castra Eliana [illegible]teratoria pertractis adducuntur, multa cum fidelitate examini subiiciuntur et diluuntur, quotquot sunt omnia. Auctore Iosepho Cooper, Anglo.* — *Londini* 1673. 8. Commendatur hoc scriptum potissimum a *Baumgartenio* propter breuitatis suae laudem iis lectoribus, qui aliorum librorum inopia laborant, licet alias eius auctor tum nihil noui protulerit, tum bonum ordinem saepius neglexerit.

Ad scripta *Ludouici Cappelli* quod attinet, prius, quod *Criticae sacrae* praemisit, cuius *Wolfius* noster mentionem fecit, sequenti ratione est inscriptum: *Ludouici Cappelli Diatriba de veris et antiquis Ebraeorum literis, opposita D. Io. Buxtorfii de eodem argumento dissertationi, item Ioseph. Scaligeri aduersus eiusdem reprehensiones defensio, et ad obscurum Zoharis locum illustrandum breuis exercitatio. Amstelodami* 1645. apud Elzeuir. — Hoc scriptum excepit *Critica* eius *sacra Veteris Testamenti*, quae una cum eiusdem *Commentariis et notis criticis in Vetus Testamentum* primarium locum in numero scriptorum Critici huius tenet. Editionis tempus huius Criticae sacrae non cum *Wolfio* ad annum 1660. referendum erit, sed potius iam anno 1650. prodiit, uti obseruat b. *Baumgartenius loc. citat.*

pag.

pag. 14. cui uberiorem recenſionem huius prioris editionis debemus, quae extat in eiusdem *Relationibus de libris memoratu dignis. Tom.* X. *Part.* 55. *pag.* 9. 14. Cum vero noſtris temporibus rarior fieri inciperet haec editio originalis inter Germanos, *b. Georgius Iohannes Ludouicus Vogelius*, Profeſſor quondam Halenſis, nouam editionem eius edere curauit. *Partem primam* tantum ipſe edidit, quae libros tres priores eius complexa eſt, Halae 1775. 8. maj. Cum vero morte praematura impediretur *Vogelius*, quo minus telam coeptam pertexere poſſet, poſt eius mortem celeb. *Io. Gothofred. Scharfenbergius* libros tres poſteriores ſeu Partem ſecundam huius operis *Halae* 1778. maj. prodire curauit. Quatuor appendices editioni *Pariſienſi* adiectae in hac editione omiſſae ſunt, adiectae vero ſunt loco earundem doctiſſimae animadverſiones ad ipſum *Cappelli* opus. Caeterum laudatur et valde commendatur haec editio recentiſſima in *Bibliotheca Mietauienſi theologica uniuerſali Tom.* XII. *pag.* 155. *ſeq.*

Pag. 28. in medio. *Epiſtolas Arnoldi Bootii* et *Ludouici Cappelli ad Iacob. Uſſerium* datas, quarum *Wolfius* hic mentionem fecit, quae *Criticam Cappelli* et controuerſiam de integritate textus hebraici veteris Teſtamenti concernunt, pluribus recenſuit *b. Iacob. Wilhelm. Blaufuſius* in *vermiſchten Beyträgen zur Erweiterung der Kenntnis ſeltener und merkwürdiger Bücher. Tom.* II. *pag.* 276. 279. *ſequ.*

Pag. 31. IV. 8. *Richard. Simon.*) De libro eius huc ſpectante, *Hiſtoire critique du Vieux Teſtament* inſcripto, pluribus conferendi ſunt *Iohannes Fabricius* in *Hiſtoria Bibliothecae Fabricianae. Tom.* III. *pag.* 400. *ſequ.* et *b. Baumgartenius* in *Relation. citatis. Tom.* X. *Part.* 60. *pag.* 491. 498.

Pag. 32. *Ambruni reſponſio*, quam hic *Wolfius lin.* 10. memorat, recenſetur a *Baumgartenio loc. cit. pag.* 498. 499.

Pag. 34. *Apologiae pro auctore hiſtoriae criticae Veteris Teſtamenti*, quam *Wolfius* noſter *lin.* 2. *nepoti Simonii* tribuit, *Simonius* ipſe auctorem ſe profeſſus eſt *Simonius Tom.* III. *Bibliothec. critiq.* quae ſub *Monſ. de Sainjore* nomine prodiit, cap. 39. pag. 489. Vid. *Io. Chriſtoph. Mylii Bibliothec. Anonymor. et Pſeudonymor. pag.* 227. *num.* 56.

Pag. 33. *Opuſcula critica Richardi Simonii* iuxta inſcriptionem ſuam *Edimburgi* 1685. 4. maiori, typis Ioannis Calderwood. impreſſa eſſe obſeruat *Wolfius*. Prodierunt autem eadem vere *Roterodami* typis Leerſii. Quod idem etiam aſſerendum erit de ſcripto a *Rich. Simonio* ſub nomine ficto *Hieronymi le Camus* edito, cuius *Wolfius* paulo infra mentionem fecit. Caeterum utriusque ſcripti rarioris recenſionem dedit *Baumgartenius Relation. de libris memoratu dignis. Tom.* X. *Part.* 60. *pag.* 500. *ſequ.*

Pag. 37. IV. 9. Librum *Marci Meibomii* huc ſpectantem, in quo etiam iſte auctor cogitata ſua de novo Poeſeos hebraicae ſyſtemate expreſſit, data opera recenſent *Baumgartenius* in *Relationibus de libris memoratu dignis. Tom.* I. *Part.* V.

pag. 395. 399. et *Georgius Ludolphus Otto Knochius* in *hiſtoriſch- critiſchen Nachrichten von einer Braunſchweigiſchen Bibelſammlung. Part.* I. *pag.* 42. *ſequ.*

Pag. 38. Aduerſariorum integritatis textus hebraici Veteris Teſtamenti agmen claudant duumviri doctiſſimi, quorum hic mentionem facere eo libentius malui, quo maiorem famam et gloriam ſcriptis ſuis conciliauerint ſibi prae anteceſſoribus ſuis, licet non inficiari poſſit, poſteriorem priori palmam gloriae fere praeripuiſſe. Sunt iſti *Carolus Franciſcus Houbigantius* et *Beniamin Kennicottus*, viri in re critica Veteris Teſtamenti memoratu digniſſimi. Recenſenda mihi erant hic utriusque ſcripta hiſtorice, quae ad Criticam Veteris Teſtamenti ſpectant, quae huc proxime pertinent, cum poſterioris merita in collatione codicum Manuſcriptorum Veteris Teſtamenti et nova Bibliorum hebraicorum ſplendidiſſima editione adornanda infra ſuis locis ſint praedicanda. Prius ſcriptum, quod *Houbigantius* in lucem publicam prodire curauit, ſub titulo: *Prolegomena in Scripturam ſacram*, editum eſt *Pariſiis* 1698. et poſtea 1748. 4. quae recenſentur ab auctoribus *Relationum Ienenſium de libris theologicis germanis. Tom.* VI. *Part.* 57. *pag.* 638. *ſequ.* Pollicebatur in hoc ſcripto eruditis, ſeſe poſt aliquod temporis ſpatium editionem bibliorum criticorum hebraicorum in lucem editurum eſſe, in quo textus maſorethicus ex variis codicibus manuſcriptis hebraicis *Pariſienſibus* correctius exhibendus ſit. Obſeruauit ſimul ibidem, codices manuſcriptos hebraicos, quibus huc usque in deſcribendis editionibus ſacri codicis uſi fuerint Philologi, maxima vitiorum et mendorum mole eſſe refertos, id quod praecipue de iis codicibus manuſcriptis, quibus doctiſſimus Rabbinus *Iacobus Ben Chajim* in adornanda ſecunda Bibliorum hebraicorum *Bombergiana* editione uſus fuerit, aſſerebat. Ipſum hoc aſſertum ei occaſionem praebuit longius procedendi et regulas criticas conſtituendi, quibus in ſua editione critica uti vellet. Recenſuit quoque diligentiſſime praecipuos fontes et ſubſidia, ex quibus materia obſeruationum ſuarum criticarum ſit haurienda, quo imprimis refert *Pentateuchum Samaritanum*, verſionem *graecam Alexandrinam* et *latinam Vulgatam*. Tandem aliquando opus iſtud longe exſpectatum criticum omni nitore typographico conſtructum ſub titulo: *Biblia hebraica cum notis criticis et verſione latina noua ad notas criticas facta auctore Carolo Franciſco Houbigant, Oratorii Ieſu Sacerdote, Pariſiis* 1753. *quatuor Tomis* in folio prodiit, quae editio textum hebraicum ſine punctis exhibet. *Notarum criticarum* recentior editio prodiit poſtea *Francofurti ad Moenum* 1777. in Quarto maiori, quae inſcripta eſt: *Caroli Franciſci Houbigantii — Notae criticae in uniuerſos Veteris Teſtamenti libros cum hebraice tum graece ſcriptos, cum integris eiusdem Prolegomenis ad exemplar Pariſienſe denuo recuſae*, Tomis *duobus* comprehenſae. Recenſuit editionem iſtam vir doctus in *Bibliotheca Mietauienſi theologica uniuerſali. Tom.* IX. *pag.* 75. 77. et in *Bibliotheca Lemgouienſi. Part.* XIII. p. 241. 246. Omnibus ac ſingulis fere libris Veteris Teſtamenti praemiſſa eſt in hoc opere ab *Houbigantio introductio critica* in eosdem, et vix dubitari poterit, quin in his Prolegomenis biblico-

blicorum librorum Veteris Teſtamenti permulta occurrant, quae aſſenſum cordatiorum Philologorum omnino merentur. Licet vero is non ſim, qui praeſtantiae huius libri aliquid detrahere audeat, id tamen non negandum eſt, *Houbigantium* noſtrum in peruertenda integritate textus maſorethici audaciſſimas ſaepius manus adhibuiſſe. Hinc non immerito b. D. *Io. Georgius Walchius* in *Bibliotheca theologica ſelecta Tom.* IV. pag. 178. de hoc opere ſequens iudicium expoſuit: „*Opus „hoc ob virtutes ſuas laudandum, ob vitia autem, quibus haud caret, vituperandum „eſt. Adiunxit ſe auctor ad tales criticos, quales Cappellus, Morinus, Simon al-„que alii fuerunt, ac facultate ſua de codice ſacro eiusque effatis iudicandi uſus eſt non „ut debebat, ſed ut voluit.*„ Vt vero de veritate huius iudicii eo melius conſtet, nonnulla breuiter hic de praecipuis et fere ſingularibus *Houbigantii* placitis et hypotheſibus adferam. Omnes fere codices manuſcriptos biblicos hebraicos hactenus cognitos damnat tamquam incertos, nimis iuniores et recentiores, a ſe inuicem ita diſcrepantes, ut vera lectio textus hebraici ex iisdem definiri nequeat. *Maſoram* uniuerſam et ſtudia Muſoretharum pro ridiculo et fere inani labore venditat, qua hypotheſi imprimis nititur ſententia eius de recentiori aetate punctorum vocalium hebraicorum. Imprimis omnem operam adhibuit, ut praeſtantiam *Pentateuchi Samaritani* quacunque occaſione confirmaret, quippe cui primarium locum inter ſubſidia criticae interpretationis Veteris Teſtamenti aſſignat, eumque omnibus fere codicibus hebraicis et noſtro textui maſorethico longe praeferendum eſſe cenſet. Hinc occurrunt in Opere eius praeſtantiſſima et accuratiſſima *Pentateuchi Samaritani excerpta*, quae omnino laudem merentur, qua ab eruditis Criticis excepta ſunt. Ad *emendationes* eius *criticas* quod attinet textus ſacri, paratiſſimum ſeſe oſtendit emendandi, reſecandi, inſerendi tum voces, tum ſegmenta, ubicunque vel minima obſcuritas textus Maſorethici ipſi appareret. In diiudicanda Maſora et hypotheſi de textu Pentateuchi Samaritani *Morini* veſtigia fere preſſit, in critica autem tractatione et lectionum variantium examine propria ſua principia ſecutus eſt, quae interdum ex ſententia ſummorum Philologorum veritati reſpondent, ſaepius autem per abuſum illegitimum precaria euadunt. His ita comparatis non mirandum eſt, quod varii iique doctiſſimi viri ſurrexerint, qui ſeſe conatibus *Houbigantii* audacibus fortiter opponerent, et integritatem textus hebraici Veteris Teſtamenti contra eundem maſcule tueri conarentur. Primus ex horum numero meretur nominari *Sebaldus Rauius*, Philologus Traiectinus, cuius *Exercitationes adverſus Caroli Franciſci Houbigantii Prolegomena in Scripturam ſacram* quinque annis 1761. et ſequentibus prodierunt, et poſtea quoque a *Io. Oelrichs* ſuis *Opuſculis Belgii literati hiſtorico-philologicis Tom.* I. *num.* 4. 5. II. 12. inſertae ſunt. Legi meretur earundem recenſio doctiſſima in *D. Erneſti Bibliothec. theolog. nov. Tom.* V. *Part.* 2. *pag.* 159. 178. VII. *Part.* 1. *pag.* 78. *ſequ.* VIII. *Part.* 7. *pag.* 641. *ſequ.* Poſtea eidem Houbigantio ſe oppoſuit *Iohannes Chriſtianus Kallius* in Examine criſeos *Houbigantianae in codicem hebraeum*, cuius

Specimen quintum Hafniae 1770. in Quarto prodiit. Quo etiam ſpectat *Caroli Stridsberg Examen notarum criticarum Houbigant. in Pſalmos. Specim.* I. Goettingae 1778. 8. Vid. *Michael. bibl. orient. Part.* XIII. *pag.* 61. 72. Varia quoque contra *Houbigantium* monuit Perilluſtris *Iohannes David Michaelis* variis in ſcriptis, praeſertim in *Collegio* in *Pſalmos tres Meſſianos critico* (*Francof. et Goetting.* 1759. 8.) Vid. *Erneſtii Bibliothec. theolog. nov. Tom.* I. *Part.* 1. *pag.* 26. *ſequ.*

Alter eorum, qui praecipue recentiſſimo tempore integritatem Veteris Teſtamenti impugnauit, eſt *Benjamin Kennicottus.* Notiſſimum eſt inter eruditos nomen et fama huius viri, quam ſibi propter editionem ſplendidiſſimam Hebraei codicis in erudito orbe conciliauit, de qua infra erit agendum. Negari nequit, hunc virum literatiſſimum omnem impendiſſe operam, ut veram lectionem textus ſacri hebraici ope codicum manuſcriptorum inter ſe collatorum reſtitueret, de quibus vero hic nihil plane adfero, cum haec infra ſint memoranda, ubi de uſu manuſcriptorum codicum Veteris Teſtamenti agendum erit. Hinc neceſſarium fere fuit, ut cum ſupra memoratis aduerſariis integritatis codicis hebraei eundem textum hebraeum, prouti in conſuetis editionibus legitur, pro corrupto et varie deprauato venditaret. Cum vero ii, qui ante eum rem criticam armis antimaſorethicis tractauerant, collationem codicum manuſcriptorum plerumque turpiter neglexiſſent, eandem eruditis Philologis maxime commendauit, et primus vere fuit, qui maximis ſumtibus eandem inſtitueret et lectiones variantes in collatis codicibus manuſcriptis poſtea repertas ſplendidiſſimae editioni bibliorum hebraicorum inſereret. Praecipuum ſcriptum, in quo vir iſte ad incrementa rei criticae hebraicae natus ſententiam ſuam de emendando textu hebraico ex collatis manuſcriptis biblicis ſatis ingenue profeſſus eſt, Anglico idiomate in duas partes diſtributum in lucem publicam editum eſt. *Prior* pars eiusdem inſcripta eſt: *The State of the printed hebrew Text of the old Teſtament conſidered. A diſſertation in two parts. Part the firſt compares* 1. *Chron.* VI. *with* 2. *Sam.* V. *and* XIII; *and part. the ſecond contains obſeruations on ſeventy Hebrew Mſſ. with an Extract of Miſtakes and various Readings. By Benjamin Kennicott, M. A. Fellow of Exeter College. — Oxford* 1753. 8. *mai. pagin.* 572. Partis huius prioris recenſionem dederunt Autores *Actorum novorum eruditorum Lipſienſium de anno* 1755. *Menſ. Maj. pag.* 241. *ſequ.* Autores *Relationum Goettingenſium de libris nouis. Faſcic.* IX. *pag.* 1. 45. et b. *Baumgartenius* in *Nachrichten von merkwürdigen Büchern. Tom.* X. *Part.* 55. *pag.* 32. 38. Hanc partem priorem excepit poſterior, cuius titulus eſt ſequens: *The State of the printed Hebrew Text of the old Teſtament conſidered. Diſſertation the ſecond wherein the ſamaritan Copy, of the Pentateuch is vindicated; the printed Copies of the Chaldée Paraphraſe are proued thobe corrupted: the ſentiments of the Iews on the Hebrew text are aſcertained, and alſo a particular catalogue of* 170. *Hebrew Mss. in Oxford, Cambridge and the Britiſh Muſeum. By Benjamin Kennicott. — Oxford* 1759. 8. *mai.* cuius recenſionem et excerpta memoram

moratu digniora suppeditauerint *Ernestius Bibliothec. nov. theologic. Tom.* IV. *Part.* 3. *pag.* 212. 233. *Part.* 4. *pag.* 291. 323. et autor anonymus tum in *Ephemeridibus Goettingenſ. litterar. anni* 1760. *Scid.* 71. *pag.* 624. tum in *Ephemerid. litterar. Lipſienſ. ad annum* 1761. *Scid.* 33. *pag.* 291. quae etiam quod [illegible] priorem partem operis huius *Kennicottiani* conferendae sunt *ad annum* 1754. *ſcid.* 72. *Verſionem latinam* harum dissertationum *Kennicotti* debemus operae ac studio summe venerabilis *D. Guilielmi Abrahami Tellerи*, qui eam in lucem publicam edidit *duabus partibus*, quarum prior *Lipſiae* 1759. 8. mai. *posterior* vero praefatione ad *Kennicottum de Critica coniecturali Veteris Testamenti* et *Vogelii recenſione Codicis hebraici Helmſtadienſis* aucta ibidem 1765. [illegible]it. *Posteriorem* partem huius verſionis latinae doctissime recensuit b. *Ernestius Bibliothec. nou. theolog. Tom.* VI. *Part.* 9. *pag.* 785. 801. In transitu hic obſeruo, *Tellerum* iam anno 1757. doctissimam dissertationem *de iudicio ſuper variis lectionibus codicis hebraici divini recte faciendo* edidisse *Lipſiae*, unde *Kennicotto* forte displicebat verſio partis secundae Telleriane, in qua, si *Kennicotto* fides est habenda, sensus Anglici idiomatis minus recte est expressus. Argumentum ipsius huius scripti *Kennicotti* quod spectat, illud potissimum eo tendit, ut demonstretur, codices manuscriptos Testamenti Veteris, quibus hucusque usi fuerint Critici, mendis et interpolationibus paene multis scatere, eosdemque ab antiquioribus codicibus longius quam par sit discrepare, unde non inutilis labor suscipiatur et operae pretium sit, si conferrentur omnes ac singuli, quicunque reperiri possent, codices hebraici voluminum sacrorum Veteris Testamenti, ut ope huius collationis codicum demum excudi possit editio accuratissima et emendatissima bibliorum Testamenti veteris. Hinc in opere hoc ipse consilia suppeditat, quo pacto textus a corruptione sua liberari, emendari et restitui possit ab interpolationibus et variis mendis, quae in textum hactenus impressarum editionum et masorethicorum codicum manuscriptorum ex eius mente irrepserint. Interim in ea re tantum in subsidium vocavit collationem codicum manuscriptorum, quam vero solam hic haud sufficere liquidissime ostendit *Baumgartenius Relation. de libris memoratu dignis. Tom.* X. *Part.* 4. *pag.* 36. Multa praeterea notatu digniora in hoc opere *Kennicotti* occurrunt, quo imprimis fusa satis *historia critica textus hebraici Veteris Testamenti*, quae *Dissert.* II. *cap.* 4. *pag.* 307. 514. *edit. original.* occurrit, et ea, quae ipse auctor de *Samaritano textu et Pentateucho* obseruauit, spectant. Vid. *D. Ernestii Bibliothec. nou. theolog. Tom.* IV. *Part.* 4. *pag.* 2[illegible] et 215. *ſequ.* Non mirandum erat, quod Opus *Kennicotti* multorum alio[illegible]ptorum et motuum in criticorum sacrorum republica causa fuerit. Scri[illegible]sione huius criticae controuersiae edita omnia ac singula hic non adferam[illegible] nostra aetate maxima lux rei criticae Veteris Testamenti est adlata, et quorum[illegible]cem infra supplementis meis ad Caput *de manuſcriptis biblicis* subiungam. Tantem hic mentio facienda est eorum scriptorum, in quibus integritas Veteris Testamenti contra Kennicotti argumenta vindicatur et stabilitur.

Pri-

Primus, qui in ipsa *Anglia* contra *Kennicottum* surrexit eiusque dissertationum partem primam impugnauit, fuit *Fowlerus Conings.* Edidit is librum Anglico idiomate compositum sub titulo: *The printed Hebrew Text vindicated &c.* seu *defensio [illegible] textus hebraici et responsio ad Kennicotti duas dissertationes, qua omnia loca, quae corruptionis insimulantur, iterum expenduntur et defenduntur, praemissis obseruationibus de insufficientia subsidiorum criticorum, quibus usus fuit Kennicottus in emendando textu masorethico Veteris Testamenti. Oxonii* 1753. 8. De quo libro conferenda sunt, quae obseruauit *Io. Matthias Schroekhius* in *supplementis Historiae ecclesiasticae Heinsianae. Part.* IV. *pag.* 301. Aliud scriptum eiusdem argumenti doctus Anglus *Iulius Bate* [illegible] *Kennicottum* edidit, quod titulo sequenti: *The Integrity of the hebrew Text, and many passages of scripture vindicated from the Obiections and misconstructions of Mons. Kennicott Londini* 1755. 8. in lucem prodiit, cuius argumentum recensetur in notissimo diario Anglico, *Monthly Review* dicto de anno 1755. *Februar. pag.* 81. et in *b. Krafftii Bibliothec. theologic. germanic. Tom.* XI. *Part.* 106. *pag.* 543. Huc spectant quoque *Lettres de Mons. l'Abbé — — — Exprofesseur en l'Vniuersité de — — — Au Sieur Kennicott Anglois. Parisiis* 1771. de quo libro, cuius auctor fuisse creditur *Ignatius de May*, conuersus Iudaeus, eiusque argumento omnino conferendi sunt *Perill. Michaelis* in *Bibliothec. oriental. et exegetic. Part.* II. *num.* 22. *pag.* 64. 89. et *S. V. Ernestius Bibliothec. theologic. recentiss. Tom.* II. *Part.* 2. *pag.* 99. Hic inprimis inter aduersarios *Kennicotti*, quod obiter obseruo, causam *Houbigantii* contra *Kennicottum* defendendam in se suscepit. Interim pro *Kennicotto* edidit *Anonymus Anglus* contra eundem: *A letter to a Friend occasioned by a Freench Pamphlet lately published against Dr. Kennicott and his Collation of the Hebrew Mss. Oxonii* 1772. plag. 3. 8v. quod scriptum celeb. *Paulus Iacob. Bruns* sub titulo: *De libello contra Beniaminum Kennicott — — eiusque collationem Manuscriptorum Hebraicorum nuper Gallice edito epistola ad Amicum ex Anglico vertit suasque ad eundem Kennicottum litteras adiecit Paul. Iac. Bruns. Romae* 1772. 8. *mai. plag.* 4. latine edidit, quorum scriptorum recensionem exhibuerunt Perill. *Michaelis Bibliothec. oriental. et exegetic. Part.* IV. *num.* 56. *pag.* 127. 131. et *Part.* V. *pag.* 96. 105. et b. *Frider. Hirtius* in *Bibliothec. oriental. et exegetic. Part.* III. *pag.* 125. sequ. Neque minus varia contra tentatae a *Kennicotto* emendationes textus hebraei Veteris Testamenti in medium adduxit celeb. *Abrah. Frideric. Ruckersfelder* in *Sylloge commentationum et Obseruationum philolog. exegeticarum et criticarum. Fascic.* I. (*Dauentriae* 1761. 8.) *num.* 3. *pag.* 386. *sequ.* quorum [illegible]mmam in compendio exhibuit *S. V. Ernesti Bibliothec. nou. theologic.* [illegible] *Part.* 10. *pag.* 888. 890. Neque mitiora fata in Germania expertum est [illegible]tud *Kennicottus num.* Praecipuus, quem hic nactus est *Kennicottus* adu[illegible]rsarius, est celeb. *Olaus Gerhardus Tychsenius*, Philologus Buetzouiensis literatissimus, qui non tantum in *horis suis subseciuis Buetzouienſibus Part.* II. *pag.* 34. dissertationes *Kennicotti* far-

raginem

ginem hypotheſium ex *Cappelli*, *Simonii*, *Morini* aliorumque ſcriptis collectam appellauit, verum etiam variis ſcriptis contra eius aſſerta in lucem editis, quae infra ſuis locis in his ſupplementis meis erunt adferenda, inclaruit. Huius veſtigia ſedulo preſſit celeb. D. *Frid. Wilhelm. Dreſſius*, cui non tantum *Proluſionem* doctiſſimam, *qua examinatur Beniam. Kennicotti ſententia de locis tredecim a Iudaeis in codice ebraeo Ptolomaeo regnante praetermiſſis Wittebergae* 1773. editam, ſed etiam *orationem, qua oſtenditur, corrigendi codicis maſorethici ab hodiernis criticis cauſam iuſtam et idoneam nondum eſſe redditam* debemus. Vtrumque ſcriptum recuſum eſt in eiusdem *Triga commentationum academicarum criticam hodierni textus hebraei concernentium*, quae prodiit *Lipſiae* 1773. Vid. *Hirt. Bibliothec. oriental. et exegetic. Part.* III. *pag.* 145. 152. IV. 506. *ſequ.* Caeterum praeter iam memoratos ſcriptores, qui huc ſpectant, conferenda erunt ſcripta ſequentia, in quibus etiam integritas textus hebraici contra eius aduerſarios doctiſſime vindicatur: *D. Guil. Abrah. Telleri Diſſertatio de iudicio ſuper variis lectionibus codicis hebraei divini recte faciendo. Lipſ.* 1757. *Eiusd. Comment. de critica coniecturali Veteris Teſtamenti*, verſioni eius latinae diſſertationis *Kennicotti* ſubiunctae. *D. Io. Auguſt. Dathii Proluſio de difficultate rei criticae Veteris Teſtamenti caute diiudicandae. Lipſ.* 1762. 4. *D. Gottfrid. Leſſii Diſſertatio de cura, quam praeſens textus hebraei conditio requirit. Halae* 1763. 8. *Io. Nicol. Milowii diſſertatio exhibens Specimen de ſcribarum erroribus in Veteri Teſtamento impreſſo. Kiloni* 1764. *Thom. Edwards Diſſertationes duae*, quibus *probatur, variantes lectiones et menda, quae in ſcripturam ſacram irrepſerunt, non labefactare eius auctoritatem in rebus, quae ad fidem et mores pertinent. Lond.* 1768. 8. *D. Gotthilff Traugott Zachariae Programma*, quo *vindicatur immunitas textus hebraici a lacunarum ſuſpicione. Buetzouii* 1764. Neque hic omittendum eſt ſcriptum Gallicum, quod primo loco erat nominandum, niſi ſeriem annorum potius ſequi maluiſſem, quod ſub titulo: *Des Titres primitifs de la Reuelation, ou Conſiderations critiques ſur la pureté et l' integrité du texte original des Liures ſaints de l' ancien Teſtament par le R. P. Gabriel Fabricy Romae* 1772. 8. mai. duobus Voluminibus prodiit, cuius argumentum recenſetur in *Ephemeridibus litterariis Francofurt. de anno* 1774. *num.* 4. *pag.* 25. ſequ. Vid. quoque *D. Io. Auguſt Erneſti bibliothec. theolog. recentiſſ. Tom.* III. *Part.* 10. *pag.* 867. *ſequ. Tom.* IV. *Part.* 1. *pag.* 3. 32. Plures infra adferam ſcriptores in fine capitis *de canone Veteris Teſtamenti.*

Priusquam uniuerſae materiae de integritate fontium originalium Veteris Teſtamenti hactenus hiſtorice pertractatae finem impono, aliquid memorandum adhuc eſt de hypotheſi quadam quorundam eruditorum Philologorum, quae ſi vera eſſet, periculum omnino tum integritati tum auctoritati librorum Veteris Teſtamenti immineret. Verſati nimirum fuerunt doctiſſimi Philologi in ſententia, magnam confuſionem ineſſe ſingulis ſegmentis Veteris Teſtamenti, in quibus aſſumendae ſint *traiectiones* et *transpoſitiones* ſeriem orationis et hiſtoriae mirum in

modum turbantes. Placuit haec ſententia, vt alios omittam, *Richard. Simonio* in *Hiſtor. critic. Veteris Teſtamenti. Tom. I. Cap. V. pag. 35. Houbigantio* et *Kennicotto* ipſi in *diſſert. II. ſuper ratione hodierna textus Hebraei Veteris Teſtamenti pag. 332. uerſion. latin. Teller.* qui poſtremo loco adductus inſuper obſeruat, ex eiusmodi transpoſitionibus in ſegmentis nonnullis ſacrorum librorum Veteris Teſtamenti obuiis permultarum diſcrepantiarum textus hebraei a Samaritano deriuandam eſſe originem. Eandem hanc hypotheſin uberius illuſtrare et pluribus grauiſſimisque argumentis confirmare ſtuduit b. *Io. Chriſtoph. Harenbergius* in *Commentat. de Pericopis biblicis recte conſtituendis et diiudicandis*, quae multa Philologiae et variae eruditionis copia referta cum *duplici* quodam Auctoris *Spicilegio* a *Nicol. Barkey* ſuae *Bibliothecae nouae Bremenſi hiſtorico-philologico-theologicae Claſſ. II. faſc. II. pag. 203. 275. Faſcic. III. pag. 421. 451. Claſſ. III. faſcic. II. pag. 239. 333.* inſerta eſt. Sententia doctiſſimi huius viri eo potiſſimum redit, quod libri ſacri Veteris Teſtamenti haud ſtatim a prima ſua compoſitione ſingularibus voluminibus, verum tantum in ſchedulis quibusdam minutis ſeu foliis pergamenis conſcripti fuerint, quae demum *Eſdrae* tempore, cum colligeretur Veteris Teſtamenti canon, a doctis Criticis in unum volumen collectae, et quantum fieri poterat, in ordinem bene compoſitum redactae fuerint. Hinc ex ſententia *Harenbergii* facili negotio fieri potuit, vt a poſterioris aeui ſcribis vel ex ignorantia vel ex neglecta debita attentione volumen vnum et alterum membranaceum eo quod numeri literis in dorſo eius notati detriti fuerint, contextui orationis ibi inſerti fuerint, vbi volumen vel ei inſcriptum opus non debuerit locum occupare. (Vid. *Biblioth. nou. Bremenſ. Claſſ. II. faſc. II. pag. 208. 224. faſcic. III. pag. 422.*) Quod idem quoque de ſingulis quibusdam ſegmentis et ſic dictis Pericopis biblicis Veteris Teſtamenti affirmare auſus eſt. Licet vero doctiſſimus hic Philologus ſententiam hanc valde ſpecioſis argumentis inſtruxerit, ſimulque ſemel iterumque affirmet, quod hac hypotheſi ſua plane nihil decedat auctoritati ſacrorum librorum (V. gr. *Claſſ. II. faſcic. II. pag. 223.*) ex ea tamen facili negotio colligi poterit, ſcribas Veteris Teſtamenti, ſaepius ſingula ſegmenta et pericopas librorum Veteris Teſtamenti non iſto ordine, quo hodie in editionibus noſtris ad fidem textus Maſorethici expreſſis verſantur, conſcripſiſſe, ex quo ſimul appareret, permultas traiectiones et transpoſitiones codici ſacro Veteris Teſtamenti immiſtas eſſe. Neque idem hoc ipſum negari poſſe contendit *Harenbergius*, ſimulque affirmat, ordinem hiſtoricum pariter ac chronologicum librorum Veteris Teſtamenti multiplici ratione eſſe interruptum et turbatum, cui vitio ope Chronologiae ſacrae ad ſeriem factorum accurate accommodatae adhibito ſimul ſynchroniſmo profanae hiſtoriae et harmoniae geſtarum rerum inter ſe modela adhibenda ſit. Impugnata eſt potiſſimum haec ab *Harengio* prolata hypotheſis ab auctore *Anonymo* in *Ephemeridibus obſeruationum Amſtelodamenſium, num. VI. pag. 477. ſequ.* qui imprimis hiſtoriam ſacram a *traiectionum*

lionum et *transpoſitionum*, quarum eandem inſimulauerat *Harenbergius*, vindicare ſtuduit, ad cuius argumenta et obiectiones nonnulla reſpondit *Harenbergius* in *Bibliotheca noua Bremenſi Claſſ.* V. *faſcic.* III. *pag.* 528. 543. Recentiſſimo tempore celeberrimus Lipſienſium Philologus *D. Io. Auguſtus Dathius* hanc hypotheſin, quae integritati Veteris Teſtamenti omnino noxam haud exiguam adferre poteſt, accuratiori diſquiſitioni ſubiecit, eamque omni fundamento deſtitutam eſſe ſolide ſatis comprobauit in elegantiſſima *diſſertatione de Pericoparum biblicarum Veteris Teſtamenti ordine non mutando*, *Lipſ.* 1769. edita, quae poſtea quoque *Bibliothecae Hagenae hiſtorico-philologico-theologicae Claſſ.* III. *faſcic.* 2. *pag.* 233. 323. inſerta eſt. Primarium argumentum ad confutandam hanc hypotheſin cel. Auctor ex ipſa hiſtoria variarum Veteris Teſtamenti recenſionum repetendum eſſe cenſet, quippe quae non permittit, ut eiusmodi transpoſitiones, quales a ſupra citatis ſcriptoribus in Veteri Teſtamento eſſe perhibentur, codici ſacro immiſtae et poſtea ſeruatae eſſe potuerint. Caeterum argumentum huius lectu digniſſimae diſſertationis ſtrictim exhibuit *D. Erneſtius Bibliothec. nou. theolog. Tom.* X. *Part.* IX. *pag.* 858. 860.

Tom. II. *pag.* 41. IV. 12. *Diviſionem* librorum Veteris Teſtamenti in *Legem*, *Prophetas* et *Hagiographa* iam temporibus *Hieronymi* haud incognitam fuiſſe, praeter alios quoque obſeruauit *b. Roman. Tellerus* in diſſert. de canone Veteris *Teſtamenti diuino et perfecto.* (Lipſ. 1747.) §. 14. *pag.* 29. *ſequ.*

Pag. 42. Sententiae Iudaeorum, quod *Pentateuchus* Moſis a prima ſua compoſitione neque in libros neque in capita diviſus fuerit, ſed potius ita conſcriptus ſit, ut in ſerie continua ſine notato vocum diſcrimine unus verſus eſſe videatur, ita ut omnes lineae integrae unius tantum dictionis ſpeciem rettulerint, patronos hic nominat *Wolfius Hottingerum* et *Io. Morinum*. Loco poſterioris a *Wolfio* adducto adiungo alium eius locum ex *Exercitation. biblic. de Hebraici Graecique textus ſinceritate Lib.* I. *Exercit.* VI. *Cap.* II. §. 5. ubi eandem ſententiam propugnauit. His addendi ſunt ex Philologis chriſtianis *Richardus Simonius* in *Hiſtoria critica Veteris Teſtamenti Lib.* I. *cap.* 28. *Daniel Erneſt. Iablonskius* in *Praefatione editionis ſuae Bibliorum hebraeorum*. §. 37. *Conrad. Ikenius* in *Antiquitat. hebraic. Part.* I. *cap.* III. §. 9. *Hermann. von der Hardt* in *lumine graeco in analyſi hebraica primi Geneſeos libell.* p. 283. *Tom.* I. *in Iobum*, et ipſe *Iohannes Andreas Danzius* tum in Litteratore ebraico et *chaldaico not. ad* §. VI. *obſ.* I. tum in *Sinceritate ſcripturae Veteris Teſtamenti Maſora θεονευςίας throno mota triumphante manuſcripta ad locum Deuter.* XXXIII, 2. Idem quoque *Danzius* peculiare ſcriptum *de ſcriptura antiquorum indiſtincta in ipſo ſacro codice hodienum deprehenſa* edere in animo habuit, quod ſcriptum iam *Io. Caſpar. Zeumerus* in *Vitis Profeſſorum Ienenſium pag.* 299. inter ſcripta eius recenſuit, de cuius editione autem merito dubitandum eſſe cenſeo. Interim hoc ipſum aſſertum infirmo ſatis fundamento niti ſolidiſſimis argumentis demonſtrauit *b. Io. Gottfrid.*

Tympius in *Programmate*, quo *indiſtinctam antiquorum Ebraeorum ſcriptionem eſſe recens commentum Morinianum, certitudini diuinarum literarum longe perniciosiſſimum* oſtendit. *Ienae* 1739. 4.

Pag. 47. *lin.* 16. *Septeni numeratos)* ſcilicet ob *verſum* 35. *Num.* X. quem quidam Iudaeorum pro peculiari libro agnoſcunt.

Pag. 49. Adlatis *de canone librorum Veteris Teſtamenti* a *Wolfio* noſtro plurimi hic addi poſſent ſcriptores. Sufficiant tamen hic tantum ſequentes, qui imprimis recentiſſimo tempore prodierunt: *Romani Telleri diſſert. de canone veteris Teſtamenti divino et perfecto. Lipſ.* 1747. *Io. Salom. Semleri Abhandlung von freyer Unterſuchung des Canons. Halae* 1771. et annis ſequentibus. *Io. Pet. Andr. Müllers Belehrung von dem Kanon des Alten Teſtaments. Lipſ.* 1774. 8. cuius libri argumentum legi poterit in S. V. *Erneſtii Bibliothec. theologic. nouiſſ. Tom.* III. *Part.* 8. *pag.* 726. 737. *Michaelis Bibliothec. oriental. et exeget. Part.* VI. *pag.* 124. 153. et *Hirtii Bibliothec. oriental. et exegetic. Part.* VI. *pag.* 383. 404. b. D. *Chriſtian. Frid. Schmidius* in *Hiſtoria antiqua et vindicatione canonis ſacri Veteris et Noui Teſtamenti libris duobus comprehenſa. Lipſiae* 1775. 8. mai. *Claud. Frees Hornemanni diſſertatio ſiſtens obſeruationes ad illuſtrationem doctrinae de canone Veteris Teſtamenti ex Philone*, quam iſte doctiſſimus vir appendicis loco *ſpecimini ſuo ſecundo exercitationum criticarum in verſionem LXX. Interpretum* Hafniae 1776. 8. mai. edito adiecit, de quo ſcripto conferendi ſunt Auctores *Bibliothec. uniuerſal. Berolinenſ. Tom.* XXXII. Part. 2. pag. 564. ſequ. et Perill. *Michaelis Bibliothec. oriental. et exegetic. Part.* IX. *num.* 143. *pag.* 55. ſequ. Neque hic negligendae erunt *Io. Gottfrid. Eichhornii Commentatio de canone Veteris Teſtamenti* elegantiſſima, quae legitur in *Repertorio literaturae biblic. et orientalis. Part.* V. *num.* VI. *pag.* 217. 282. Vid. etiam eiusd. *Introduct. in V. T. Part.* I. *cap.* I. *pag.* 39. ſequ. et S. V. *Io. Caſpar. Velthuſii diſſertatio ſecunda*, quae in eiusdem *Obſeruationibus (Obſeruations on various Subjects) Londini* 1773. 8. extat. Vid. infra ad *pag.* 55. notanda.

Pag. 55. Ex loco *Cyrilli Hieroſolymitani*, quem hic ex *Hodio* adduxit *Wolfius* noſter, imprimis paulo ante memoratus *Velthuſius* ſolidiſſime demonſtrauit, libros viginti quinque, quorum mentionem fecit *Ioſephus*, eosdem eſſe, quos hodie in textu noſtro agnoſcimus.

AD SECT. II. DE LIBRIS BIBLICIS.

Pag. 63. Plenam et uberiorem textus *Pentateuchi* originalis hiſtoriam criticam ſuppeditauit *Beniam. Kennicottus* in *Diſſert. II. de ratione ſtatus textus Vet. Teſtam. Cap.* IV. *pag.* 307. 514. quam iſte vir celeberrimus *ſex periodis* complexus eſt. Summa eius ſtrictim recenſetur a *S. V. Erneſtio* in *Bibliothec. theologic. Tom.* IV. *Part.* IV. *pag.* 299. ſequ. Scriptoribus de Moſe et nonnullis momentis ad libros eius ſacros pertinentibus pluribus iungendi ſunt *Iohannis Nicolai Diſqui-*

Disquisitio de Mose Alpha dicto. Lugd. Batau. 1703. 12. *Iacob. Wilhelm. Blaufusii Comment. de Mose legislatore Alpha dicto. Ienae* 1753. cuius argumentum enarratur in *vollstaendigen Nachrichten von kleinen akademischen Schriften*, ad annum 1755. *Part.* IX. *pag.* 831. 834. *Io. Andr. Mich. Nagelii dissert. de stilo Mosis. Altorf.* 1755. *M. August. Lebrecht. Wilkii* Υψος *scriptorum divinorum e Longini excelsa disciplina duabus dissertationibus expensum diss.* I. et II. *Wittenberg.* 1758. et *Gotthelf. Sam. Steinbartii diss. de Pentateucho Hebraeorum codice divino*, sub praesidio *b. D. Ioh. Gottlieb. Toellneri* habita. *Francof. ad Viadr.* 1760. de quorum *Wilkii* et *Steinbartii* scriptis conferas *die vollstaendigen Nachrichten ad annum* 1758. *Part.* X. *pag.* 953. 971. 1761. *Part.* IV. *pag.* 309. 322. *Wilhelm. Frider. Hezelii* scriptum germanicum *de fontibus historiae originalis Mosaicae. Lemgoviae* 1780. 8. mai. ut alios omittamus. Plura de his fontibus, ex quibus Moses imprimis antiquissimam, quam in Genesi narrauit historiam, hauserit, addam in his meis *Supplementis* ad *Wolfii Tom.* IV. *pag.* 16.

Pag. 64. Quae hic et *Tom.* IV. *pag.* 14. de *Aben Ezra* attulit b. *Wolfius*, commode illustrari poterunt ex iis, quae supra ad *Tom.* I. *pag.* 73. obseruauimus.

Eadem pag. paulo infra ad verba *Wolfii*: *Enimvero si vel maxime* cet.) De sententia Spinozae circa autorem *Pentateuchi* pluribus commentatus est b. *Paul. Theodor. Carpouius* in *Animaduersionibus philologico-critico-sacris* (*Lipsiae* 1739.) *pag.* 37. 39. ubi iudicium *Wolfii* nostri de eadem his verbis declaratum uberius declaratur.

Pag. 70. IV. 16. Scriptis, in quibus auctoritas divina librorum *Mosis* vindicatur et uberius confirmatur addendum est imprimis eruditissimum opus *Wilhelmi Warburtonii de divina legatione Mosis*, quod Anglice tertia vice *Londini* 1742. prodiit, cuius versionem germanicam debemus *Iohanni Christiano Schmidio*, quae *tribus* Tomis *Francofurti et Lipsiae* 1751. 1753. 8. mai. prodiit. Neque hic omittendus est liber Gallicus recentissimus; qui inscribitur: *L' autorité des liures de Moise, etablie et defendue contre les incredules par Monsr. l' Abbé du Voisin, Docteur et Professeur en Sorbonne.* A *Paris* 1778. 8. Cuius libri in terris nostris rarioris notitiam dedit S. V. *Georg. Frideric. Seilerus* in *den gemeinnützigen Betrachtungen der neuesten theologischen Schriften ad annum* 1779. *Part.* III. *pag.* 478. sequ.

De libro Iosuae. Pag. 73. 74. IV. 17. Inter scripta minora, in quibus momenta historica potiora circa hunc librum notanda, studiose discutiuntur, omnino notari meretur *Io. Georg. Abichtii*, qui variis aliis dissertationibus contenta quaedam huius libri illustrauit, dissertatio *de scriptore libri Iosuae. Lipsiae.* 1712. cuius Auctor valde specciosis argumentis probare conatur, Iosuam nequaquam hunc librum a capite usque ad calcem composuisse. Laudanda quoque est eximia diligen-

dia, quam in defendendis textus huius libri masorethicis lectionibus adhibuit *Andr. Conrad. Wirnerus* in *dissertat. de puritate fontium hebraicorum speciatim ex libro Iosuae. Ienae* 1721.

Pag. 76. *De versibus duobus - supra*) pag. 14. Huc imprimis spectat *D. Io. Georg. Abichtii dissert. doctissima de restituendis duobus versibus Ios.* XXI. *in quibusdam codicibus.* Lipsiae 1714.

De libro Iudicum. Pag. 77. *Introductionem* doctissimam in hunc librum debemus b. *Io Christoph. Harenbergio*, quae inserta est *Bibliothecae Bremensi et Verdensi germanicae. Tom.* II. *Part.* 1. *pag.* 57. 120. *Part.* II. *pag.* 292. 316. III. 633. 648. in qua partim series factorum in hoc libro commemoratorum adhibita Chronologia et Historia sacra uberius illustrantur, partim contenta huius libri nonnulla ab obiectionibus variis solide vindicantur. Ad *Chronologiam* quoque huius libri etiam et factorum, quae in eodem narrantur, pertinent *Iani Diaconi de Villa nova Chronologiae Iudicum Hebraeorum Pars prior ab exitu populi usque ad Iephtae victoriam de Ammonitis*, inserta a b. *Conrad. Ikenio* suis *Symbolis literariis Bremensibus. Tom.* III. *Part.* 1. *pag.* 168. 187. cuius continuatio, quantum quidem ego scio, lucem publicam non adspexit, et *Io. Henr. Daniel. Moldenhaueri Gedanken ueber die Zeitrechung der Begebenheiten, die in dem Buche der Richter dargestellet werden. Hamburgi* 1766. de quo scripto plura attulerunt Autores *bibliothecae Berolinens. uniuersal. Tom.* VI. *Part.* 2. *pag.* 229.

De libris Samuelis. Pag. 79. lin. 7. *Baua Batra fol.* 15.) *adde*: *col.* 2. *lin.* 30. *Jequ.*

De libro Esther. Pag. 89. *et Tom.* IV. 19.) Cum auctoritas divina hoc praesertim seculo a variis doctissimis viris, imprimis a *Georg. Ludou. Oedero*, *Io. Salom. Semlero* et *Georg. Ioh. Ludou. Vogelio* varia ratione fuerit impugnata, profecto non inanem et frustraneam varii iique doctissimi viri impenderunt, ut eandem ulterius confirmarent. Huc imprimis spectant *Iacobi Alberti Vossii*, Professoris Theologiae Traiectini *oratio pro libro Estherae. Traiecti ad Rhen.* 1775. quam vehementer laudant Auctores *Ephemeridum Lipsiens. literar. de anno* 1776. *scid.* 73. *Laurentii Anchers dissert. de canonica autoritate libri Estherae*, cuius *Pars* I. prodiit Hafniae 1776. 4. Vid. *Bibliothec. uniuersal. Mietauiens. theolog. Part.* VI. *pag.* 231. Quibus subiungi meretur b. D. *Christian. Augusti. Crusii Programma de usu libri Estherae ad praxin vitae Christianae*, *Lips.* 1773. cuius etiam, nisi fallor, exstat *versio germanica.*

De libris metricis, *Pag.* 98. IV. 23. Inter eos, qui singularem *de Poesi hebraica* et *libris metricis Veteris Testamenti* publicis expositionibus scriptis, referri meretur quoque doctissimus Anglus, *Franciscus Harius.* Spectat huc eius scriptum, quod prodiit sub titulo: *Psalmorum liber in versiculos metrice diuisus, et cum aliis Critices subsidiis, tum praecipue metrices ope, multis in locis integritati suae restitutus, cum dissertatione de antiqua Hebraeorum Poesi aliisque quaestitis ad*

Psal-

Pſalmorum librum pertinentibus. Ad finem operis adiecta ſunt Pœſeos hebraicae ſpecimina ex iis, quae ediderunt Franciſcus Gomarus, Marcus Meibomius et Ioh. Clericus, Lond. 1736. 8. mai. Non opus eſſe iudico plura addere, cum iam *Daniel Gerdeſius* in *Miſcellaneis Groningamis. Tom.* III. *Faſcic.* IV. *pag.* 867. et alii Syſtematis eius metrici delineationem dederint. Aduerſarios nactus eſt *Harius*, quo imprimis ſpectant *Robertus Lowthius* et *Chriſtianus Weiſius*. Contra priorem *Harii* ſyſtema defendere conatus eſt *Thomas Edwards*. Vid. infra notanda ad *pag.* 191. Poſterioris ſcriptum huc pertinens eſt [illegible]*ramma, quo Syſtema Pſalmorum a celeberr. Anglo Franciſco Hare adornat[illegible] delineauit. Lipſ.* 1740. Cuius ſcriptionis argumentum *Gerdeſius* loc. cit. et *Auctores der gründlichen Auszüge aus Diſputationibus de Anno* 1740. *Part.* IV. *pag.* 316. plenius expoſuerunt.

Pag. 101. IV, 23. Scriptoribus *de re poetica Hebraeorum* a *Wolfio* noſtro hic recenſitis addendi ſunt ſequentes:

Robertus Lowthius, qui edidit *Oxonii* 1753. 4. *Praelectiones academicae de ſacra poeſi Hebraeorum, quibus ſubiecta eſt Metricae Harianae breuis confutatio et Oratio Creuiana.* Opus hoc doctiſſimum cum *notis* et *epimetris* iterum edidit in Germania Perilluſtr. *Io. David Michaelis*, cuius editionis quae, quantum ego quidem ſcio, in Germania prima eſt, *Pars prior* prodiit *Goettingae* 1758. *altera* 1761. 8. Pleniorem recenſionem eiusdem editionis, ex qua ſimul conſtat, qua ratione ſyſtema metricum *a Lowthio* adornatum ſibi conſtet, exhibuit *S. V. Erneſtius Bibliothec. theolog. Tom.* III. *Part.* II. *pag.* 134. III. 205. 225. Poſtea iterum edidit *Lowthius* hoc ipſum Opus *Anglico idiomate* 1763. 1764. adhibitis ſimul in uſus ſuos adnotationibus et criticis obſeruationibus doctiſſimorum virorum *Beniam. Kennicotti*, *Thomae Huntii*, Profeſſoris linguae Arabicae Oxonienſis et *Io. Dauid. Michaelis* quam editionem ſecuta eſt alia noua a Perill. *Michaelis* ad fidem huius Oxonienſis *Goettingae* 1768. 1769. edita. Deinceps editus eſt hic liber ab ipſo *Lowthio Londini et Oxonii* 1775. 8. de qua poſtrema editione conferantur ea, quae commentatus eſt *Michaelis Bibliothec. orientat. et exegetic. Part.* IX. *num.* 145. *pag.* 89. Inſuper hic obſeruo, quod in editione huius operis ab ipſo *Lowthio* edita notae celeb. *Michaelis* deficiant, quippe quae iam in editione *Oxonienſis* ſeparato Tomo comprehenſae fuerint. Idem opus *Lowthii* praeterea recuſum eſt in *Blaſii Ugolini* ſplendidiſſimo *Theſauro Antiquitatum ſacrarum Tom.* XXXI. *Part.* 1. *num.* 3. adiectis Perilluſtr. *Michaelis* annotationibus. Licet vero *Lowthius* ſibi hoc labore maximam omnino exiſtimationem et gloriam conciliauerit, adeo ut fere omnes critici inter Anglos et Germanos magnifice de eius opere ſentirent, et licet hoc ipſum opus a Perill. *Michaelis* aliisque vehementer commendaretur, fuerunt tamen nonnulli, qui ſe eidem opponerent, ex quibus hic tantum mentionem facio *Thomae Edwards*, qui imprimis ſyſtematis *Hariani* contra *Lowthium* defenſionem in ſe ſuſcepit in *Prolegomenis ſuis in libros Veteris Teſtamenti poeticos* ſeu *Diſſertatione, in qua Franc. Harii*

Harii — de antiqua Hebraeorum poeſi hypotheſin ratione et veritate niti fuſe oſtenditur atque ad obiecta nonnulla reſpondetur, cui ſubiecta eſt Metricae Lowthianae confutatio, cum indicibus neceſſariis. Cantabrigiae 1762. pag. 232. 8. mai. cuius operis argumentum recenſuit *S. V. Erneſtius Bibliothec. theolog. Tom.* IV. *Part.* V. pag. 411. 431.

Aurivillii, M. *Caroli diſſert. de Poeſi biblica. Upſaliae* 1758.

Hilleri, *Io. Frider. diſſert. de eſſentia poeſeos biblicae. Wittenberg.* 1765. Vid. *D. Erneſti Bibliothec. theolog. Tom.* VI. *Part.* I. *pag.* 94. *ſequ.*

Vogelii, M. *Georg. Io. Ludou. diſſert. de dialecto poetica diuinorum carminum Veteris Teſtamenti* ſub praeſidio *S. V. Guil. Abrah. Telleri* publice defenſa *Helmſtad.* 1764. de qua conf. *Erneſtii Bibliothec. theologic. Tom.* V. *Part.* VII. *pag.* 670. *ſeq.*

Mezgeri, *Caſimir.* Ord. Eremit. P. Auguſtini prouinciae Tyrolo-Salisburgenſis L. L. O. Candidat. *diſſertatio de Poeſi hebraica*, quae ſecunda vice emendatius et auctius prodiit in lucem publicam *Romae* 1774. 8. quae valde laudatur et commendatur in *Bibliotheca Mietauienſi theolog. uniuerſali Tom.* IV. *pag.* 71. *ſequ.*

Antonii, *Conrad. Gottlob. diſſert. exhibens coniecturam de metro Hebraeorum antiquo, Pſalmorum exemplis illuſtratam. Lipſ.* 1770. Vid. *D. Erneſtii Bibliothec. theologic. recentiſſ. Tom.* II. *Part.* 3. *pag.* 266. ſequ. Quae cum impugnaretur a b. *Chriſtian. Frider. Schmidio* in *Bibliotheca* ſua *philolog. et critic.* et *Carolo Ludouic. Bauero*, in duobus programmatibus, idem Auctor his doctiſſimis viris oppoſuit *vindicias ſuae diſputationis de metro Hebraeorum antiquo*, quae prodierunt *Lipſiae* 1771. 8. in quibus etiam recuſa leguntur *Baueri programmata duo de Poeſi hebraica.*

Io. Gothofred. Herderi opus elegantiſſimum inſcriptum: *Vom Geiſt der ebraiſchen Poeſie*, cuius Pars prima prodit *Deſſauiae.* 1782. 8. mai. Pars II. 1783. quam adhuc tertia excipiet, cuius editionem omnes, quibus politioris rei criticae orientalis notitia curae cordique eſt, quide exſpectabunt.

Iones, *Guilielm.* A. M. Collegii Uniuerſitatis in Academia Oxonienſi — *Poeſeos Aſiaticae Commentariorum libri ſex cum Appendice, cui ſubiicitur Miſcellaneorum liber. Londini* 1774. 8. pag. 542. 8. mai. Quae editio originalis pluribus recenſetur a Perill. *Michaelis Bibliothec. oriental. et exeget. Part.* VII. *num.* 107. *pag.* 89. 137. et in *Bibliothec. Mictauienſ. uniuerſal. theol. Tom,* V. *pag.* 17. 24. Nouam huius operis utiliſſimi editionem debemus celeberrimo noſtro *Io. Gottfrid. Eichhornio*, quae *Lipſiae* 1777. 8. mai. prodiit.

Praeſtantiora et potiora antiquiorum pariter ac recentiorum ſcripta *de Poeſi hebraica* exhibuit cel. *Blaſius Vgolinus in Theſauro* ſuo *Antiquitatum ſacrarum hebraicarum. Tom.* XXXI. *Part.* I. quae prodiit *Venetiis* 1766. Caeterum dolendum eſt, opus *Stephani Fourmontii* Philologi Pariſini, quod ſiſtit *Poeſin hebraicam*

braicam reſtitutam et ab hoc ſeculo ad Chriſtum et inde ad Eſdram, Dauidem ac Moſen aſcendendo reductam, cuius inter non impreſſa eius ſcripta mentionem fecit *Elias Frider. Schmerſahl* in *zuverläſſigen Nachrichten von verſtorbenen Gelehrten. Tom.* I. *Part.* 1. *pag.* 33. lucem publicam non vidiſſe.

Pag. 106. Sententiam, quae [illegible] *Iobi* contineat veram quandam *epopoeiam*, pluribus diſquirit b. *Io. Henric. Tuſſius* in progr. *de Epopoeia Iobaea. Gothae* 1753. Vid. *Kraftii bibliothec. theolog. Tom.* X. *pag.* 575. *ſequ.*

Pag. 109. De *inſcriptionum Pſalmis praefixarum aetate* diſputa eſt quae legatur b. *Georg. Io. Ludou. Vogelii diſſert. Inſcriptiones Pſalmorum ſerius additas videri. Halae* 1767.

Pag. 110. IV. 30. De *Pſalmis graduum*, quorum hic mentionem fecit *Wolfius* noſter, ſingularem ſententiam propoſuit *Chriſtoph. Auguſt. Heumannus* in *Miſcellan. Groningan. Tom.* IV. *Faſcic.* I. *pag.* 7. 10. quod ſcilicet auctor eorundem *Hammahaloth* nuncupatus fuerit, quam poſtea b. *Io. Gottlieb. Biderman-nus* in *Meletematibus philologicis Faſcic.* III. (*Fribergae* 1749. 8.) *num.* 5. uberiori examini ſubiecit. Verſatur hic ipſe doctus vir in ſententia b. *Io. Chriſtoph. Harenbergii* prolata in *Bibliotheca Bremenſi. Tom.* VIII. *pag.* 973. quod per *Hammahaloth* inſtrumentum peculiare muſicum vel ſaltem initium hymni cuiusdam intelligendum ſit. Occurrunt quoque *Hermanni Matthaei Polemanni Obſeruationes* doctiſſimae *de his Pſalmis* in *Hamburgiſchen gelehrten Berichten de anno* 1739. *Scid.* 26. *pag.* 214. *ſequ.* et *Scid.* 39. *pag.* 339. *anni* 1740. *Scid.* 28. *pag.* 245. Cum etiam b. *Paul. Theodor. Carpouius* im *Heſſiſchen Hebopfer. Tom.* III. *Vol.* XXIX. *pag.* 802. recentiorem ſententiam de eorundem denominationis ratione damnaſſet, idem *Polemannus* im *Heſſiſchen Hebopfer. Part.* XXXIII. *pag.* 195. *ſequ.* cauſam eius defendendam ſuſcepit, cui iterum reſpondit *Carpouius*. Hiſtoriam huius controuerſiae et omnia ſcripta tum a *Polemanno* tum a *Carpouio* hac in cauſa edita pluribus enarrauit b. *Erneſt. Frider. Neubauerus* in *Nachrichten von lutheriſchen Theologen. Tom.* I. *pag.* 304. Ex recentioribus de hoc Pſalmorum genere ſcriptis legi merentur ſequentia: *Ioh. Chriſtoph. Stichtii Programma de Pſalmis hammaaloth. Altonauiae* 1766. 4. et *Eberhard. Tilingii Diſquiſitio de ratione inſcriptionis* XV. *Pſalmorum, qui dicuntur Schire hammaaloth ſeu cantica aſcenſionum una cum ſuccincta eorundem expoſitione. Bremae* 1765. 8. mai. cuius ſummam uberius recenſuit nonnemo in *Lübekiſchen Nachrichten von den merkwürdigſten theolog. Schriften. Tom.* I. *Part.* VII. *pag.* 600. 620.

Pag. 115. Ad *Pſalmos Alphabeticos* curatius pernoſcendos ſpectat imprimis b. *Io. Gottlieb. Bidermanni Programma* doctiſſimum *de Pſalmis alphabeticis. Fribergae* 1768. in quo Auctor praecipue ſententiam *Lowthii* iisdem notas carminis didaſcalici tribuentis et eorum, qui in literis initialibus horum hymnorum arcana myſteria quaerunt, impugnare ſatagit. Vſus harum odarum ex eiusdem ſententia potiſſimum in eo ſeſe oſtendit, ut appareat, literas Hebraicas hodiernas ſer-

me easdem esse, quibus antiquissimo tempore usi fuerint Hebraei. Vid. quoque eiusdem *Meletemat. philologic. Fascic.* III. *num.* 4.

Pag. 117. Quamvis alias in his supplementis nullos commentarios librorum biblicorum Veteris Testamenti adferre soleo, memorandi tamen hic mihi videntur prae caeteris sequentes, qui imprimis prae reliquis commendari merentur: *Annotations on the Psalms. By Iames Merrick. M. A. late Fellow of Trinity-College. Londini* 1768. cuius recensionem exhibuerunt Autores des *Brittischen theologischen Magazins. Tom.* I. *Part.* IV. *pag.* 229. et *Ephemerid. Lipsienſ. literar.* 1770. *scld.* 29. *Mosis Amyraldi Paraphrasis in Psalmos Dauidis una cum adnotationibus et argumentis*, cuius editionem secundam cura et studio *Iacobi Cremeri* Traiecti ad Rhenum 1769. editam uberius recensuit Perill. *Michaelis Biblioth. oriental. et exegetic. Part.* I. *pag.* 156. *sequ.* His adde *Io. Augusſt. Starkii*, S. R. M. Borusſ. a Consil. Aulic. Theol. D. et Profess. ord. Regiomont. *Psalmos Dauidis aliorumque Poetarum Hebraeorum Carminum libris V. complexos, qui ex codicibus manuscriptis et antiquis versionibus accurate recensentur*, cuius operis *Volumen* I. prodiit *Regiomonti et Lipsiae* 1776. II. 1777. 8. quae adhuc excipient quinque volumina. Auctor hic doctissimus in usum huius operis acceperat a *S. V. Tellero* varietatem lectionis ex codice manuscripto biblico *Dresdenſi*, quam etiam in hoc opere in suos usus conuertit. Plura de hoc scripto memorantur in *bibliotheca Mietauienſi theologic. Tom.* VIII. *pag.* 61. 110. et ab *Hirtio* in *Bibliothec. nou. Wittebergenſ. oriental. et exeget. Part.* II. *pag.* 386. *sequ.* Idem *Starkius* quoque iam antea suae *Syllogae Commentationum et Obseruationum philologico-criticarum* Volum. I. inseruerat singularem *commentationem* doctissimam *de charactere Dauidis ad regulas poeseos Lyricae examinato.* Vid. S. V. *Erneſtius Bibliothec. theolog. Tom.* X. *Part.* IV. pag. 291. Simile opus in Psalmos debemus *Carolo Gottlob. Antonio*, quod prodiit *Wittebergae* 1779. in quo Auctor eius celeb. sententiam suam de systemate poeseos Hebraicae confirmare studuit.

Pag. 119. Iudaeos quondam de diuina et canonica Prouerbiorum Salomonis auctoritate dubitauisse, pluribus eruditis demonstrauit *Io. Iustus Losius* in *Commentat. de occultatione quorundam librorum sacrorum per doctores Iudaicos olim tentata. Helmstad.* 1736. 8.

Pag. 124. *Tom.* IV. 32. *sequ.* Recentissimo tempore causam diuinae et canonicae auctoritatis *Ecclesiastis Salomonis* a variis obiectis vindicare et firmius confirmare felicissimo euentu tentauit auctor *Anonymus* in peculiari scripto germanico, quod prodiit s. t. *Das von seinen Vorwürfen gerettete Predigerbuch Salomo. Cellae* 1779. 8. de quo plura attulerunt Perillustr. *Io. Dauid. Michaelis Bibliothec. oriental. et exeget. Part.* XIV. *num.* 227. *pag.* 32. *sequ.* et S. V. *Io. Christoph. Doederlinus Bibliothec. theologic. selecta. Tom.* I. *Part.* I. *pag.* 25. 36.

Pag.

Pag. 133. §. IV. Huc ſpectat *Io. Chriſtoph. Deckeri diſſert. de Prophetarum ordine chronologico. Halae* 1739.

Pag. 142. §. 1. Quaeſtionem, num *Ieſaias* vates ſacer ex ſtirpe regia prognatus fuerit, uberius diſcuſſit *Paul. Theodorus Carpouius* in diſſertatione inſcripta: *Examen traditionis hiſtorico-eccleſiaſticae de regiis Ieſaiae prophetae natalibus. Roſtoch.* 1755. cuius argumentum ſtrictim enarrant Autores *der vollſtändigen Nachrichten von kleinen academiſchen Schriften de anno* 1756. *Part.* X. *pag.* 897. *ſequ.*

Pag. 147. *Ieremiam* prophetarum in numero primum locum tenere imprimis contra *Iſaacum Abarbanelem* erudite oſtendit *Henric. Opitius* in peculiari *diſſertatione*, quae prodiit *Lipſiae* 1704.

Pag. 153. lin. 6. a fine paginae *Huet. pag.* 386.) adde: et pag. 446.

Pag. 160. IV. 39. Pluribus hic conferatur b. *D. Chriſtian. Frideric. Boerneri diſſert.* de Ezechiele eiusque vaticinio. Lipſiae 1719.

Pag. 164. in fine. Inter eos, qui de Danielis vaticiniis et adminiculis criticis ad ea intelligenda praeclare facientibus indagandis optime meriti ſunt, praeter eos, quos infra, ubi de verſione graeca Danielis recentiſſimo aevo reperta acturus ſum, adferam, omnino nominari meretur M. *Samuel Theophilus Wald* in Curis ſuis in hiſtoriam textus vaticiniorum Danielis, quarum Specimen primum Lipſiae 1783. in lucem prodiit publicam.

Pag. 170. De *Amoſo* eiusque libro prophetico pluribus commentati ſunt b. *Chriſtian. Bened. Michaelis* in *diſſert. de vaticinio Amoſi prophetae. Halae* 1736. et *M. Chriſtian. Gottfr. Haſius* in *diſſert. de ſtilo Amoſi prophetae ex eius vita eruto. Halae* 1755. cuius libelli academici argumentum ſtrictim recenſent Auctores *der vollſtändigen Nachrichten von kleinen academ. Schriften, de anno* 1755. *Part.* IX. *pag.* 825. ſequ.

Pag. 192. *Rainoldi Cenſura librorum apocryphorum* liber eſt maxime rarus, cui b. *Io. Ludou. Bunemannus* [illegible] *Catalogo librorum rariſſimorum pag.* 105. pretium X. Thalerorum aſſignauit.

Pag. 193. IV. 43. Scriptis *de libris Apocryphis V. T.* addenda eſt *Erici Benzelii* elegantiſſima commentatio de iisdem, quae extat in eiusdem *Syntagmate diſſertationum. Francof. et Lipſ.* 1745. 4. *Tom.* I. *pag.* 297. 339.

Pag. 199. Sententiam, quod *Philo Alexandrinus* fuerit verus auctor *libri Sapientiae*, iam ſupra attigi in *ſupplementis ad Tom.* I. pag. 974. Recentiori aeuo eandem imprimis variis argumentis confirmare ſtuduit *Daniel Salthenius* in diſſert. *de Auctore libri Sapientiae potius Philone Alexandrino quam Seniore. Regiom.* 1739.

Pag. eadem lin. ult. in Sophia ſua) pag. 14.

Pag. 200. Generatim de libro Sapientiae conferenda ſunt celeb. *Io. Melchior. Fabri* eruditiſſima *programmata* VI. *de libro Sapientiae Onoldi* 1776. 1777.

publicata, quorum argumentum brevibus recenſuit *S. V. Seilerus* in *Beylagen zu ſeinen gemeinnützigen Betrachtungen der neueſten theolog. Schriften, ad ann.* 1778. *Part.* I. *pag.* 61.

Pag. 204. *Libros Maccabaeorum* nequaquam in numerum canonicorum librorum eſſe referendos, imprimis erudite oſtendit b. *Erneſt. Ludouic. Rathleſius* in peculiari *commentatione de Machabaeis ſacrorum antiqui foederis librorum exulibus, Helmſtad.* 1738. 4. cuius argumentum uberius recenſent Autores der *Hamburgiſchen gelehrten Berichte* de anno 1739. ſcid. 73. pag. 625. ſequ. et auctores der *Auszüge aus Diſputat. de anno* 1740. *Part.* III. *pag.* 238. ſequent. Neque tamen uſus eorum egregius, quem hi ipſi libri praeſertim in antiquis hiſtoriae Iudaicae et profanae antiquarum gentium monumentis penitius cognoſcendis praeſtare poterunt, plane negari poteſt, qua de re pluribus conferendus eſt S. V. *Erneſt. Frid. Wernsdorfius* in *Programm. de fontibus hiſtoriae Syriae in libris Maccabaeorum. Witteberg.* 1746. Vid. *vollſtändig. Nachrichten von kleinen academ. Schriften de anno* 1747. *Part.* III. pag. 266. Vid. quoque Perill. *Michaelis Bibliothec. oriental. et exegetic. Part.* XII. *num.* 199. *pag.* 112. 127.

Pag. 209. De *quarto*, qui ſub *Eſdrae* nomine circumfertur, *libro* plura in medium attulit *Io. Vlric. Treſenreuter* in *programm. de libro, qui vulgo quartus Eſdrae inſcribitur. Coburg.* 1742.

Pag. 211. IV. *pag.* 46. *Fabricii Codicem Fſeudepigraphum* Veteris Teſtamenti uberius recenſent Autores *Actorum eruditorum Lipſienſ. germanic. Part.* XIV. *pag.* 181. 184.

Pag. 213. Pluribus *de Henochi libro* commentatus eſt *Thomas Bangius* in *Exercitationibus philologico-philoſophicis. (Cracouiae* 1691. 4.) *Exerc.* I. *pag. m.* 16. 95. et Perill. *Michaelis Bibliothec. oriental. Part.* VI. pag. 224. 232.

Pag. 248. IV. 48. *Alardi Epitomen biblicam* quoque *Io. Himmelius Memoriali* ſuo *biblico pag.* 88. inſeruit.

Albrechti Biblia in nuce recuſa ſunt *zur Langenfuhr prope Dantiſcum* germanice ſub titulo: Bibliſches Kleinod 1712. 12. oblong.

Pag. 250. IV. 52. *Eurymachaeri*) Prodiit quoque hic liber *Erffurti* 1573. Editio de anno 1581. *Erfordienſis*, quam memorat *Wolfius*, prodiit apud *Eſaiam Mechler*, et comprehendit plagulas 7.

Pag. 252. IV. 58. *Martinii Memoriale biblicum* prodiit quoque *Herbornae* 1608. 12. et complectitur plagulas 4½. itemque *Francof. et Lipſ.* 1704. 12. De eodem digna eſt quae legatur epiſtola *Iacob. Thomaſii ad Theophil. Colerum* data, quae inſerta eſt *Relationibus innoxiis de rebus nouantiqu. theologic. de anno* 1730. *pag.* 885.

Pag. 254. *Pagii* libellus etiam *Gallice* prodiit *Salmurii* 1673. 8.

Ibid. Palladii liber quoque excuſus eſt *Witteberg.* 1554. 8. et continet I. Alphab. et 7. plagulas.

Qui-

Quiſtorpii libellus prodiit *germanice Roſtoch.* 1665. 8.

Pag. 255. IV. 60. *Petri de Roſenheim*) Primam eamque antiquiſſimam huius libri editionem, quam *Wolfius* non memorat, *Bononienſem* eſſe anno 1496. editam conſtat. Secuta eſt eandem editio *Stettinenſis* a *Wolfio* memorata, cuius plenior titulus eſt: *Monoſticha in ſingulos ſacrorum bibliorum libros, et diſticha in librorum eorundem capita.* Recuſus eſt hic liber ſ. t. *Mnemoſynon biblicum h. e Monoſticha characteriſtica in libros ſacrae ſcripturae ordine alphabetico ita diſtincta, ut ad primum ſtatim intuitum non ſolum librorum nomina et ſummam, ſed etiam quotus quilibet liber biblicus ſit in ordine, et quot habeat capita, ſuggerant.* Conf. *Io. Himmelii Memoriale biblicum generale, pag.* 5. ubi eadem *Monoſticha* leguntur inſerta. Caeterum varia de Autore hoc memoratu digna in medium attulit *Frid. Gotthilff. Freytagius* in *Apparatu literario. Tom.* I. *pag.* 27. ubi quoque varii de hoc libro eiusdem citantur ſcriptores.

Pag. 256. *Simonidis Opuſculum* prodiit prima vice *Lugduni Batauorum* 1623. 8. deinde *Hafniae* 1633. 8. et continet plagulas ſex.

Pag. 257. IV. 63. *Introductionibus mnemonicis biblicis* a *Wolfio* his in locis memoratis addantur ſcripta ſequentia: *Anonymi* Bibliſches Schatzkäſtlein durch Frage und Antwort aufgeſchloſſen. Translatus eſt liber ex *Anglico* idiomate in vernaculam linguam, et prodiit *Ienae* 1668. 12. Conſtat uno Alphab. et 7. plagulis. Differt omnino hoc ſcriptum ab eo, quod *Pagius* evulgauit (vid. *pag.* 254.) potiſſimum in eo, quod libros dogmaticos aeque ac hiſtoricos foederis utriusque complectatur, et in praefatione eius auctor eius in ampliori dignitatis gradu conſtitutus fuiſſe perhibetur.

Sebaſtiani Chelyi ſcriptum, de quo nonnulla memorat *Iacobus Thomaſius* in *epiſtola ad Theophil. Colerum anno* 1681. *data.* Vid. *Relation. innox. de rebus nouantiqu. theologic. de anno* 1730. p. 885. ſequ.

Fabri cuiusdam *libellus* ſ. t. *Gemmae genere elegiaco ſingulis diſtichis ſingula capita biblica ordine alphabetico complexae*, qui liber paſſim inſertus eſt *Herlini Iſagogae*, de qua vid. *Wolf. pag.* 250.

Iacobi Saccon Summarium biblicum carmine heroico expreſſum et *bibliis latinis Lugduni* 1521. per *M. Iacob. Saccon* in *fol.* editis praefixum, quod commemorauit et *memoriali* ſuo *ſpeciali pag.* 64. *Himmelius* inſeruit. Hic ipſe Auctor verſiculis 214. uniuerſum ſacrum codicem complexus eſt, quorum ſingulae voces ſingulorum capitum argumentum exhibent.

Pag. 258. *Carpzouiani* Operis Pars *tertia*, quam *Wolfius* hic omiſit, edita eſt anno 1721. 4. Pluribus argumentum huius operis praeſtantiſſimi commendant Auctores *Actorum eruditor. Lipſienſ. germanic. Tom.* III. *Part.* XXVIII. *pag.* 263. 279. Vid. quoque Anonymi *Nachrichten von Niederſächſiſchen berühmten Männern und ihren Schriften. Part.* I. *pag.* 142.

Pag. 259. *lin.* 3.) *Tiguri)* Addas editionem *quartam Tigurinam* 1713. et *Ienenſem*, de anno 1723. 8. ut alias omittam.

Pag. 261. *Zeitfuchſii* liber quoque prodiit *Francofurti et Lipſiae* 1709. 8. et longe auctior eius editio in lucem publicam prolata eſt ſub titulo: *Theologia exegetica. Halae et Lipſ.* 1722. 4. quae 5. Alphab. et plagulas 11. comprehendit, de qua quaedam memorantur in *Relationib. innoc. de nouantiqu. theologic. de anno* 1722. pag. 263. Vid. quoque *Ephemerid. Lipſienſ. literar.* 1723. *Scid.* 69. p. 670.

His hiſtoricis *Introductionibus* a *Wolfio* memoratis addantur:

Io. Henric. Daniel. Moldenhaueri Introductio in omnes libros Veteris et Novi Teſtamenti canonicos et apocryphos. Regiomonti, 1744. 8. mai.

Io. Henric. Zopfii Introductio ad lectionem curſoriam Veteris Teſtamenti, continens praecognita lectionis biblicae de auctore, auctoritate, argumento et ſcopo cuiuscunque libri, una cum partitione et analyſi. Lipſ. 1763. 8. quem librum recenſuit *S. V. Erneſtius Bibliothec. theologic. Tom.* IV. *Part.* I. *pag.* 63. *ſq.*

Pag. 265. *Glaſſii* 1643.) Editio *tertia Philologiae* ſacrae de anno 1653. ab ipſo auctore reuiſa eſt, quam ſequitur editio *Lipſienſis* de anno 1708, quae demum prodiit cura *Andreae Büttegieri* Lipſiae 1725. Recentiſſimo tempore eandem longe auctius et emendatius edidit S. V. *Dathius Lipſiae* 1776. et annis ſequentibus, quae editio noſtris potiſſimum temporibus criticis eſt accommodata, et pluribus Tomis conſtat.

Pag. 268. *ſequ.* IV. 70. *ſequ. Iac. le Long.*) Novam editionem eamque locupletiſſimam, multis emendationibus et acceſſionibus auctam Bibliothecae ſacrae editionem in lucem publicam edidit S. V. *Andreas Gottlib. Maſchius*, cuius *Pars* I. *de editionibus textus biblici originalibus* agens prodiit *Halae Magdeburg.* 1778. 4. mai. quam ſecuta eſt *Pars* II. 1781. Pars III. 1783.

Pag. 273. ſequ. IV. 73. ſequ. *Waltoni Prolegomena* recentiſſime cum praefatione nova edidit S. V. *Io. Auguſt. Dathius Lipſiae* 1777. 8. mai.

Pag. 275. IV. 74. Introductionibus criticis in ſacrum codicem a Wolfio memoratis addi poſſunt ſequentia ſcripta:

P. Bezange Introductio in Vetus Teſtamentum critico-hermeneutico-hiſtorica, qua exhiberur, quicquid ex S. S. *Patrum aliorumque eruditorum ſententia ad genuinum ſenſum eruendum facere videtur. Stirae* 1765. Opus hoc conſtat *duobus Tomis*, quorum unus de libris Veteris Teſtamenti hiſtoricis et moralibus, alter vero de propheticis agit.

Io. Gottfrid. Eichhornii Einleitung in das alte Teſtament, cuius *Pars prima* prodiit *Lipſiae* 1780. 8. pars *altera* 1781. quam 1783. excepit pars *tertia*.

Houbigantii Prolegomena in Script. ſacram.

Kennicottii Benjam. diſſertationes duae de ſtatu praeſenti textus hebraici Veteris Teſtamenti. Vid. *ſupplementa* haec ſupra ad *pag.* 38. notata.

Ro-

Romershauſen, [redacted] *Fried. Vorleſungen über ſeinen Entwurf zu einer Einleitung in das Alte Teſtament*, quae poſt eius mortem a *D. Carol. Wilhelm. Roberto Francof. ad Moen.* 1771. 8. edita ſunt. Vid. Perill. *Michaelis Bibliothec. oriental. et exeget. Part.* I. *pag.* 116. 122. *num.* VIII.

Semleri, D. Io. Salom. Apparatus ad liberalem Veteris Teſtamenti interpretationem. Halae 1773. 8. Cuius libri argumentum ſtrictim recenſuit S. V. D. *Erneſtius Bibliothec. theolog. recentiſſ. Tom.* III. *Part.* VII. *pag.* 579. 596.

Pag. 280. Enarratoribus Interpretum ſacri codicis imprimis Veteris Teſtamenti iungendus eſt b. *Io. Georg. Walchius* in *Bibliotheca theologica ſelecta. Tom.* IV. *pag.* 369. ſequ.

Ad Librum II. qui exhibet *Hiſtoriam Manuſcriptorum et editionum Hebraei codicis.*

Pag. 289. IV. 78. Ad materiam *de Autographis Veteris Teſtamenti* pertinent ſcripta ſequentia: *D. Bened. Gottlieb. Clauſwitz* diſſert. *de Autographorum biblicorum iactura rei chriſtianae et innoxia et utili. Halae* 1743. cuius argumentum recenſetur in *Auszügen aus Diſputat. de anno* 1743. *Part.* II. *pag.* 139. ſequ. *Io. Clauſſen Diſquiſ. utrum ſacri codicis libri potuerint deperdi necne? Ienae* 1765.

Pag. ead. lin. 5. *a fine:) recitabimus)* Factum eſt hoc [redacted] infra *pag.* 527.

Pag. 290. *lin.* 3. *in tabulis fractis)* fol. 78. editionis Vene[redacted]

Pag. 291. *fere in medio*: *Eliam Leuitam in tabulis fractis)* *pag.* 78. editionis Venetae.

Pag. 294. *lin.* 13. *vitam Reuchlini pag.* 536.) Hic *Romae* eundem codicem emit anno 1494. et ſupra quam vetuſtum appellat.

Pag. 295. ubi *Wolfius* noſter de *codice hebraeo Reuchlin ano* verba facit, memorat, eundem ab Imperatore Maximiliano I. dono datum eſſe Reuchlino. Sed *Maius*, qui ea, quae hunc codicem concernunt, forte meljus ſcire poterat, donum iſtud aſſignauit Friederico III. Maximiliani patri in *Vita Reuchlini pag.* 21. 181. Deſcripſit hunc codicem praeter alios *Buxtorfius* in *Catalectis philologico-theologicis num.* 129. *pag.* 152. *ſequ.* De aetate eiusdem maxime variant Critici antiquioris et recentioris aeui. Ex poſterioribus cel. *Brunſius*, qui eundem diligentiſſime [redacted] eſt in notula quadam *Beniam. Kennicotti notis criticis in aliquot Pſalmos* [redacted] inter alia ſcripſit: „*Eſt hic ille Codex, qui olim praeſtantiſſimus* et *antiquiſſimus Criticis audiuit, hodie vero ad ſaeculum* XII. *vel ad ſummum* XIII. *eruditis referendus videtur.*„ Caeterum aſſeruatur uterque *Reuchlini* codex a *Wolfio* hic et *pag.* 294. memoratus in bibliotheca Illuſtriſſimi Marchionis

chionis Badenſis *Carolsruhae*, cuius varietatem lectionis per celeb. *Paulum Iacobum Brunſium* accuratiſſime deſcribi curauit *Kennicottus*, quod ipſe narrat in *Relatione VI. de ſtatu collationis codicum hebraicorum Veteris Teſtamenti* in *Bibliotheca [illegible]na hiſtorico-philologico-theologica Claſſ.* III. *Faſcic.* I. *pag.* 157. et *Relat.* VII. ibidem *Claſſ.* IV. *Faſcic.* I. *pag.* 158. in quo poſteriori loco obſeruat idem tanquam ſingulare quid, quod in uno horum Manuſcriptorum liber Danielis demum Malachiae vaticinia ſequatur, hoc ordine ab ipſo deſcriptore locatus. Plura de hoc codice et alio, quem *Carolsruhae* reperiſſe teſtatur *Brunſius*, obſeruantur ab eodem in *Ephemeridibus Ienenſ. literar.* de anno 1767. *ſcid.* XII. *pag.* 103. *ſequ.*

Pag. 297. *lin.* 11. ad verba *Wolfii: eundem ſuſpicatur eſſe)* Caſtigantur haec a *Io. Georg. Schiede* in *Biga Obſeruationum ſacrarum. de codice Bibl. hebraic. manuſcripto Caſſellano. Brem.* 1748. 8. repetita in *nouis Actis erudit. Lipſienſ. latin. de anno* 1757. *pag.* 564. 569.

Pag. 298. *Regiomont.)* Deſcripſit hunc codicem accuratiſſime S. V. D. *Lilienthalius.* Vid. quae infra notanda ſunt ad *pag.* 319. *ſequ.*

Pag. 308. *Mediolani)* Reperiuntur ibidem in *Bibliotheca Ambroſiana* codices biblici hebraici *quatuordecim*, ex quibus quinque in uſum *Kennicotti* ſui operis biblici accurate ſunt deſcripti, quod memoratur ab eodem *Relat.* II. *de ſtatu collationis* cet. in *Bibliothec. nov. Bremenſ. hiſtor. philolog. theol. Claſſ.* V. *faſcic.* 2. *pag.* 307. *Relat.* III. *Bibliothec. Hagan. Claſſ.* I. *faſc.* I. pag. 194. 195. Vid. quoque *Biblioth. Hagan. Claſſ.* IV. *faſc.* I. *pag.* 169. *ſequ.*

Pag. 301. Codex manuſcriptus, cuius *Wolfius* noſter hic mentionem fecit, poſtea ex bibliotheca b. *Baſhuyſenii* publico auctionis iure vendita peruenit ad manus primum *Iacobi Willemſen*, Theologiae Profeſſoris Middelburgenſis teſte S. V. *Nicolao Barkey* in *Bibliotheca nova Bremenſi Claſſ.* II. *Faſcic.* I. *pag.* 197. *ſequ.* ubi quoque nonnullae variae lectiones eiusdem obſervatae ſunt.

Pag. 304. 305. *Berolinenſis)* Plenam et accuratam recenſionem pariter ac deſcriptionem nonnullorum codicum hebraicorum manuſcriptorum, qui in *bibliotheca Berolinenſi regia* aſſeruantur, exhibuit b. *Paul. Ernest. Iablonſkius* in *praefatione editionis Bibliorum hebraicorum* de anno 1699. 8. mai. inter quos imprimis eminet *Seidelianus* codex a priori Poſſeſſore ita a *Iablonskio* appellatus. Varia quoque de eodem memoratu digniora obſeruauit *Beniam. Wilhelm. Dan. Schulzius* in *praefatione Criticae* ſuae auctioris *vulgarium editionum Bibliorum hebraicorum*, licet aetas horum codicum ab eodem iudice S. V. *Froriepio* in *Relationibus Lubecenſibus germanicis de ſcriptis recentiſſ. theol[illegible]n.* II. *Part.* IX. *pag.* 786. nimis indeterminate indicata fuerit. Maxim[illegible] collationis a celeb. *Murſinna* Halae factam eſſe ſubminiſtrante S. V. *Sa[illegible]* uſum operis *Kennicottiani*, qui etiam eidem *Kennicotto* manuſcriptum quendam b. *Iablonskii*, varietatem lectionis ex his codicibus a *Iablonskio* collectum et criticas in textum hebrai-

braicorum horum codicum praesertim *Seideliani* transmiserat, idem *Kennicottus* gratissime agnoscit *Relat.* V. *de statu collationis codicum hebraic.* in *Bibliothec. Hagan. historic. philolog. theolog. Class.* II. *Fascic.* II. *pag.* 397.

Pag. 306. *Dessauiae* in Archiuo ducali cel. *Brunsius* sese codicem hebraicum Bibl. hebr. reperisse testatur, quem etiam pro Kennicotto contulit, qui forte idem est, cuius *Wolfius* noster hic mentionem fecit. Aetatem eius ad saeculum XII. et XIII. referendam esse existimat. Vid. *Bibliothec. Langouiens. literaturae recentiss. Tom.* IV. *pag.* 685.

Pag. 307. IV. 86. 87. Codex hebraicus *Dresdensis* exaratus est in pergameno, et quaelibet eius pagina in tres columnas diuisa est. Literarum ductus, qui in eodem apparent, sunt omni ornatu imaginum et figurarum in recentioribus codicibus consueto destituti, ex quo simul veneranda huius codicis antiquitas colligi poterit, quippe qui sine dubio iam per trecentos annos in manibus Christianorum versatur. Punctis vocalibus est instructus hic codex, quae tamen, ut ex primo statim eorum intuitu patet, a recentiori manu adiecta sunt. Idem quoque de accentibus et lectionibus masorethicis huic codici adiectis obseruandum erit, quorum priores ab iis, qui in aliis Manuscriptis biblicis reperiuntur, valde discrepant. Elegantissimam huius codicis descriptionem exhibuit S. V. D. *Carolus Frideric. Bahrdtius* in *Programmate* peculiari *de incluta Bibliothecae electoralis Dresdensis codice bibliorum hebraicorum manuscripto Lipsiae* 1767. 4. publicato, ex quo ea, quae antea de hoc codice attuli, decerpsi. Recentiori tempore celeb. *Tychsenius* in *Tentamine* suo de *variis codicum manuscriptorum hebr. generibus* obseruauit, scriptorem huius codicis nominari NDHM, ex quo collegit, eundem fuisse Christianum Exiudaeum, quam tamen coniecturam celeb. *Brunsius* eidem reddidit, qui interim concessit, has literas extare in subscriptione codicis, quod iam obseruauit *Bahrdtius*, cum tempore, isto, quo codex scriptus fuerit, adiecta forte fuerint verba: Masoram adscripsit literis NRSM. Vid. D. *Hirtii Bibliothec. oriental. et exegetic. Part.* V. *pag.* 205. Largam variantium lectionum ex hoc codice collectarum, quae imprimis ex *Psalmis* depromptae fuerint, messem S. V. *Tellerus Starkio* Regiomontano transmiserat, cum iste commentarium suum in Psalmos pararet. Caeterum suadente *Kennicotto* collatus est hic codex a *Clodio*, Bibliothecae electoralis Drasdensis praefecto doctissimo, uti narrauit idem *Kennicottus Relat.* III. *de statu collationis* cet. in *bibliothec. Hagan. Class.* I. *Fascic.* I. *pag.* 196.

Pag. 307. 308. *Erfurti* extant *quinque Codices* biblici hebraici. Licet b. *Io. Henric. Michaelis* iam in *dissertatione* a *Wolfio* citata notitiam eorundem exhibuerit, verendum tamen omnino erat, ne varia eiusdem oculos effugissent praecipue quae circa literas consonantes Hebraeorum fuerint notanda, id quod eo facilius fieri poterat, quo maiorem diligentiam emendandis vocalibus punctis iisque accuratius perscrutandis idem consecrauerat. Testatus sit idem postea Perill. *Michaelis*, qui priorem collationem Manuscriptorum *Erfurtensium* pro imperfecta et man-

manca habendam esse censuit, potissimum ea ex ratione, quoniam multae notatu dignissimae lectiones variantes horum codicum omissae fuerint, *Bibliothec. orientat. et exeget. Part.* I. *pag.* 207. sequ. Postea cum *Kennicottus* sibi a Perill. *Michaelis* iteratam istorum codicum biblicorum collationem sibi expetiisset, ad eandem instituendam *Erfordiam* mittebatur b. *C. W. Diederichs*, qui etiam potestate istos codices conferendi a Ministerio plurimum reuerendo Augustanae invariatae Confessionis *Erfordiensi* impetrata istud negotium aggressus est et feliciter ad finem perduxit. Historiam huius collationis recentissimae codicum *Erfurtensium* biblicorum pluribus narrauit Perill. *Michaelis* in *Bibliothec. orientat. et exegetic. Part.* III. *pag.* 208. 215. VI. 238. 247. Vid. quoque *Benjam. Kennicotti Relat.* V. *de statu cet.* in *Bibliotheca Hagana. Class.* II. *pag.* 397. *sequ. Class.* IV. *Fascic.* I. *pag.* 171. *Specimina variantium lectionum codicum Erfurtensium, quae in Psalmis occurrunt*, idem exhibuit *Diederichs* in peculiari *dissertatione Goettingae* 1775. edita, cuius argumentum strictim recensuit Perill. *Michaelis* in *Bibliothec. orientat. et exegetic. Part.* IX. *num.* 137. pag. 20. 23. Optandum fuisset, ut laudatus Auctor dissertationem b. *Michaelis* supra memoratam suis adnotationibus et emendationibus auctam una cum tota variarum lectionum Erfurtensium collectione in lucem publicam dedisset, quod vero haud sperandum est, cum hic ipse Auctor praematura morte iam defunctus sit.

Pag. 308. IV. 88. *Florentiae.* Asseruari in bibliotheca huius ciuitatis *Mediceea* permultos codices hebraicos tum bibliorum hebraicorum, tum rabbinicorum scriptorum, iam obseruauit et accuratam eorundem descriptionem exhibuit *Bernhardus Montefalconius* in *Bibliotheca bibliothecarum manuscriptorum noua. Tom.* I. *pag.* 239. 250. Praeterea codex manuscriptus biblicus hebraicus reperitur ibidem in *Bibliotheca ducali Strozziana*, cuius et sex aliorum codicum hebraicorum ibidem repertorum collationem *Kennicottus* instituit, eamque feliciter ad finem perduxit, ita ut variantes lectiones ex iis collectae operi suo biblico inseri potuerint. Vid. *Kennicott. Relat.* II. de statu collationis cet. in *Bibliothec. nona Brenensi. Class.* V. *fascic.* II. *pag.* 307. *Relat.* III. *Bibliothec. Hagau. Class.* I. *fascic.* I. *pag.* 194. *Relat.* V. Ibid. *Class.* II. *Fascic.* II. *pag.* 399. et *Relat.* VII. *Class.* IV. *Fascic.* I. *pag.* 157. *sequ.*

Pag. 310. sequ. *Halae* hoc tempore in Bibliotheca ciuitatis publica asseruatur codex Bibliorum hebraicorum *Snidelianus* olim Berolini existens, uti constat ex *Kennicotti Relatione* II. *Biblioth. Hagan. Class.* I. Fascic. I. pag. 195. Vberiorem eius descriptionem exhibuit b. *Iablonskius* in *praefatione editionis* suae *bibliorum hebraic.* de anno 1699. 8. mai. Vide quoque, quae supra ad *pag.* 304. 205. de codicibus manuscriptis Berolinensibus in hisce supplementis obseruata sunt.

Pag. 311. *sequ.* IV. 89. *sequ.* *Hamburgi* tres satis antiquos codices manuscriptos bibliorum hebraicorum in usum *Kennicottiani* operis diligenter collatos esse

fuiſſe, qui tamen unum tantum Bibliorum codicem completum conſtituerint, teſtatur ipſe *Kennicottus Relation.* III. *Bibliothec. Hagan. Claſſ. I. Faſcic.* I. pag. 195.

Pag. 312. ſequ. IV. 93. *Helmſtadienſes* codices biblicos manuſcriptos quod attinet, noſtris praeſertim temporibus de iisdem deſcribendis optime meriti ſunt doctiſſimi viri, quorum operam ſingularem hic praedicare fas erit. Debemus hic b. *Georg. Io. Ludou. Vogelio* duas diſſertationes, quarum altera ſub praeſidio S. V. *Guil. Abrahami. Tellers* defenſa, *de codice Bibliorum hebraicorum Helmſtadienſi* agens prodiit Helmſtadii 1766. altera autem, quae *obſeruationes criticas in varias quasdam lectiones codicis Hebraei ſcripti Bibliothecae academicae Helmſtadienſis continet*, *Halae* eodem anno edita eſt, cuius poſterioris potiora capita ſedulo recenſuit b. *Erneſtius. Bibliothec. theolog. nov. Tom.* VIII. *Part.* III. *pag.* 279. 282. Praeterea eiusdem *Vogelii* collationem iſtius codicis Helmſtadienſis *Tellerus* verſioni ſuae latinae *diſſertationis ſecundae Kennicottianae de praeſenti ſtatu codicis hebraei V. T.* adiecit. Mentionem quoque huius codicis fecit b. *Zachurias Conradus ab Vffenbach* in *deſcriptione ſui itineris literarii. Part.* I. p. 227. Ad conditionem, antiquitatem et valorem eius quod attinet, varia ex iis, quae *Vogelius* de eodem obſeruauit, memorantur ab *Erneſtio Biblioth. theolog. Tom.* VIII. *Part.* VI. *pag.* 799. ſequ. Mirifice differunt de eodem clariſſimorum Philologorum noſtri aeui ſententiae. Perſuadet enim ſibi *S. V. Tellerus*, quod collatio eiusdem rite inſtituta multum utilitatis conferre queat ad emendandam maſorethici textus lectionem. Contrarium ſtatuit celeb. *Tychſenius* in *Tentamine de variis codicum V. T. generibus pag.* 134. *ſequ.* ubi affirmat, eundem tantum eſſe codicem conuolutum antimaſorethicum, qui a *Non-Iudaeo* ſit ſcriptus, parvi aeſtimandus, cuius diverſae lectiones a textu maſorethico diſcrepantes pro vitiis inter ſcribendum commiſſis ſint habendae. Simili ratione, quando *Tellerus* perhibet *loc. citat. pag.* 138. hunc codicem iſto tempore fuiſſe manu exaratum, quo Iudaei arti calligraphicae maxime ſtuduerint, monuit *Tychſenius* [illegible]cit. *pag.* 262. id plane affirmari non poſſe, cum certo definiri nequeat, quo tempore Iudaei artem calligraphice ſcribendi exercere coeperint.

Praeter hunc codicem Helmſtadienſem S. V. *Tellerus* in fine verſionis ſupra memoratae operis Kennicottiani alios manu exaratos hebraicos Veteris Teſtamenti recenſuit, quorum quatuor in *Bibliotheca* publica *academica Helmſtadienſi*, duo vero in b. *Io. Fabricii* Bibliotheca aſſeruantur. Cum vero poſterior auctionis publicae lege ſit vendita, ignoratur, [illegible]rum manus hi duo codices, quos olim tenuit *Io. Fabricius*, inciderint. Forte tamen ſunt iidem codices, quorum mentionem fecit Perillustr. *Io. Dauid Michaelis Bibliothec. orientat. et exegetic. Part.* VIII. *pag.* 167. 178. Interim omnino laudandum eſt conſilium, quod iisdem paulo accuratius et plenius deſcribendis adhibuit cel. M. *Auguſt. Henr. Ichtenſteinius* in commentatione, quae *deſcriptionem* exhibet *duorum codicum hebraicorum adhuc parum cognitorum. Helmſtad.* 1776. 4. 3. plag. quam excepit *altera*

eiusdem doctissimi viri commentatio exhibens *recensionem codicis hebraei Manuscripti Helmstadiensis quinti huc usque pro deperdito habiti ac trium fragmentorum Helmstadiensium descriptionem.* Ibid. 1777. 4. Ex priori commentatione nonnulla hic in gratiam lectorum nostrorum ex relatione *Ephemeridum Helmstadiensium literariarum* de anno 1776. *Scid.* 23. hic transcribamus: „*Alter horum codicum continet Hagiographa et Prophetas, scriptus vero similiter A. C.* 1028. *Alter autem exhibet Genesin et Exodum cum Masora et interiecta singulis Versibus paraphrasi Chaldaica Onkelosi; et addito a recentiori manu commentario Iarchii seu R. Salomonis-Iizchak, quem excipiunt lectiones prophetiae. Est ille, uti Lichtensteinius coniicit, antiquior altero, et in Hispania exaratus. Caeterum ex utroque quondam Fabriciano codice quaedam specimina variarum lectionum decerpsit Lichtensteinius eodem fere studio, quod nuper in bibliotheca orientali Perill. Michaelis probavit viris doctis. Quaedam lectiones eius non temere reiiciendae videntur. Sic in cantico Deborae Iudic. V, 27. ubi primus codex vocem* כרע „*semel tantum ponit, et loco* באשר *olim legit* שם, *quod ad sensum clarius, et ad poeticam virtutem elegantius esse putat Lichtensteinius.*"

Pag. 313. *seqq. Ienensis* codicis scriptores varii mentionem fecerunt, quo praeter eos, quos iam adduxit *Wolfius* noster, spectant b. *Io. Frischmuthius* in *dissertat. de Iudaeorum amentia*, in *Corollario in fine adiecto*, *Io. Andr. Danzius* in *dissert. de Sinceritate scripturae Veteris Testamenti suspicione erroris abstersa* §. III. *pag.* 17. et *Io. Christoph. Mylius* in *Memorabilibus bibliothecae Ienensis pag.* 308. seqq. Collationem eius cum textu hebraico instituit celeb. *Christian. Frideric. Schnurrerus* in itinere suo literario per aliquod temporis spatium Ienae versatus, eum in finem, ut diversae eius lectiones suo loco insererentur *Kennicottiano* operi biblico, quod ipse *Schnurrerus* ingenue fatetur in *dissertat. de codicum hebraicorum Veteris Testamenti aetate difficulter determinanda (Tubing. 1772.) pag.* 3. Cum vero nulla adhuc huius codicis manuscripti plenior descriptio exstet, gratum omnino et acceptum fore b. *Hirtii* promissum in *Bibliother. orient. et exegetic. Part.* I. *pag.* 246. hunc codicem accurate quoad externam et internam conditionem, pretium et antiquitatem eius describendi, quod quo minus adhuc praestiterit, abitus viri huius Summe Venerabilis ad munus academicum et ecclesiasticum Witebergae administrandum forte impedivit. Mihi quidem perlustrare licuit hunc codicem manuscriptum Ienensem hebraeum, et varia de eodem notatu digniora essent, quae hic observanda forent, nisi essent nimis prolixa et ad comparata, ut peculiarem fere commentationem explerent, quae observata vero, si intellexero, eiusmodi scriptionem non ingratam fore harum rerum peritis, in publicam lucem edere apud me constitui. Vnum hic tantum observo. Falsum est, quod b. *Wolfius* hoc loco affirmat, hunc codicem totum Vetus Testamentum hebraicum excepto Pentateucho continere, cum in eodem quoque deficiant Hagiographa.

graphus. Plura hic de isto codice hic non obseruare licet, quae in aliud tempus reseruabo.

Tom. II. *pag.* 314. *Lipsiae.* Codex, qui ibidem in bibliotheca senatoria referente *Wosio* reperitur, iudice celeb. *Tychsenio* in *Tentamine de variis codicum hebraic. manuscript. generibus Sect.* II. §. 7. est a puero aliquo exercitii gratia in usum parentum et aliorum confectus. Ex eo, quod *Wolfius* de isto obseruat, eundem esse codicem orientalem et ab occidentalibus codicibus plane diuersum, colligit b. *Carolus Henricus Zeibichius* in *dissert. de codicum V. T. Orientalium et Occidentalium dissensionibus.* §. XI. eundem tum in Keri cethibh nostro praeferendo, tum etiam in amplectendis lectionibus *Ben Naphtali* et Occidentalibus demum caeteris, ab hodiernis codicibus internosci, quod obseruatum vero idem tantum tenuem coniecturam nondum ad liquidem certitudinis gradum perductam proponit. Vid. *Io. Oelrichs. Collect. Opusculorum historico-philologico-theologicorum. Tom.* II. *Part.* I. *pag.* 26. *seq.* Paraphrasis chaldaica *Onkelosi*, quae una cum *Hierosolymitana* priori codici est adiecta, saepius ab ea quae impressa legitur, discrepat. Simili fere ratione *Raschii* Commentarius, qui omnibus libris biblicis in hoc comprehensis subiunctus exhibetur, a textu Raschiano impresso longe discedit. Plura memorata digna de hoc codice hebraico *Lipsiensi* obseruauit S. V. D. *Carol. Friedric. Baldtius* in *Obseruationibus criticis de codicibus manuscriptis hebraicis biblicis*, quae *Lipsiae* 1770. 8. prodierunt.

Tom. II. *pag.* 316. *Noribergae* in *bibliotheca ciuitatis publica* versatur codex egregius totum Veteris Testamenti corpus comprehendens, continens septem Voluminibus textum hebraicum, quem senatus *Norimbergensis* demum paucis abhinc annis coemit, quem una cum alio celeb. *Io. Andr. Mich. Nagelius* in usum operis *Kennicottiani* biblici cum textu hebraico impresso contulit, quod gratissima mente praedicauit ipse *Kennicottus Relat.* VII. *de statu collationis Manuscriptorum hebraicorum*, in *bibliothec. Hagan. Class.* IV. *fasc.* I. *pag.* 158. *sequ.* et *Relat.* VIII. ibidem *pag.* 171. Caeterum notati sunt codices isti *Noribergenses* in editione *Kennicotti* numeris 198. et 199. Adiunt quoque ibidem adhuc duo alii codices hebraici manu descripti biblici, quorum uberiorem descriptionem suppeditauit supra laudatus *Nagelius* in *dissertatione* doctissima *de duobus codicibus manuscriptis Veteris Testamenti Bibliothecae publicae Norimbergensis*, quam secuta est alia eiusdem auctoris dissertatio *in variantes lectiones* XXV. *capitum priorum Ieremiae ex duobus codicibus manuscriptis hebraicis desumtas. Altdorf.* 1772. Vid. D. *Hirt. Bibliothec. orientat. et exeget. Part.* III. *pag.* 133. *sequ.*

Tom. II. *pag.* 319. *Nr.* 95. *Parisiis* in *bibliotheca Regia* recondita esse *quadraginta manuscripta hebraica biblica* testatur *Kennicottus Relat.* II. *Bibliothec. nov. Bremens. Class.* V. *Fascic.* II. *pag.* 309. Alio in loco, *Relat.* VII. *Class.* IV. *bibliothec. Hagan. fascic.* I. *pag.* 162. idem memorat, seruari ibidem triginta et septem codices manuscriptos hebraicos et duplicem Samaritanum. Ibidem quoque

refert,

Vindobonae reperitur praeter codicem hebraeum *Pentateuchi*, *quem Wolfius* memorat alius codex uniuersum Vetus Testamentum hebraicum comprehendens, cuius collationem sibi expetitam obtinuit celeb. *Kennicottus* eiusdem mentionem faci[illegible] *Relat.* IV. et V. Vid. *Bibliothec. Hagan. Class.* I. *Fascic.* III. *pag.* 574. *Class.* II. *Fascic.* II. *pag.* 398.

Tom. II. *pag.* 321. *Vratislauiae*) Codices tres ibidem asseruatos uberius descripsit I. E. Scheibelius in peculiari commentat. Lipsiae 1756. 4. edita.

Tom. II. *pag.* 321. *Sinensium* Manuscriptorum a *Wolfio* hic memoratorum quoque mentionem fecit *Kennicottus Relat.* VIII. *Class.* IV. *bibliothec. Hagan.* Fascic. I. *pag.* 172. An vero instituta fuerit eorum collatio a *Kennicotto* exoptata, vehementer dubito. Interim de Bibliis Iudaeorum in *Caifung* in imperio Sinensi suppeditauit notitiam missionarius Soc. Iesu, *P. Ignatius Koeglerus*, quae extat in Perill. *de Murr* Journal zur Kunst und Litteratur *Tom.* VII. pag. 240. 252. Vid. *Michael. Bibliothec. oriental. Part.* XV. *pag.* 15. 27.

His locis a *Wolfio* adductis adhuc adde sequentia:

Bremae in *bibliotheca b. Conradi Ikenii* quondam latuerunt *quatuor* codices manuscripti Pergameni biblici: qui ex bibliotheca Parentis sui iure haereditario ad ipsum deuoluti fuerant, et continent *Psalmorum* et *Esaiae* maximam partem, ut et Prophetas minores. Mentionem eorum fecit S. V. *Nicolaus Barkey* in *Bibliotheca Bremensi historico-philologico-theologica. Class.* III. *fascic.* II. *pag.* 382.

Carolsruhae praeter codices a *Wolfio* supra *pag.* 295. reperios quoque exstat codex [illegible]ius manu scriptus *Psalterii* in forma octopartita, in cuius margine adiecta [illegible]catio Rasceii. Psalmi hemistichiis sunt scripti, et codex punctis vocalibus [illegible]entiori manu est exornatus, accentibus autem caret. Mentionem eius fecit celeb. *Brunsius.*

Cassellis asseruatur in bibliotheca publica omnium fere codicum hebraicorum splendidissimus codex Bibliorum hebraicorum Manuscriptus. Descriptionem eius aliquam saltem iam exhibuerat b. *Io. Georg. Schiedius* in *Biga obseruationum sacrarum de codice Bibliorum hebraicorum Manuscripto Cassellano*, quae *Bremae* 1748. 8. prodiit cum praefatione *Nicol. Nomenii.* Vid. *Acta erud. Lipsens. latina* de anno 1757. pag. 559. sequ. Cum autem iste codex propter ea, quae laudatus *Schiedius* iam de eodem obseruauerat, celeb. *Kennicotti* attentionem in se conuerteret, hic ipse dignum iudicauit hunc codicem, qui denuo describeretur. Hunc laborem in se suscepit Perillustris *Io. David Michaelis*, qui postea in sua *Bibliotheca oriental. et exegetic. Part.* I. *pag.* 223. 254. II. *pag.* 209. 242. *Part.* III. *pag.* 216. 249. IV. 214. sequ. in publicos usus prodit. Cum vero mihi certissime persuasum fuerit, istam Bibliothecam in omnium fere [illegible]eorum manibus versari, nihil hic de conditione externa et interna, de aetate eius aliisque, quae ad eundem codicem pertinent, adiiciendum esse arbitror. Occurrunt praeterea in hac *Cassellani codicis* descriptione multa alia lectu dignissima, quae codi-

cum

cum hebraicorum biblicorum conditionem, varia genera et optimam rationem varias lectiones ex codicibus manuscriptis colligendi, quae hic ut praetermittam, suadet scopus meae scriptionis. — Dum haec fere scripseram, incidit forte in manus meas *observatio critica* auctoris *Anonymi*, quae reperitur in *den Hamburgischen Berichten von gelehrten Sachen de anno* 1739. *Scid.* LXXIII. *pag.* 627. *seqq.* Suppeditatur ibidem notitia codicis hebraeo-biblici in pergameno scripti, qui olim in vicinia Cassellanae civitatis fuerit. Licet non definire conabor, an forte hic idem codex hebraeus fuerit, quem *Schiedius* et *Michaelis* modo laudati recensuerunt, nonnulla tamen hic ex memorato diario literario in medium adferam. Arbitratur doctus auctor huius obseruationis, fuisse hunc codicem eundem, quem *Franciscus Iunius* olim Heidelbergae perlustrauerit, et quo ille frequenter praesertim in *notis* versioni suae Veteris Testamenti subiectis usus fuerit. Quamuis Sopher seu scriba huius codicis annum scriptionis eiusdem haud expresserit, nomen tamen suum haud reticuit. In fine enim vaticiniorum Danielis exstant voces hebraicae profecto nomen huius scribae indicantes: יצחק ברבי, sed pars folii istius haec verba excipiens avulsa est. Simili ratione in fine Levitici nomen expressum legitur *Isaacus filius Rabbi Baruch.* Hunc vero longe diversum esse ab eo, cuius *Wolfius* noster *Bibliothec. hebr. Tom.* I. *pag.* 651. *num.* 1177. doctissime ostendit b. D. *Christ. Benedict. Michaelis* in *Hamburg. Berichten* 1739. *Scid.* XCII. *pag.* 778. Ordo librorum biblicorum in hoc codice ab eo, qui in nostris impressis bibliorum hebraicorum editionibus obseruatur, longissime differt, conuenit autem cum eodem, quem *Talmudistae* in tractatu *Baua Batra. fol.* 14. *col.* 2. suo calculo approbarunt. Vid. *Wolf. Bibliothec. hebr. Tom.* II. *pag.* 47. Caeterum conuenit hic codex ratione librorum in plerisque cum codice primo Erfurtensi, quod obseruat *b. Michaelis loc. citat. pag.* 779. Spem quoque fecerat iste auctor, uberiorem huius codicis descriptionem in lucem publicam edendi, an autem hoc factum sit, me ignorare libenter fateor.

Coloniae asseruatur in *bibliotheca Patrum Societatis Iesu* codex manuscriptus totius Veteris Testamenti hebraici, qui secundum inscriptionem et differentiam aetatae Christianae a computo Iudaico scriptus est post Christum natum anno 1286. quod obseruat *Nicolaus Barkey* in *noua Bibliotheca Bremensi. Class.* II. *Fascic.* I. *pag.* 196. *seqq.* Hunc codicem etiam *Kennicottus* conferendum curauit, uti constat ex eiusdem *Relat.* V. *de statu collationis manuscriptorum hebraicorum.* Vid. *Bibliothec. Hagan. historico-theol.-philol. Class.* II. *Fascic.* II. pag. 399.

Dauentriae in *bibliotheca Carmelitarum publica* exstant duo partium codicis hebraei manuscripti, quorum iam mentionem fecit *Vffenbachius*, licet *Wolfio* nostro fuerint incognita. Alterum eorum *partem Pentateuchi* et sic dictos libros *Megilloth*, alterum autem maximam partem *Prophetarum posteriorum* a *Ies.* XXXVII, 21. usque ad *Zachar.* 1, 12. comprehendit. Prioris codicis uberiorem descriptionem exhibere pollicitus est *A. F. Ruckersfelderus* in Sylloge commentationum

et *obſeruationum philologico-exegeticarum et criticarum*, ubi poſterioris codicis memorati *Faſcic.* 1. *num.* 2. uberior occurrit deſcriptio, cuius potiora capita exhibuit b. *Erneſtius Bibliothec. theolog. nou. Tom.* III. *Part.* X. *pag.* 884. 888.

Stuttgardiae tenetur in *Bibliotheca Conſiſtorii Würtembergici* codex manuſcriptus hebraeo-biblicus, cuius aetas a Criticis peritiſſimis ante tempora inuentae Typographiae collocatur. Continet iſte praeter *Pentateuchum* quinque libros *Megilloth*, *Haphtaroth* et librum *Hiobi*. Hunc codicem non contulit *Kennicottus*, unde ſummam gratiam penes rei criticae amatores ſibi conciliarunt *M. Io. Frider. le Bret* et *M. Ioſeph. Frider. Schellingius*, qui huic codici uberius deſcribendo operam ſuam omnino laudandam conſecrarunt. Prior edidit *diſſertat. de codice antiquo hebraeo. Tubingae.* Alteri vero praeſtantiſſimam eius deſcriptionem debemus, quippe qui evulgauit librum ſub titulo: *Deſcriptio codicis manuſcripti hebraeobiblici, qui Stuttgardiae in bibliotheca illuſtris Conſiſtorii Würtembergici aſſeruatur, cum variarum lectionum ex eo notatarum collectione, cui praemiſſa eſt diſſertatio de iuſto hodierni ſtudii, quod in excutiendis codicibus veteris Teſtamenti collocatur, pretio et moderamine. Stuttgardiae* 1775. 8. Quem librum rei criticae utiliſſimum data opera recenſent S. V. *Froriepius* in *Bibliothec theologic. germanic. Tom.* II. *Part.* II. *pag.* 176. 202. et vir doctus in *Bibliotheca ſelecta Lemgouienſi. Part.* XI. *pag.* 259. 267.

Vinariae in *bibliotheca* praeſtantiſſimo *Ducali* exſtat ſplendidum exemplar *codicis manuſcripti membranacei Pentateuchi hebraici*, quod ex Italia lenam deportatum *b. Io. Henricus Bohmius* ſibi coemerat, ex cuius Bibliotheca auctionis publicae lege poſtea ad bibliothecam Ducalem Vinarienſem pervenit. Conſtat *duobus Tomis* in folio minori, quorum prior 373. poſterior autem 278. folia continet. *Prior* Tomus complectitur *tres priores Moſis* libros, alter *duos poſteriores* cum ſuis *Haphtaroth* et *Megilloth*. Singulae hae partes *Maſora parua et magna* textuali, quarum illa in margine, haec vero plerumque duabus vel tribus lineis ſupra et infra textum adſcripta eſt, *paraphraſi Chaldaica* et *Raſchii commentario* inſtructae ſunt. In fine appendicis loco adiectum eſt rariſſimum *Manuſcriptum cabbaliſticum Rabbenu Iehuda Hachaſid Filii R. Samuelis* i. e. *Sepher Hachochma*. Scriba huius codicis, qui in calce *Tomi* I. appellatur *Schimſchon* in lectione hebraei codicis ſummam adhibuit accurationem, et Targum in hoc codice expreſſum in nonnullis locis diſcrepat ab eo, quod in *bibliis Buxtorfianis* typis eſt mandatum. Codicem hunc vel ante tempora ſaeculi poſt Chriſtum natum decimi quinti, vel ſaltem circa dimidiam partem eiusdem ſaeculi ſcriptum eſſe, ex eo colligi poterit, quod in utroque Tomo initio ſtatim adnotatum eſt, coemtum fuiſſe in ſui et poſteritatis ſuae uſum hunc codicem a *R. Roda bar Mardochai*, qui cognominatus fuerit *Leo Werthheim* Francofordiae anno aerae Iudaicae 229. C. 1469. Pluribus eundem deſcripſerunt *b. Iacob. Wilhelm. Blaufuſius* in *vermiſchten Beyträgen zur Erweiterung der Kenntniſſ ſeltener und merkwürdiger Bücher. Part.* I. *pag.* 316. 329. et b. *Io. Fridric. Hirtius* in *Bibliothec. oriental. et exegetica. Part.* VI. *pag.* 261. 296.

296. cuius posterioris descriptiones uberiorem continuationem omnes mecum optabunt, quibus accurata codicum hebraicorum manu exaratorum notitia curae cordique est. Praeter hos codices quoque *Taurini* sex codices manuscripti hebraici in *Kennicottiani* operis usum collati sunt, quod ex *Relatione* eiusdem III. et IV. constat. Vid. *Bibliothec. Hagan. Class.* I. *Fascic.* II. *pag.* 193. *Fascic.* III. *pag.* 575. Alios adhuc codices, qui hinc atque inde delitescunt variis in locis obseruauit celeb. *Kennicottus* in suis de collatione hebraicorum codicum Manuscriptorum Veteris Testamenti Relationibus, quae infra erunt citandae.

Recentissimo tempore factum est quoque, ut singula, quae reperiri potuerint *segmenta codicum Hebraicorum*, quae huc atque illuc, forte etiam in abstrusis tenebris puluere et squalore obducta delitescebant, aut forte ad libros compingendos olim ab imprudentibus hominibus adhibita erant, summo studio colligerentur et plenius, quam antea factum erat, instituta ex istis accurata variae lectionis collectione describerentur. Primus fere fuit inter Germanos, qui hoc studium membranas librorum antiquiorum literis hebraicis ornatas penitius perlustrandi, et eiusmodi cimelia venerandae antiquitatis, quibus misere laceratis ne quidem pepercit barbaries priorum temporum, ab omni oblivione vindicandi, vehementer commendauit vir omni laude mea maior S. V. *Io. Salomo Semlerus* in scripto mox adferendo. Huc pertinet sequentia scripta et commentationes, quas seruato ordine annorum, in quibus editae fuerint, adducam.

D. Io. Salom. Semleri Comment. s. t. *Admonitio de obseruandis hebraicorum manuscriptorum membranis, quae tegendis aliis libris inseruiunt. Halae* 1764. 4. Quo in scripto fragmentum codicis hebraei particulas *Iobi* cap. III. IV. V. XVI. XVII. XVIII. sistens data opera describitur. Vid. S. V. *Ernestii Bibliothec. theologic. nov. Tom.* V. *Part.* IV. *pag.* 380. 382.

Philipp. Albert. Christfels Comment. de variis lectionibus fragmenti codicis Hebraei ad librum Nehemiae pertinentibus, quod *ab ipso in membrana libri cuiusdam repertum est. Oettingae* 1769. 4.

Maximiliani Nagelii dissertatio exhibens descriptionem fragmenti ex Exodo, Leuitico et Ecclesiaste Salomonis. Altorf. 1770.

Frieder. Caroli Christ. Iacobi dissert. de fragmento codicis biblici hebraici manuscripti, praeside. *Georg. Andr. Willio* habita. Altorf. 1772. Fragmentum istud continet particulam *Iobi* cap. XIII, 23. usque ad cap. XV, 32. et tantum duas paginas in folio complectitur, quibus infra textum hebraicum et in margine adiectus est commentarius Rabbinicus. Plura de hoc scripto in medium attulit b. *Hirtius Bibliothec. oriental. et exeget. Part.* III. *pag.* 137 141.

D. Io. Andr. Sixti Programm. exhibens *duorum fragmentorum* s. codicis hebraei descriptionem. Altorfii 1772. Vid. *Hirt. Biblioth. oriental. Part.* II. *pag.* 845. *sequ.*

Io. Christian. Frider. Schulzii Progr. I. et II. *recensionem exhibens duorum*

Fragmentorum V. T. hebraicorum, manu exaratorum, quae in Bibliotheca academica Gieſſenſi ſervantur. Gieſſae 1775. 4. Continent haec fragmenta particulas codicis hebraei ex *Ierem.* XXV, 5. usque ad XXVI, 11. et *Iob.* XXII, 15. usque ad XXVII., 8. ex quibus nonnullae variae lectiones memoratu dignae obſeruantur. Recenſentur hae proluſiones academicae a Perill. *Michaelis Bibliothec. oriental. et exegetic. Part.* IX. *num.* 138. *pag.* 24. *ſequ.* et in *bibliotheca Lemgouienſi ſelecta. Part.* XI. *pag.* 171. 179.

Praeter haec ſcripta de fragmentis codicis hebraei ſeparatim edita quoque de illis ipſis egregie meriti ſunt Perilluſtris *Io. David Michaelis*, cui debemus accuratiſſimam *deſcriptionem fragmentorum Gothanorum*, fragmenti alicuius, cuius poſſeſſor fuit b. *Diederichs*, *Helmſtadienſium et Pragenſium*, quam in uſus publicos *Bibliothecae oriental. et exeget. Part.* II. *num.* 32. *pag.* 196. 209. IV. 239. 252. VI. pag. 244. 247. VIII. 167. 178. XII. *num.* 198. *pag.* 101. 111. XIII. *pag.* 205. 217. inſeruit; D. *Carol. Frideric. Bahrdtius*, qui ſchedulas quasdam, in quibus variae lectiones hebraicae e foliis aliquot pergamenis excerptae, *Parti primae* ſui *Apparatus critici ad formandum interpretem V. T.* ſubiunxit, celeb. *Auguſt. Frider. Pfeifferus* in appendice tractatus ſui germanici in 2. *Samuel.* XXIII, 1-7. *Auguſt. Henric. Lichtenſteinius*, de cuius ſcripto huc ſpectante iam in ſuperioribus ad *Tom.* II. *pag.* 312. quaedam adlata ſunt, clariſſ. *M. Ieremias Dauid Reuſſius*, qui *duo fragmenta codicis hebraei manuſcripti* biblici deſcripſit in libro ſuo quem inſcripſit: *Beſchreibung merkwürdiger Bücher aus der Vniuerſitäts-Bibliothek zu Tübingen.* Ibidem 1780. 8. Vt alios taceam de eiusmodi fragmentis hebraicis ſcriptores.

Tom. II. pag. 326. Ad ſcripta de antiquitate et aetate codicum hebraicorum manuſcriptorum imprimis pertinet celeberr. *Chriſt. Frider. Schnurreri* doctiſſima *diſſertatio de aetate codicum hebraicorum Veteris Teſtamenti difficulter determinanda*, quae *Tubingae* 1772. prodiit. Praeter hoc ſcriptum, quod in hac materia primo loco nominari meretur, conferenda eſt hic quoque *Michaelis Merckelii Commentatio* elegantiſſima *de aetate codicum hebraicorum V. T. punctis inſtructorum*, quae *tertium* locum occupat in eius *vermiſchten Anmerkungen aus der Philologie, Kritik und Theologie. Part.* I. Verſatur hic doctiſſimus vir in ea ſententia, Iudaeos Saeculi ſecundi a Chriſto nato temporibus adhuc nullos punctatos codices habuiſſe, id quod imprimis ex loco *Talmudis Hieroſolymitani* iam a b. *Zeltnero* adducto confirmare ſtuduit. Vid. S. V. *Erneſtii Bibliothec. theolog. nouiſſim. Tom.* II. *Part.* VI. *pag.* 558. 559.

Operae pretium hic omnino eſſet *de variis codicum hebraicorum generibus* verba faciendi, niſi iam celeb. *Tychſenius* ſufficienter hoc argumentum in ſcripto infra memorando diſcuſſiſſet. Subiungam hic tantum obſeruationes quasdam de codicibus manuſcriptis per ſaturam quaſi collectas.

Notiſſimum eſt inter omnes, Iudaeos antiquiores in deſcribendis ſuis codicibus

cibus praefertim biblicis Veteris Teſtamenti maximam impendiſſe diligentiam, ac ſedulo prouidiſſe, ne hic ſua culpa in errorem incideret. Neque in hoc negotio neglexerunt puncta extraordinaria, quibus nonnullae voces in noſtris editionibus codicis ſacri notatae occurrunt. Haec enim iam in antiquiſſimis codicibus hebraicis extitiſſe pluribus obſeruauit *Chriſtoph. Hauemannus* in *Symbolis literariis Bremenſ. Tom.* III. *Part.* III. pag. 472. Extendit ſe hoc ipſum antiquiorum Iudaeorum ſtudium puritatem fontium codicis hebraei intemeratam conſeruandi ad ipſas Matres lectionis ſic dictas, circa quas illi ipſi Iudaeorum, qui diu ante Maſorethārum tempora florebant, ſolicite obſeruabant, an iſtae in codicibus antiquiſſimis appoſitae fuerint vel minus, quod ex variis *locis Talmudicis* erudite ſatis comprobauit idem *Hauemannus loc. citat. pag.* 470. ſequ. Conferas tamen, ſi placet, hic b. *Georg. Io. Ludov. Vogelii diſſert. de matribus lectionis librariorum olim arbitrio relictis. Halae* 1767. Interim tamen non negari poteſt, quosdam codices hebraeos ſacri codicis a Iudaeis deſcriptos variis naeuis et vitiis inter ſcribendum commiſſis corruptos fuiſſe, quod et ipſi Talmudiſtae ingenue fatentur, quorum loca huc ſpectantia adduxit *Hauemannus loc. citat. pag.* 474. *ſequ.*

Veruſtioribus in deſcribendis codicibus, praeſertim iis, qui in uſus Synagogarum fuerant conſignati, *atramento* uſos fuiſſe Iudaeos, praeter alios obſeruauit *Richardus Simonius* in *Hiſtor. critica V. T. Cap.* XXIII. *pag.* 116. Vberius autem hoc de argumento commentati ſunt *Io. Iacob. Quandtius* in diſſert. *de atramento Hebraeorum* (*Regiomonti* 1713.) imprimis §. 10. ſequ. et recentiſſimo tempore celeb. *Olaus Gerhard. Tychſenius* in elegantiſſima *commentatione germanica de cauſis variae conditionis coloris et atramenti, quo apparent ſcriptae conſonantes, puncta &c. in codicibus hebraicis manuſcriptis*, quae exſtat in *Repertorio literaturae biblicae et orientalis. Part.* II. *num.* VI. *pag.* 140. 151.

De codicibus hebraicis, quibus adiecta eſt Maſora Variis ſiguris et imaginibus pictis ornata, cel. *Tychſenius* iampridem in *Tentamine ſuo de variis codicum hebr. generibus* perhibuit, eosdem a Monachis ſeu Ex-Iudaeis conſcriptos fuiſſe, cum eiusmodi luſus ingenii humani potiſſimum guſtui aetatis monaſticae conuenire viderentur. Varia contra hoc aſſertum obiecit cel. *Schnurrerus*, ad quae reſpondit *Tychſenius im befreyeten Tentamen pag.* 203. 217. Plura autem idem *de* eiusmodi *codicibus ornatu figurarum et variarum imaginum inſtructis in* medium adduxit in peculiari de iisdem *commentatione* doctiſſima, quae reperitur iu *Repertorio literat. orientalis. Part.* II. *num.* IV. *pag.* 124. 130.

Tom. II. *pag.* 329. Sententiam b. *Pfaffii* a *Wolfio* noſtro hic adlatam praeter alios impugnauit *Io. Gottlob. Carpzouius* in *Programmate*, cuius pleniorem inſcriptionem infra adferam, ubi potiores ſcriptores *de codicibus hebraicis V. T.* et criſi ex ipſis inſtituenda memorabo.

Collectionem codicum hebraicorum cum textu Maſorethico et ipſam diverſae lectionis collectionem ex iisdem quod attinet. Iliada poſt Homerum ſcriberem, ſi

hiſtoriam eius lectoribus meis ob oculos ponere in animum induxerim. Brevitati mihi omnino hic ſtudendum eſſe arbitror. — Varios iam fuiſſe inter ipſos *Iudaeos*, qui varias ex antiquiſſimis manuſcriptis codicibus lectiones collegerint, conſtat. Confirmari illud poterit vel unico *Raphaelis Chajim Baſilae* exemplo, quod iam obſeruauit *Euerhardus van der Hooght* in praefatione editione ſuae Bibliorum hebraicorum praefixa. Recentiſſimo tempore *ſtudia* huius eruditi Iudaei circa *exercitationes criticas* eiusmodi *in diverſitatem lectionis codicis hebraei* vehementer commendauit in peculiari *programmate* celeb. D. *Frid. Guilielm. Dresdius*, quod programma prodiit Wittebergae 1774. et recenſetur a b. *Hirtio Bibliothec. oriental. et exegetic. Part.* VIII. *pag.* 413. 416. Optandum eſt, ut ipſae hae exercitationes criticae *Raphaelis Chajim* aliquando in lucem publicam proferrentur, quibus profecto varia lux rei Criticae ſacri codicis antiquioris foederis accendi poſſet.

Noſtris temporibus neminem ſcio, qui praeter celeb. *Beniaminem Kennicottum* felicius hoc in negotio verſatus fuerit. Cura enim et ſtudio iſtius Viri collatio Manuſcriptorum hebraicorum biblicorum, fere omnium, quotquot reperiri poterant, non ſine magnis ſumtibus feliciter inſtituta et ad finem perducta eſt. Incepta eſt haec ipſa collatio in uſum operis ſui biblici, in quo omnes fere, quotquot reperire poterant, varias lectiones Hebraei codicis ſacri ſiſtere, ſecum conſtituerat *Kennicottus*, anno 1760. et finita anno 1769. Cum autem cel. *Kennicottus*, qui in opere hoc utiliſſimo promouendo nullis ſumtibus pepercit, non omnes ac ſingulos codices *αὐτοψία* perluſtrare poſſet, neque omnes codices manuſcripti hebraici ad eundem transferri potuerint, iſte in ſocietatem huius operis traxit celeb. [illegible]*lum Iacobum Brunſium*, qui partim in Anglia codices pro *Kennicotto* conferret, partim in exteras regiones a *Kennicotto* miſſus omnia fere, quaecunque in Bibliothecis laterent, Manuſcripta hebraica ſedulo exploraret, et facta collatione eorundem accurata hoc opus multum adiuuaret. Neque defuerunt literatiſſimi viri, qui in conferendis codicibus, qui vel in locis, ubi verſarentur, deliteſcebant, vel ex vicinia ſua facili negotio accipi poterant, *Kennicotto* auxiliatrices manus dederunt, ex quibus imprimis laudandi ſunt celeberrimi viri *Io. David Michaelis*, D. *Theodor. Chriſtoph. Lilienthalius*, *Io. Andr. Michael Nagelius*, *Io. Chriſtian. Wilhelm. Diederichs* et alii. Hiſtoriam huius collationis ſuae *Kennicottus* ipſe pluribus enarrauit in libro, quem Anglico idiomate ſub titulo: *The ten Annual Accounts of the collation of Hebrew Manuſcripts of the old Teſtament begun in* 1760. *and compleated in* 1769. *by B. K. Oxonii* 1770. edidit. Conſtat hic ipſe liber decem partibus ſeparatim annis praecedentibus editis. Vid. Illuſtr. *Michaelis Bibliothec. oriental. et exegetic. Part.* I. *num.* X. *pag.* 133. 146. et S. V. *Erneſtii Bibliothec. theologic. nouiſſ.* variis in locis. Verſionem latinam huius relationis in *ſeptem* partes diſtributam S. V. *Nicolaus Barkey bibliothecae novae Bremenſi* et *Haganae hiſtorico-philologico-theologicae* inſeruit. Hinc legitur *Kennicottianae Relationis de ſtatu collationis Manuſcriptorum hebraicorum Pars prima* in *Bibliotheca*

noua

noua Bremenſi Claſſ. III. *Faſcic.* II. *pag.* 380. 390. *ſecunda* ibidem *Claſſ.* V. *Faſc.* II. *pag.* 296. 318. *tertia Biblioth. Hagan. Claſſ.* I. *Faſcic.* I. pag. 183. 200. *quarta* ibidem *Faſcic.* III. *pag.* 569. 578. *quinta Claſſ.* II. *Faſc.* II. *pag.* 389. 406. *ſexta Claſſ.* III. *faſc.* I. *pag.* 153. 170. *ſeptima Claſſ.* IV. *faſc.* I. *pag.* 151. *ſequ.* Ex quibus *relationis Kennicottianae* partibus hic nonnulla excerpta dare forte lectoribus meis haud erit iniucundum. Totum opus huius collationis a *Kennicotto* ſuſceptae quibusdam hypotheſibus ab iſto viro celeberrimo fundamenti loco poſitis nititur, nimirum quod editiones antiquiores impreſſae codicis hebraei Veteris Teſtamenti ſaepiſſime a recentioribus differant in lectionibus ſuis, et quod inter eas eaedem, quas in ſubſidium vocauit, plurimas diverſas lectiones hebraei codicis contineant, quas colligere omnino ſit operae pretium. Hinc primarius, quem hoc opere collationis laborioſo intendere voluit *Kennicottus*, fuit potiſſimum, ne ſacer codex hebraeus amplius eodem deſtituatur commodo, quod ceteris libris auctorum claſſicorum et profanorum facile conceditur, quin potius ut omnes manu exarati codices eius accurate examinentur, variaeque earum lectiones colligantur. Vid. *Relat.* VI. et VII. *Bibliothec. Hagan. Claſſ.* III. *faſc.* I. *pag.* 159. *Claſſ.* IV. *faſcic.* I. pag. 154. ſequ.

Numerus collatorum a *Kennicotto* eiusque ſociis in adiumentum huius operis advocatis fere ingens eſt, adeo ut ad quingentos numerentur codices manuſcripti, qui tum per omnes ſacri codicis V. T. libros tum per ſingulos quosdam ſeu eiusdem partes, quas tamquam fragmenta ſacri codicis continebant, collati ſint. Vid. *Kennicott. Relat.* variis in locis. Vt ab *Anglia* incipiamus, ibidem requirebat tum ipſe tum per ſocios ſuos perquirebat codices manu exaratos numero CXXI, tum ſacrum codicem uniuerſum Veteris Teſtamenti tum ſingulis quosdam eius partes exhibentes, qui partim *Oxoniae* partim *Cantabrigiae* partim in *Muſeo Britannico* latent. Vid. *Relat.* I. *Claſſ.* III. *faſcic.* II. *pag.* 385. *Bibliothec. Bremenſ. nov.* et *Relat.* III. *Bibliothec. Hagan. Claſſ.* I. *faſc.* I. *pag.* 185. Quibus poſtea teſte eodem acceſſit codex manu ſcriptus, qui in Syria anno circiter 657. literis exaratus eſt, quem ipſe *Kennicottus* ſibi *Venetiis* coemit. His addenda ſunt duo Manuſcripta *Bibliothecae Bodlejanae*, quorum alterum Pentateuchum Moſis alterum vero librum Iobi in ſe continet. Sic numerus codicum collatorum ſaltem in Anglia aſſurgit ad 124. Anno 1763. *Kennicottus* iterum ſex alios codices manuſcriptos *Muſei Britannici* contulit, quorum unus *Pentateuchum Samaritanum* exhibet. quibus adiecit idem eodem anno collationem duorum codicum *Bibliothecae Capituli Weſtmonaſterienſis*, duorum codicum *collegii Trinitatis Dublinenſis* (vid. *Relat.* III. *Bibliothec. Hagan. Claſſ.* I. *faſcic.* I. *pag.* 188.) et aliorum plurium; quos ipſe *Relat* IV. *ibid. faſcic.* III. *pag.* 570. ſeuq. memorat, de quibus autem, cum ipſi plura adferre non placuerit, nihil amplius adiicio. Saltem in *bibliotheca Bodleiana* reperiri centum et viginti novem codices hebraeos manu exaratos idem refert *Relat.* VII. *Claſſ.* IV. *Bibliothec. Hagan. faſcic.* I. *pag.* 155. Praeterea collati

lari sunt [illegible]ibus et consilio *Kennicotti Taurini* sex codices manuscripti (*Relat.* II. *Bibliothec. nov. Bremens. Class.* V. *fascic.* II. *pag.* 306. *Relat.* IV. *Bibliothec. Hagan. Class.* I. *fascic.* III. *pag.* 575.) *Moguntiae* unus (*Relat.* V. de anno 1765. *Bibliothec. Hagan. Class.* II. *fascic.* II. *pag.* 403.) *Bernae* unus codex partem codicis hebraei biblici in se continens collatus a *Sinnero* Bibliothecae *Bernensis* praefecto (*Relat.* III. *Bibliothec. Hagan. Class.* I. *fascic.* I. *pag.* 195. et *Relat.* IV. Ibid. *Fascic.* III. *pag.* 576.) *Brigiae* in Silesia unus (*Relat.* VII. *Bibliothec. Hagan. Class.* IV. *fascic.* I. *pag.* 170.) du[illegible] *Regiomontani* a S. V. *Lilienthalio*, *Cassellanus* a Perillustri *Michaelis* collatus, ut alios, qui mihi haud innotuerunt, silentio praetermittam. Alia huc spectant, iam in superioribus, ubi codices manuscriptos hebraicos ordine alphabetico locorum, ubi delitescerent, dispositos perlustravi, a me observata benevolus lector deprehendet. Neque minus meritum in promouenda hac collatione codicum manuscriptorum hebraicorum sibi conciliauit *Kennicottus*, cum non tantum in gratiam eorum, qui varias lectiones ex codicibus hebraicis decerpere vellent, admonitionem ad eosdem necessariam et propositiones de conferendis manuscriptis textus hebraici codicibus et de imprimendis variis eorundem lectionibus *Relationi primae* praefigeret (*Bibliothec. Bremens. nov. Class.* III. *fascic.* II. *pag.* 380. not.) verum etiam *Methodum varias lectiones notandi et res scitu nece[illegible] describendi a singulis Hebraicorum manuscriptorum codicum Veteris Testamenti [illegible]oribus a lectore scilicet atque scriptore observandam Oxonii* tol. ederet. His subsidiis instructus *Kennicottus* lectiones variantes fere omnes ac singulas, quas undique ex collatis codicibus manuscriptis hebraicis conquisiuerat in unum corpus adscriptas primum ad exemplar bibliorum hebraicorum editirnis *Hooghthianae* redegit, quemliber codicem collatum peculiari numero signauit, et totum hunc apparatum lectionum variarum deinceps splendidissimae suae editioni bibliorum hebraicorum, cuius *pars prima Oxonii* anno 1776. edita est, inseruit. Cum vero adhuc non constaret, quid de pretio et aetate codicum a *Kennicotto* collatorum sentiendum sit, et quales codices sint, qui numeris recenserentur in priori parte, *dissertationem generalem de ratione et conditione codicum V. T. hebraicorum a se collatorum* Parti secundae huius operis praemisit. Plura de collatione codicum hebraicorum manuscriptorum V. T. a *Kennicotto* instituta, cuius historiam hucusque in compendio delineaui, dabunt Perillustr. *Io. Dav. Michaelis* in variis locis Bibliothecae suae orientalis et exegeticae, et celeb. *Io. Christ. Frider. Schulzius* et *Io. Henric. Waltherus* in S. V. *Walchii neuester Religions-Ge[illegible]. Part.* I. pag. 321. 410. *Part.* V. *pag.* 402. *sequ.*

Recentissimo tempore doctissimus *Io. Bernhardus Derossius* consilium suum collectionis variantium lectionum ad vetus Testamentum hebraicum ex codicibus a *Kennicotto* usurpatis aliisque bene multis optimae notae a *Kennicotto* omissis, et centum rarioribus saeculi XV. et XVI. editionibus adornandi, quam in forma quarta quatuor partibus edere constituit, indicauit, de quo consilio omnino laudando et adiuvan-

de

do conferendus est pluribus Perill. *Io. David. Michaelis Bibliothec. hebr. Part.* XIX. *num.* 286. *pag.* 115. 125. Propositum hoc celeb. Auctor, qui optime iam de literatura hebraica meruit, indicavit in peculiari scripto, quod inscribitur: Variae lectiones V. T. ex immensa Mss. aliorumque codicum congerie haustae ad Samaritanum textum, ad vetustissimas versiones, ad accuratiores sacrae Criticae fontes et leges examinatae, perpetuisque motis historico-criticis illustratae. De quo opere, quod quatuor Voluminibus 4. prodibit, quaevis praeclara atque egregia praedicare possumus, cum iam idem Auctor in Specimine variarum lectionum ex codice Pii VI. quod infra ad paginam Wolfii 331. adduxi, studium suum in hoc argumento egregie demonstrauerit.

Tom. II. *pag.* 331. Quid de tota *collatione* hebraicorum Manuscriptorum Veteris Testamenti et *lectionibus variis ex iisdem colligendis* in uniuersum statuendum sit, de eo valde diversas fovent sententias critici praecedentis et nostri aevi literatissimi. Adducam saltem hic sententiam celeb. *Tychsenii*, quam in *tentamine* suo *de codicum hebraicorum V. T. variis generibus pag.* 252. sequ. adduxit, quae mihi quidem b. *Wolfii* nostri iudicio hic prolato proxime accedere videtur. Concedit vir iste in re critica sacra versatissimus, plane non omnem utilitatem collationi codicum manu exaratorum V. T. denegari posse, quae certe exspectari posset, si modo is, qui eiusmodi collationem instituere conatur, debitam accurationem adhibeat, neque pro lubitu ac sine necessitate voces ac literas sacri codicis textui masorethico addat aut resecet. Neque minus ingenue de tota variantium lectionum collectione Kennicottiana iudicavit cel. *Brunsius* in *Repertorio litterat. bibl. et oriental. Part.* XII. *pag.* 242. sequ.

Praeter codices manuscriptos V. T. alios adhuc fontes obseruarunt doctissimi viri, ex quibus variae lectiones textus hebraei V. T. colligi possent. Spectat huc prae caeteris b. *Erhardi Andreae Frommanni dissertatio, an variae lectiones ad codicem V. T. ex Mischna colligi possint*, quae *Coburgi* 1760. prodiit. Neque hic praetereundi sunt ii, qui consultius et rei criticae textus hebraei utilius esse censerent, si ex libris et commentariis antiquiorum praecipue Iudaeorum variae lectiones ad textum hebraeum V. T. observarentur, ex quorum numero prae caeteris nominandus est celeb. Olaus *Gerhard. Tychsenius*, qui ex commentario *Raschii* in sacrum V. T. codicem permultas varias lectiones ad veram lectionem sacri codicis restituendam, ex quibus imprimis constat, qua ratione hic eruditus Iudaeus in hoc vel illo loco legerit. Specimina harum variarum lectionum exstant in *horis subseciuis Buetzouienſibus Part.* II. *pag.* 42. et sequentibus partibus, quibus alia accesserunt, quae elegantissimo *Repertorio der bibliſchen und morgenlaendiſchen Litteratur. Part.* I. *num.* V. *pag.* 169. 199. sunt inserta. Neque minus laudanda est opera celeb. *Andreae Gotthb. Maschii, qua ſpecimina collationis plurium codicis hebraei* et *Lectionum diverſitates ex editionibus non maſorethicis et maſorethicis Parti* I. *Bibliothecae* suae *ſacrae* praemisit.

His, priusquam finem his supplementis ad caput hactenus de codicibus Manuscriptis impono, adiungo *Indicem alphabeticum* fere omnium scriptorum, qui elegantissimas commentationes ediderunt, in quibus tum *de codicibus manuscriptis in genere* hebraicis et emendando ex iisdem codice sacro tractauerunt singularibus libellis, tum quoque *de variis lectionibus ex* memoratis *codicibus colligendis* scripserunt et quid circa eas obseruandum sit, praeceperunt, qui ordine sequenti sese excipiunt:

Bahrdttii, D. Caroli Frider. Obseruationes criticae circa lectionem codicum Manuscriptorum Hebraicorum. Lipsi. 1770. 8. Conferantur hic quoque ea, quae supra ad materiam de collatis *fragmentis codicum hebraicorum* V. T. de eiusdem scripto eo spectante obseruaui, et quae de *codice hebraeo Dresdensi* sunt adlata.

Baueri, Io. Iacob. dissert. de regendis limitibus critices textus hebraei Tubing. 1760. quam recensuit b. *Ernestius Bibliothec. nov. theologic. Tom.* II. *Part. 6. pag.* 566. *sequ.*

Bidermanni, Io. Gottlieb. Programma de mendis librorum, et nominatim bibliorum hebraicorum diligentius cauendis. Fribergae 1752. De quo scripto conferantur *die vollstaendigen Nachrichten von kleinen academischen Schriften* ad annum 1753. *Part.* III. *pag.* 269. 274.

Bohnii, Io. Henric. dissert. de restituendo codice hebraeo Particula I. Ienae 1770. Vid. *S. V. Ernestii Bibliothec. noviss. theolog Tom.* I. *Part.* IV. *pag.* 383. *sequ.*

le Bret, Io. Frider. dissert. de codice antiquo hebraeo. Tubingae. Vid. supra subartic. *Stuttgard.*

Brunt, Paul. Iacob. De libello contra Beniam. Kennicottum, eiusque collationem Manuscriptorum hebraicorum nuper gallice edito Epistola ad Amicum, ex Anglico versa. Romae 1772. 8. De quo libro plura attulerunt Perillustr. *Michaelis, Bibliothec. oriental. et exegetic. Part.* V. *pag.* 96. 105. et S. V. *Hirtius Bibliothec. orient. Part.* III. *pag.* 125. 131. Huc etiam spectant eiusdem Viri longe cel. Comment. de mendis typographicis editionis vander Hooghtianae a Kennicotto non sublatis et de variis lectionibus bibliorum Kennicottianorum, quas celeb. Eichhornius noster Repertorio suo litteraturae bibl. et oriental. Part. XII. pag. 225. 235. num. V. et num. VII. pag. 242. 278. inseruit, nec non adnotationes eiusdem doctissimae ad Kennicotti dissert. generalem de codicibus V. T. hebraicis a se in editione sua V. T. hebraici in usum suum conversis.

Carpzouii, D. *Io. Gottlob. Programma, an consultum sit, ut neglecta Masora ex codicibus tum manuscriptis tum impressis, maxime vero ex versionibus graecis, Samaritana et Chaldaicis ad eum modum, qui in collectionibus ad nouum Testamentum graecum a viris doctis hactenus fuit seruatus, variae conquirantur V. T. lectiones. Lipsi.* 1719. Oppositum est hoc scriptum supra *Tom.* II. *pag.* 329. memoratae sententiae b. *Pfaffii.* Plura de eodem referunt Auctores der *Hamburgischen*

giſchen Nachrichten von Niederſaeſchſiſchen berühmten Maennern und ihren Schriften. Part. I. *pag.* 146. *ſequ.*

Chriſtſels, Phil. Albert. Vid ſupra inter ſcriptores de fragmentis codicum hebr. manuſcriptorum.

Dathii, Io. Auguſt. Programm. *de difficultate rei criticae in Veteri Teſtamento caute diiudicanda. Lipſ.* 1762. quod ſatis neruoſe recenſuit S. V. *Erneſtius Bibliothec. theolog. nou. Tom.* III. *Part.* X. *pag.* 919. 926.

Deroſſi, Io. Bernhard. Specimen variarum lectionum ſacris textus et chaldaica Eſtheris additamenta cum verſione ac notis ex ſingulari codice privatae Bibliothecae *Pii VI. P. m. editum.* — Primum Romae, deinde Tubingae 1782. 8. maj. prodiit.

Diederichs, M. *Io. Chriſt. Guil. Diſſert. exhibens ſpecimen variantium lectionum codicum manuſcriptorum hebraicorum in Pſalmis. Goetting.* 1775. Vid. *Ephemerid. Goettingenſ. literar.* 1775. *Scid.* LX. *pag.* 505. 508. et *Biblioth. Mietauienſ. uniuerſal. theolog. Part.* V. *pag.* 199. 206.

Dreſdii, D. *Frid. Wilhelm. Oratio, qua oſtenditur, corrigendi codicis hebraei maſorethici ab hodiernis criticis ceſſam iuſtam et idoneam nondum eſſe redditam* quae extat in eiusdem *Triga commentationum academicarum criticam hodierni textus hebraei concernentium. pag.* 35. 58. Vid. b. *Hirtii Bibliothec. oriental. et exeget. Part.* IV. *pag.* 507. *ſequ.*

Eiusd. Programm. quo *commendantur Raphaelis Chajim Baſilae exercitationes criticae in diuerſitatem lectionis codicis hebraei ab Euerhardo von der Hooght obſeruatam. Witteberg.* 1774. Vid. b. *Hirt. loc. cit. Part.* VIII. *pag.* 413. 416.

Edwards, Thom. Diſſertationes duae, in quarum prima probatur, *varientes lectiones et menda, quae in Scripturam ſacram irrepſerunt, non labefactare eius auctoritatem in rebus, quae ad fidem et mores pertinent. Londini* 1768. 8.

Frommanni, D. *Erhard. Andr. diſſert. an variae lectiones ad codicem V. T. ex Miſchna colligi poſſint. Coburgi* 1760. quae recuſa eſt in eiusdem *Opuſculis philolog. theologici et hiſtorici argumenti Tom.* 1. *num.* 1. Vid. S. V. *Erneſtii Bibliothec. theolog. nou. Tom.* II. *Part.* III. *pag.* 286. 288. et *nouiſſim. Tom.* I. *Part.* IV. *pag.* 368. *ſequ.*

Heſſelgreenii, *M. Eric. diſſert. critica de variis Veteris Teſtamenti lectionibus. Vpſaliae.*

Iablonskius, Dan. Erneſt. in *Praefatione editioni* ſuae *Bibliorum hebraic.* de anno 1699. praefixa, in qua deſcriptionem nonnullorum codicum manu exaratorum hebraicorum maxime *Berolinienſium* ſuppeditauit accuratiſſimam.

Iacobi, M. *Frieder. Carol. Chriſt.* vid. ſupra ſcriptores de fragmentis codicum hebr. manuſcriptorum.

Kennicott. Benjam. Videantur quae ad *pag.* 38. et ad materiam *de codicibus hebraicis* ſunt obſeruata.

Kretſchmar. M. *Carol. Traugott.* Comment. *de charactere codicis originario. Witteberg.* 1775. 4.

Leſſii, D. *Gottfrid.* Tract. *de cura, quam praeſens textus hebraei conditio requirit. Halae Magdeb.* 763. 8. Doctiſſima haec ſcriptio accurate recenſetur a b. *Erneſtio Bibliothec. theologic. nou. Tom.* IV. *Part.* VIII. *pag.* 747. 754.

Lichtenſteinii, M. *Auguſt. Frideric.* diſſert. exhibens deſcriptionem duorum codicum hebraicorum adhuc parum cognitorum. Helmſtad. 1776. 4. Vid. *Michael. Bibliothec. oriental. et exegetic. Part.* XI. *pag.* 60. 72.

Ejusd. *Comment. recenſionem exhibens codicis hebraei Manuſcripti Helmſtadienſis quinti huc usque pro deperdito habiti ac trium fragmentorum Hebraicorum. Helmſtad.* 1777. Vid. quae ſupra obſeruaui de argumento horum ſcriptorum ad *pag.* 312.

Lilienthalii, D. *Theodor. Chriſtoph. Commentatio critica ſiſtens duorum codicum manuſcriptorum Biblia hebraica continentium, qui Regiomonti Boruſſorum aſſeruantur praeſtantiſſimorum notitiam, cum praecipuarum variantium lectionum ex utroque codice excerptarum Sylloge. Regiom. et Lipſ.* 1770. 8. Plura de hoc utiliſſimo libro obſeruaui ſupra ad *pag.* 319. ſequ.

Merkelii, M. *Michael. Commentatio* germanica *de aetate codicum ſacri codicis hebraei punctis inſtructorum*, quae extat in eius *vermiſchten Anmerkungen aus der Philologie, Kritik und Theologie. Part.* 1. *num.* 3. Vid. *b. Erneſtius Bibliothec. nouiſſim. theolog. Tom.* II. *Part.* VI. *pag.* 558. 559.

Michaelis, *Io. Henric.* diſſ. *de codicibus biblicis Manuſcriptis Erfurtenſibus, Halae Magdeburg.*

Michaelis, *Io. Dauid.* Deſcriptio *codicis Caſſellani Bibliothecae* huius Viri perilluſtris *orientali* et *exegeticae Part.* I. *pag.* 223. 254. II. 209. 242. III. 216. 249. IV. pag. 214. 239. inſerta qui praeterea alibi paſſim, ut *Part.* II. *pag.* 196. 209. III. 208. 215. V. 218. ſequ. VI. 240. 248. et innumeris aliis in locis huius operis huic materiae de tractandis codicibus hebraicis et colligendis ex iisdem lectionibus variis lucem adfundit clariſſimam. Multam quoque et profundam eruditionem in hoc argumento illuſtrando exhibet doctiſſima eiusdem Viri Perilluſtris *recenſio Tomi prioris operis biblici hebraici Kennicottiani*, quae germanice *Pag.* XI. *bibliothec. Orientalis pag.* 72. latine vero una cum *Kennicotte epiſtola ad — Io. Dauidem Michaelis* adiectis ſimul notarum loco reſponſionibus eiusdem verſa in *Appendice Partis* XII. *num.* 201. 202. *pag.* 1. 164. legitur.

Milowii, *Io. Nicol.* diſſert. *de ſcribarum erroribus in Veteri Teſtamento impreſſo. Kiloni* 1764.

Nagelii, *Io. Andr. Mich. diſſert. de duobus codicibus manuſcriptis bibliothecae publicae Norimbergenſis*, et alia ſimilis argumenti. *Altorf.* 1772. Vid. ſupra ad *pag.* 316. a me in his ſupplementis obſeruata.

Nage-

Nagelii, *Maximil. dissertatio* exhibens *descriptionem fragmenti hebraici* supra aliata. Altorf. 1770.

Pagendarmii, *M. Io. Gerhard. dissert. de codice Iudaeorum Olsnensium ebraeo ex parte adhuc superstite. Ienae* 1730.

Ravii, *Sebald. Oratio de iudicio in Philologia orientali regundo. Traiecti ad Rhen.* 1770. 4. mai. cuius politissimam recensionem dedit Perill. *Michaelis Bibliothec. oriental. et exegetic. Part.* III. *pag.* 1. 5. *num.* XXXV.

Ruckersfelderi, *August. Frider. Descriptio codicis hebraei manuscripti Dauentrien*sis, quae exstat in eiusdem *Sylloge commentationum et obseruationum philologico-exegeticarum et criticarum Fasc.* I. *Dauentriae* 1761.) 8. *num.* 2. Vid. b. *Ernesti Bibliothec. theolog. nou. Tom. III. Part. X. pag.* 883. 888. Idem auctor varia contra *Kennicotti* correctiones textus impressi Masorethici monuit ibidam *num.* 3. quae strictim memorat *Ernestius loc. citat. pag.* 888. *sequ.*

Scheibelii, I. E. epistola de integritate loci Genes. IV, 8. contra Kennicottum defensa, qua simul de tribus codicibus. Mss. Vratislauiensibus varia notatu digniora attulit. 1756. 4.

Schellingii, *M. Ioseph. Frideric.* dissertatio *de iusto hodierni studii, quod in excutiendis codicibus Veteris Testamenti colloeatur, pretio et moderamine*, praefixa supra memoratae eiusdem *descriptioni codicis manuscripti hebraei publici, qui Stuttgardiae asseruatur*, quae *Stuttgardiae* 1775. 8. edita est.

Schnurreri, *M. Christ. Frid. diss. de codicum hebraicorum Veteris Testamenti manuscriptorum aetate difficulter determinanda. Tubing.* 1772. cuius doctissimi scripti argumentum accurate recensent Perill. *Michaelis Bibliothec. orientat. et exegetic. Part.* IV. *pag.* 198. 205. et b. *Ernestius Bibliothec. theologic. niouissim. Tom.* II. *Part.* VI. *pag.* 569. 574.

Schulzii, *Io. Christian. Frider. Recensio duorum Fragmentorum codicis hebraei V. T. manuscriptorum, quae in Bibliotheca academia Giessensi seruantur. Giss*ae 1775. 4. De quo libello conferenda sunt, quae de eo attulerunt Perillustr. *Michaelis Bibliothec. orientak et exegetic. Part.* IX. *num.* 138. *pag.* 14. *sequ. Part.* XI. *num.* 178. *pag.* 47. *sequ.* et vir doctus in *Bibliotheca selecta literaturae German. Lemgouiensi Tom.* XI. *pag.* 171. 179.

Eiusdem *Relatio* germanica *de collatione Manuscriptorum hebraicorum per Kennicottum instituta*, quae impressa legitur in S. V. *Walchii neuester Religions-Geschichte. Tom.* I. *pag.* 318. 410.

Sixti, *Io. Andrae* Programma exhibens *duorum fragmentorum s. codicis hebraei descriptionem*. Altorfi 1772.

Starkii, *Io. August.* Dissertatio philologico-critica *de varietatibus lectionis ad codices V. T. hebraeos caute colligendis*, quam inseruit S. V. *Büschingius* libro suo, qui inscriptus est: *gelehrte Abhandlungen und Nachrichten aus und von Russ-*

land.

land. Part. I. Vid. *Lübeckiſche Nachrichten von den merkwürdigſten theologiſchen Schriften unſerer Zeit. Tom.* I. *Part.* I. *pag.* 123. 125.

Schiede, Io. Georg. Biga obſervationum ſacrarum de codice Bibliorum hebraicorum manuſcripto Caſſellano Bremae 1748. 8. Vid. notata ſupra ad pag. 321.

Semler. D. Io. Salom. Vid. inter ſcriptores ſupra adductos de fragmentis codicum hebraicorum obſervandis.

Tellери, D. *Wilh. Abrah.* Diſſert. *de iudicio ſuper variis lectionibus codicis hebraici diveni recte faciendo. Lipſ.* 1757. Varia quoque ad materiam de codicibus hebraeis manuſcriptis V. T. ſpectantia idem in adnotationibus verſioni ſuae *Kennicottiani* operis *de ſtatu hodierno textus hebraei V. T.* adiectis ſubinde obſervauit.

Tychſeinii, Olai Gerhard. Tentamen de variis codicem hebraicorum Veteris Teſtamenti Manuſcriptorum generibus, a Iudaeis et Non-Iudaeis deſcriptis, eorum in claſſes certas diſtributione, et antiquitatis et bonitatis charactere. Roſtochii 1772. 8. Recenſionem ſcripti huius doctiſſimi exhibuerunt Perilluſtr. *Michaelis Bibliothec. oriental. et exeget. Part.* V. *pag.* 1..70. S. V. *Erneſtius Bibliothec. theol. nouiſſ. Tom.* II. *Part.* IV. *pag.* 357. 381. *Part.* V. *pag.* 451. ſequ. et vir doctus in *Bibliotheca univerſal. Berolin. Tom.* XVIII. *Part.* II. *pag.* 529. 537.

Eiusdem *befreyetes Fentamen.* Roſtoch. et Lipſ. 1774. 8. Vid. b. *Hirtii Bibliothec. oriental. et exegetic. Part.* V. *pag.* 199. 219.

[illegible]i, *Georg. Io. Ludou.* diſſertationes duae *de codice Bibliorum hebraicorum Helmſtadienſi. Helmſtad. et Halae* 1766. de quibus conferantur, quae ſupra ad *pag.* 312. in his ſupplementis obſeruata ſunt.

Eiusd. diſſert. *de matribus lectionis librariorum arbitrio olim relictis. Halae Magdeb.* 1767.

Wittii, M. *Auguſt. Lebrecht. Programma de regundis finibus Coniecturae criticae in textu V. T. hebraico. Witteberg.* 1767.

Zacharіae, D. *Gotthilff. Traugott. Programm. quo vindicatur immunitas textus hebraici a lacunarum ſuſpicione. Buetzouii* 1764.

Zeibichii, M. *Carol. Henric. Diatriba de codicum V. T. orientalium atque occidentalium diſſenſionibus. Witteberg.* 1742. quae inſerta legitur a Io. *Oetrichs* ſuae *Collectionis opuſculorum hiſtorico-philologico-theologicorum Tomo* II. *Part. pag.* 3. 28.

AD SECTIONEM IV.

DE EDITIONIBVS CODICIS HEBRAEI SACRI POLYGLOTTIS.

Conſtitueram quidem prius apud me, totam hanc Sectionem omittere, poſtquam S. V. *Andreas Gottlibius Maſchius* in ſua *Bibliotheca ſacra* copioſiſſime de iisdem commentatus fuerit. Ne tamen his meis ſupplementis ad *Wolfii Bibliothecam hebraicam* deeſſet quidquam, ſymbolas meas ante editionem *Maſchiani* operis

operis multis curis collectas cum eruditis communicabo. Neque tamen ea neglexi, quae *Maſchius* ad hanc materiam doctiſſime obſervauit, quae ſuo loco inſerta reperiet benevolus lector.

I. De Bibliis Polyglottis, totum codicem hebraeum exhibentibus.

Pag. 333. *Biblia Hebraea — ab Auguſtino Iuſtiniano*) epiſcopo *Nebienſi* in inſula Corſica, qui natus eſt *Genuae* anno Chriſti 1470. Conſilium prius ceperat, uniuerſa hebraica hac ratione edendi, cum vero illi deeſſent expenſae neceſſariae ad tantum Biblia opus praeſtandum, tentaminis Bibliorum ſuorum polyglottorum tantum ſpeciem praebat *Pſalterium octaplum*, quod *Genuae* 1506. fol. prodiit et 400. paginas comprehendit. Plura de hac *Pſalterii* editione memorantur a b. *Io. Friederic. Hirtio* in *Bibliotheca orientali et exegetica. Part.* I. *num.* 2. *pag.* 23. 30. et *Maſchio* in *Bibliotheca ſacra. Tom.* I. *Part.* I. *cap.* III. *pag.* 400. ſequ.

Pag. 333. Specimina bibliorum polyglottorum Veteris Teſtamenti a *Io. Draconite* adornata per ſingulas partes prodierunt. Primum laborem *Draconites* in evulgandis *Prophetis* et *Prouerbiis Salomonis* in ſe ſuſcepit, et in prioribus imprimis loca prophetarum, quae ex eius ſententia ad Meſſiam reſpicere viderentur, a reliquis rubro colore diſtinxit, ſimulque nonnullas figuras aeri inciſas adiecit. Licet autem, teſte *Io. Vogtio* in *Catalogo librorum rariorum pag.* 244. ſequ. haec opuſcula rariſſima ſint paucis nota, paucioribus viſa, in punctatione tamen textus maſorethici Veteris Teſtamenti et paraphraſeos Chaldaicae [illegible] multa vitia irrepſerunt. Vberius recenſent eadem *Georgius Ludouicus Otto Knochius* in *hiſtoriſch-critiſchen Nachrichten von einer Braunſchweigiſchen Bibelſammlung. Part.* I. *pag.* 46. 51. *Baumgartenius* in *Nachrichten von merkwürdigen Büchern. Tom.* I. *Part.* IV. *pag.* 321. 326. et *Maſchius* in *Bibliotheca ſacra Part.* I. *cap.* III. *pag.* 388. 390. Vid. quoque *Wolf. Tom.* IV. *Bibliothec. hebr. p.* 99.

Pag. 336. Noſtris temporibus quoque *Patres Societatis Capucinorum* conſilium ſuum de edendis iterum Bibliis Polyglottis Anglicanis, adiectis inſuper aliis verſionibus et emendato textu hebraico publice declararunt in ſcripto, quod ſub titulo: *Memoire de la Societé des Etudes orientales* prodiit, cuius libri argumentum doctiſſime enarrauit Perillustr. *Michaelis Bibliothec. oriental. et exegetic. Part.* II. *num.* XXV. *pag.* 104. 133.

Ab biblia polyglotta coepta quoque referri meretur Io. *Georg. Meintelii* Probe einer critiſchen Polyglotten-Bibel oder bibliſcher Conferenzen über die drey erſten Capitel des erſten Buchs Moſe, quod ſpecimen editum eſt Norimbergae 1764. 4. quod ſecutae ſunt poſtea eiusdem *collationes polyglottae in librum Iobi Commentario eius in Iobum* (Noriberg. 1771. 4.) inſertae. In priori ſcripto *Meintelius* unicuique commati trium priorum Geneſeos capitum adiunxit *verſiones Ariae Montani*, *Vulgatae* LXX. Chaldaicas et Perſicam *orientales*, quibus etiam translationes *Lutheri*, *Piſcatoris*, *utramque Iudaeo-germanicam*

cam Athiae et *Iekuthielis*, *Belgicam*, *Gallicam*, *Danicam*, *Lusitanicam* et *Hispanicam* adiecit, cum annotationibus, quibus dictae versiones varia ratione sub examen revocantur. Vberius recensetur istud specimen *Meintelii* a b. *Ernestio Bibliothec. theolog. nov. Tom.* V. *Part.* IV. *pag.* 291. 306. Impugnavit autem hoc specimen et varia in eo reprehendit, b. *Georg. Io. Ludou. Vogelius* in dissertat. inscripta moderamen in versionem *codicis hebraci contra Meintelium. Halae* 1765.

Pag. 339-341. *Biblia Complutensia.* Permulta de hoc opere splendido et satis antiquo obseruari possent, qua in re autem iam otium mihi fecerunt literatissimi viri, *Io. Salomo Semlerus*, *Io. Melchior Goezius* et *Maschius* in locis infra nominandis. Interim tamen nonnulas symbolas, quae ad notitiam eius faciunt, in gratiam lectorum meorum hic adiiciam. Editor eius fuit *Franciscus Ximenius* Cardinalis et Archiepiscopus *Toletanus*, de cuius vita pluribus commentatus est *Paul. Colomesius* in *Italia et Hispania orientali pag.* 220. sequ. Totius operis huius initium coeptum est a *Nouo Testamento*, cuius editio finita est d. 11. Ionuarti A. C. 1714. quae etiam hac de causa *primum Tomum* eiusdem operis constituit, cui simul adiungebantur *Grammatica* graeca uno saltem folio constans et *Vocabularium graecum* omnium vocum, quae in Novo Testamento occurrunt. Deinde edebatur *Vocabularium hebraicum et Chaldaicum Veteris Testamenti*, (1517. d. 17. Martii). Quae una cum *Grammatica hebraica* titulum in fronte gerente: *Introductio artis Grammaticae hebraeae* (1515. d. ultimo Maji) constituunt operis huius *Tomum* II. Hunc excipit *Tomus* III. [illegible]ens priorem partem librorum *Veteris Testamenti*, *Pentateuchium*, libros *Iosua*[illegible]*cum*, *Regum*, *Chronicorum* et *Orationem Manassis*, quae postrema tantum hic lati[illegible] exhibetur. *Tomus* IV. comprehendit libros *Esdrae*, *Nehemiae*, *Tobiae*, *Iudith*, *Esther*. (quorum plurima pars saltem *graece* cum versione latina adiecta impressa exstat in hoc opere), *Hiobum*, *Psalmos*, *Prouerbia Salomonis*, *librum Sapientiae*, *Canticum Conticorum* et *Siracidem*, quos excipiunt in sequenti *Tomo* volumina *Prophetarum Iesaiae*, *Ieremiae* una cum *Threnis* eiusdem, *liber Baruch* (*graece* tantum, cum sit liber veteris testamenti apocryphus) *Prophetae minores* tribus libris comprehensi, ubi in *Malachia* saltem exhibetur textus graecus cum versione interlineari et *Machabaeorum lebri.* Finis elaborationi huius operis impositus est die decimo Iulii A. C. 1517. et mense Nouembri huius anni mortuus est dictus Cardinalis *Ximenius*. Interim post editionem eius anus et alter praeteriit, quo bibliopola in ordinem redigere potuerit horum voluminum apparatum. Divulgabantur exemplaria huius operis biblici facta demum a Pontifice maximo *Leone* X. d. 22. Martii potestate, qua impetrata episcopus ecclesiae *Auilanae* negotium voluminum huius operis in ordinem redigendorum in se suscepit, quod idem in relatione typis impressa sequentibus verbis narrat. „Curavimus per viros „industrios et eius rei *peritos terniones in volumina, et ea ipsa volumina in sex* „*totius operis partes redigere, et non habita impensarum. quae fuerint propemo-* „*dum infinitae, ratione, sed utilitate*, quae inde sequeretur ex *lectione*, *taxavi-*

mus

„*nus totum opus aureorum ducatorum pretio numero ſex et dimidio, aut aliquan-*
„*to pluris.*„ Quod pretium autem poſtea ob raritatem operis, de qua infra plura adferam, maxime auctum fuit. Hac mora temporis inter editionem et venditionem bibliorum Complutenſium factum eſt, ut *Eraſmi Roterodami Teſtamentum novum graecum* prius in vulgus fieret notum, antequam divulgarentur exemplaria bibliorum Complutenſium.

His nonnulla *de conditione Veteris Teſtamenti* in hoc opere biblico impreſſi, per ſaturam quaſi collecta ſubiicere libet, Titulo uniuscuiusque Tomi Operis praefixa ſunt inſignia Cardinalis *Ximenii*, quae in Novo Teſtamento nigro, in reliquis autem Operis partibus rubro colore aeri inciſa exhibentur, in quorum inſcriptione vocabula varia occurrunt, de quorum ſenſu recentiori aetate varie diſputarunt viri literatiſſimi. Ad codicem Veteris Teſtamenti ſpeciatim quod attinet, per omnes eius partes, quae quidem hebraice exhibentur, in columna exteriori in margine locata exſtat textus hebraicus, qui ſibi adiunctam habet *verſionem vulgatam latinam Hieronymianam* et in columna media in margine interiori exſtat *verſio graeca τῶν* LXX. una cum eiusdem *verſione interlineari*. In hac graeca verſione LXX. Interpretum exprimenda uſus eſt editor vulgaribus literis graecis, quae fere figuram literarum graecarum repraeſentant, quae in Manuſcriptis codicibus occurrunt, quibus literis etiam uſus eſt in deſcribendo Novi Teſtamenti codice et Vocabulario atque libello grammatico graeco. In Pentateucho inferius adiecta eſt *verſio Chaldaica Onkeloſi* in quavis pagina cum latina eiusdem verſione, in duabus diviſis minoribus columnis. Reliquas Chaldaicas verſiones *Ionathanis ben Vſiel*, quae in *bibliis Buxtorfii rabbinicis* leguntur, et *Targum Ioſephi Iuſti in Hagiographa* conſulto in hoc opere omiſit *Ximenius*, quod non improbari poteſt, cum hae ipſae paraphraſes nimis longas digreſſiones contineant et alia, quae in textu hebraeo originali plane non legantur, comprehendant. Interim tamen earundem quoque latinam verſionem conficiendam curauit, cuius codicem manu exaratum biblioſhecae Complutenſi cuſtodiendum tradidit. De accurato ſtudio, quo in deſcribendo textu biblico verſati ſunt editores, egregium exſtat teſtimonium Cardinalis *Ximenii*, quo publice idem profitetur, eosdem in conficiendo hoc opere non auſos fuiſſe aliquid in textu originali Veteris Teſtamenti immutare, unde factum eſt, ut ſaepius contradicerent Verſioni vulgatae praeſertim iis in locis, ubi ea videretur textui hebraeo adverſari, cuius aſſerti documentum reperitur in loco *Geneſ.* III, 15. quod iam praeter alios obſeruauit *Goezius* in *der Vertheidigung der Complutenſiſchen Bibel* (Hamburgi 1765. 8.) *pag.* 27. Proinde ſingularis horum editorum cura ſe ad minima extendit. Quod enim ad ordinem linearum in hoc opere biblico obſeruatum ſpectat, cum lineae hebraicas literas exhibentes una cum punctis ſuis vocalibus permagnum ſpatium occupent, duae linae verſionis latinae adiectae ſeſe referunt ad unam hebraicam; contra in *Novo Teſtamento* ob minus, quod graecae literae occupant ſpatium, quaelibet linea textum graecum exhibens

verſioni latinae appoſitae reſpondet. Cum vero facili negotio accidere potuerit, quod haud ubivis duae latinae linea uni hebraicae ex aſſe reſponderent, et in hebraico textu etiam interdum aliquid remaneret, quod non collocari poterat in lineis duabus latinis, in fine ſpatii notae inſtar additi ſunt numeri 12. et 4. ubi autem in latino textu ſpatium latine non expleri poterat, cum hebraica verba latine exprimenda deeſſent, ſpatium vacuum nullis ſic dictis ſeu figuris numerorum catenatis expletum eſt. Atque per hoc ipſum medium per totum opus obtinebatur accurata convenientia linearum, quae exhibent textum hebraicum et latinum, ita ut in prioribus ea tantum deprehendantur vocabula, quae poſterioribus ex aduerſo adſcriptis accurate reſpondent. Neque minorem hoc ſingulare artificium lectoribus praeſtat uſum in accuratius conferendis vocibus hebraicis cum latinis in verſione latina adiecta adhibitis. Quodſi in vulgata verſione vox exſtat, quae ex mente editorum huius operis diverſam lectionem a textu hebraico maſorethico indicaret, vel ſaltem ſpatii explendi gratia, vel alia de cauſa, infra literam parallelam hebraicam, cuius antea mentionem feci, in editione Veteris Teſtamenti *Complutenſi* collocatur punctum. v. gr. *Exod.* XXIV, 8. in verbis: *hic eſt ſanguis foederis.* Quodſi autem voces latinae fuerint transpoſitae, etiam literae parallelae hebraicae ſibi invicem reſpondentes transpoſitae reperiuntur. In fine linearum textus hebraici nullis literis dilatatis, quas vocant, utuntur editores *Complutenſes*, quibus alias ubivis expletum fuiſſet linearum ſpatium. Loco earundem, ubi neceſſarium fuit ad linearum ſpatia apte et decore explenda adhibuerunt *uncinulos*. In margine in gratiam tironum quoque interdum adiecta reperiuntur primitiva vocum hebraicarum derivativarum, quod autem ſaepius nimis imperfecte praeſtitum eſt, ſaepius etiam valde ſuperfluum fuit. Simili ratione in gratiam eorum, qui doctrinam de tono Hebraeorum et ſyllaba tonica inveſtiganda nondum callerent, in vocibus penacutis et quaſi penacutis hebraicis, ſyllabae tonicae impoſuerunt ſuperne ſignum toni, quod figuram accentus hebraici Kadma refert, licet haec figura in hoc opere ſaepius occurrens plane non ſit pro accentu reputanda. Sic etiam literis Hebraeorum praefixis ב, כ, ל ſignum figurae accentus hebraici Mahpach ſuperimpoſitum eſt in editione *Complutenſi*, quod in Chaldaica adiecta *Onkeloſi* verſione per literam ר, expreſſum eſt.

Ad *puncta vocalia Hebraeorum* quod attinet, *Complutenſes* vocales Saegol et chatephſaegol nunquam diſtinxerunt, unde vocem notiſſimam אֱלֹהִים plerumque cum nudo (ְ) ſub א expreſſerunt. Simili ratione pro vocali Hebraeorum Kamez ponunt vocalem Patach, unde ſaepius ſcribunt עָשָׂה pro עָשָׂה, quod mendum ex conditione temporum Saeculi XVI. quo Hebraeorum res grammatica nondum ad eum perfectionis gradum, quem noſtris temporibus aſſecuta eſt, pervenerat, derivandum eſt.

Accentus omnes Hebraeorum a *Complutenſibus* per univerſum Veteris Teſtamenti codicem ſunt omiſſi, quod etiam obſervauit *Maſchius* in *Bibliotheca ſa-*

cra

era Part. I. Cap. III. pag. 334. Forte id ex ea ratione factum esse suspicor, quoniam Theologi Hispanici una cum Cardinali *Ximenio* apices et figuras accentuum pro non inspiratis et inuento mere humano recentiori haberent, unde eosdem accentus indignos censerent, qui textui sacro hebraico inserrerentur. Interim in fine cuiusvis periodi ordinario in loco collocant *Complutenses* accentum *Silluk*, sed non tanquam accentum, sed ad indicandum tantum finem versiculi. Simili ratione *Athnachi* figura interdum expressa tantum refert Occidentalium Colon et Semicolon, unde saepius in uno eodemque versu hebraico duae vel tres Athnachi figurae occurrant. Sed sufficiant haec, quae de internis characteribus codicis Veteris Testamenti Complutensis observavi.

Raritas operis polyglotti biblici *Complutensis* vel ex eo satis poterit colligi, quod P. max. *Leo* X. in Bulla sua hoc opus approbante data d. 22. Martii 1520. numerum exemplarium eius divulgandorum tantum ad sexcenta exemplaria restrinxerit, quare merito observat *David Clement Bibliothèqu. historiq. et crit. Tom.* IV. *pag.* 174. sequentia: „*Or qu'est ce que 600. Exemplaires ou environ pour une Ou-*„*urage recherché? Ils ne suffisent pas pour les Bibliothéques publiques, d'ou ils* „*ne resortent jamais et combien en restera t—il pour les particuliers?*„ Etiam iampridem hac de re conquestus est *Arias Montanus* in *Praefatione priori Bibliorum Antwerpiensium polyglottorum*, ubi *pag.* 26. sequentia scripsit: „*Complutensi-*„*bus Bibliis potissimum hac in parte usi sumus, quae apud doctos homines magno* „*in pretio habita fuerunt: quae tamen, quia propter miram eorundem paucitatem* „*et raritatem desiderabantur, hoc in opere non modo instaurata, sed multis etiam* „*partibus aucta, integrata, locupletata, magno etiam appositissimoque rerum et* „*verborum apparatu exornata sunt.*„ Praeterea permulta exemplaria huius operis Complutensis sunt incompleta, in quibus singulae quaedam eiusdem partes deficiunt, qua de re iam grauissime conqueritur *Aluares Gomesius* in *vita Cardinalis Ximenii pag.* 47. Hinc non mirandum est, quod hoc opus integrum saltem in nonnullis Bibliothecis publicis reperiatur, quo referas *Bibliothecam Berolinensem, Dresdensem, Guelpherbytanam, Helmstadiensem* et *Ienensem publicam academicam.* Vid. *Io. Christoph. Mylii Memorabilia Bibliothec. academicae Ienensis pag.* 39. Forte ex hac insigni operis huius raritate derivandum est, quod varii alias doctissimi viri in describendo hoc opere biblico varios errores commiserint, quos praeter alios notarunt *Clement. loc. citato* et *Io. Melchior Goezius* in *der Vertheidigung der Complutenſiſchen Bibel* (Hamburgi 1765. 8.) pag. 5. sequ.

Pag. 339. lin. 7. *Lusitaniae*) pro hac voce scribatur: *Hispaniae*, prouti iam ipse correxit *Wolfius Tom.* IV. *Bibliothec. hebr. pag.* 100.

Caeterum, praeter eos, quos *Wolfius* noster iam adduxit scriptores de hoc opere biblico polyglotto imprimis conferendi sunt *Eduard. Clarkius* in *Epistolis praesentem statum regni Hispaniae concernentibus versionis germanicae Io. Tob. Koehleri. (Lemgouiae* 1765. 8.) *epistola* 18. *Michael. Neander* in *Erotemati-*

bus linguae hebraicae pag. 393. *sequ. edit. Basileens.* de anno 1567. *Io. Georg. Walchius Bibliothec. theologic. select. Tom.* IV. *pag.* 167. *sequ. Gottlib. Christian. Giese* in *der Historischen Nachricht von der Bibelübersetzung D. Luthers. Part.* I. pag. 77. 93. et *Maschius* in *Bibliotheca sacra Part.* I. *cap.* III. pag. 332. 339. ut alios silentio praetereamus, qui nostris potissimum temporibus in causa controversiae *de editione Complutensi Novi Testamenti* inter S. V. *Io. Salom. Semlerum* et *Io. Melchior. Goezium* agitatae, varia obiter de Veteri Testamento *Complutensi* monuerunt, quos vero hic adferre scopus meus non permittit.

Pag. 341. 343. *Biblia Polyglotta Antwerpiensia.* In iis, quae ad Historiam splendidissimae huius editionis Bibliorum polyglottorum pertinent, varia desunt memoratu digniora in relatione b. *Wolfii* hoc loco et *Tom.* IV. pag. 100. exstante. Quae primum ex loco *Davidis Clement.* infra adferendo suppleba, priusquam de characteribus editionis Veteris Testamenti in hoc opere obviae nonnulla adferam. Sumtus ad tam splendidum opus in lucem publicam edendum necessarios a *Philippo* II. Hispaniae rege sibi expetiit *Christophorus Plantinus*, celeberrimus typographus *Antwerpiensis*. Primus eorum, qui huic regi Hispaniae persuaderet, ut precibus *Plantini* aures placidas et gratam responsionem daret, fuit Cardinalis *Spinola*, Minister aulae regiae primi ordinis et director Hispanicae inquisitionis, quem hac de causa *Benedictus Arias Montanus* in Praefatione secunda huic operi praefixa pag. 5. summis extollit laudibus. Hinc rex iste munificentissimus in literis ad *Ducem de Alba* Madriti d. 25. Martii 1568. datis et in peculiari ad *Plantinum* hoc ipsum opus non tantum approbatione sua regia exornauit, verum etiam ad vim necessariam pecuniae, quae ad hoc ipsum opus edendum necessaria fuit, soluendam se promtum paratumque fore declarauit. Neque spes haec *Plantinum* fefellit, cum Rex *Philippus* II. omnes sumtus huic operi impendendos liberalissime in se susceperit, id quod ingenue testantur *Theologi Louanienses* in epistola ad Regem *Philippum* II. d. XXX. Septembr. A. C. 1569. scripta. Hinc forte pro commento falso habendum est, typographum *Plantinum* huius operis editione sibi tantam vim alieni aeris contraxisse, ut a creditoribus suis multum fuerit vexatus, quod *Longius* et ex eo *Wolfius* noster pag. 343. affirmant. Socios, quos sibi in adornando opere hoc egregio adiunxit *Arias Montanus*, nominat *Wolfius* noster pag. 341. quibus adhuc addendi sunt *Clemens* Philosophiae et Medicinae Doctor in Anglia, *Guilielmus Canterus*, *Petrus Serranus* Cordubensis Professor Theologiae in Academia Complutensi, *Ludouicus Strada* Hispanus Theologus Auilanus, *Ambrosius Morus*, *Augustinus Hunnaeus*, *Cornelius Goudanus*, *Iohannes Harlemius* et alii, qui huic operi in lucem publicam promouendo auxiliatrices admouerunt manus. Neque minori diligentia Cardinalis *Sirletus* et *Iohannes Regla*, qui postea Imperatori *Carolo* V. fuit a confessionibus, in perquirendis et conferendis sacrorum voluminum lectionibus, iisque sub examen revocandis versati sunt. Praeterea Cardinalis *Granuellanus Ariae Montano* transmisit Bibliorum

tum graecorum exemplaria ſuis impenſis ex codicibus Vaticanae bibliothecae deſcripta et accurate inter ſe collata. Etiam allatum eſt per *Danielem Bombergium* pervetuſtum Novi Teſtamenti Syriaci exemplar Colonienſe, quod ſibi magno uſui fuiſſe teſtatur *Arias Montanus*. Praeterea adhibita ſunt in edendo hoc opere *Biblia Complutenſia*, et varii codices manu ſcripti hebraici, chaldaici, graeci et latini a *Plantino* in uſum huius operis procurati. Vid. *Maſch. Bibliothec. ſacr. Part.* I. *Cap.* III. *pag.* 340. 341. 345. *ſequ.*

Pag. 341. lin. 7. *Hebraice*) adde: cum Vulgata ex Complutenſi, et denuo in alio Tomo hebraice.

Ibid. lin. 13. *Complutenſi*) columnis aduerſis.

Ibid. lin. 32. fiue paginae ad verba: *Tomus V. N. Teſt. graecum Syriace*) characteribus Maroniticis expreſſum, adiecto Syriaco textu literis hebraicis expreſſo in gratiam eorum, qui characteres *Maroniticos* non callebant, omiſſis tamen quibusdam verſionis Syriacae particulis, quas indicavit *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern *Tom.* I. *Part.* IV. *pag.* 296. quibus *David Clement. Bibliotheq. curieuſ. Tom.* IV. *pag.* 176. addit ſecundam epiſtolam Petri, cum haec ſegmenta neque in antiquiſſimo exemplari manu exarato, quod ad manus Ariae Montani fuit, neque in editione *Widmanſtudii* exſtarent, ut coniicit *Clement.* memoratus.

Pag. 342. lin. 2. *Tomus* VIII. *denique cit.*) Separatim prodiit hic Tomus, qui ſimul verſionem latinam *Santis Pagnini* et *Ariae Montani* exhibet, *Antwerpiae* 1572. fol. quam editionem plenius et accurate recenſent *Baumgartenius* in Nachrichten von einer Hällischen Bibliothek. *Tom.* I. *Part.* I. *pag.* 1. 7. et *Knochius* in hiſtoriſch-critiſchen Nachrichten. *Part.* I. *pag.* 11. 15. Quam editionem ob raritatem eius ſummam, quam eidem quoque tribuit *Io. Vogtius* in *Catalogo librorum rariorum pag. m.* 91. Saxoniae Elector *Iohannes Georgius* I. *Francofurti et Lipſiae* 1747. fol. et 8. maiori ſuis ſumtibus typis denuo deſcribi curauit. Neque minus rara eſt editio huius Tomi, quae *Antwerpiae* ex officina *Chriſtoph. Plantini* prodiit teſte *Io. Vogtio* in *Catalogo librorum rariorum loc. cituto.*

Ibid. lin. 25. *Caietana*) corrige: Gaditana. Vid. *Wolf. Tom.* IV. *Bibliothec. hebr. pag.* 101.

Ad *Veteris Teſtamenti codicem* ſpeciatim, prouti in hac editione typis deſcriptus eſt, quod attinet, punctandi ratio in hebraico textu longe accuratius regulis grammaticae Hebraeorum accommodata eſt quam in Complutenſi editione, quod imprimis *Ariae Montani* egregia linguae hebraicae notitia inſtructi ſtudio tribuendum eſſe iudico. *Accentus* quoque, quorum notae in *Complutenſi* editione deerant, in hac editione *Antwerpienſi* adiecti ſunt, de quibus forte *Arias* magis praeclare ſentiebat, quam *Ximenius* et *Complutenſes*. Adiectae quoque ſunt hebraico textui praeter Chalduicam paraphraſin *Onkeloſi Paraphraſes Ionathanis Vſielidis*

et *Iosephi Iusti in Hagiographa*, quas in *Complutensi* editione non expressas fuisse in superioribus obseruatum est.

Equidem non negandum est, opus hoc Biblicum maximo cum plausu ab omnibus exceptum fuisse; nonnulli eo usque processerunt, ut haec ipsa Biblia quoad maximam eorum partem nulla prorsus menda in se continere sibi persuaderent, atque ipse *Arias Montanus* in *Oratione ad summum Pontificem* his verbis uti non veritus est: „*Quod ad operis huius integritatem attinet, ego — offero Sanctitati „vestrae Biblia haec, a me a prima pagina ad ultimam usque diligenter Graece, La„tine et Chaldaice perlecta, et cum exemplaribus fidelissime collata, tanta fide, ut „non solum, si verbum aliquod deprauatum deprehendatur, sed si vel unus apex „aut jota unum in illis merito desideretur, caeteris coadiutoribus meis exceptis et „a culpa liberatis, ipse perpetuam ignorantiae et negligentiae notam subire velim, „meque unum omnis correctionis obnoxium exhibeam.*„ Verba haec adduxit *Io. Georg. Schelhornius Amoenitat. literar. Tom.* II. *pag.* 340. Interim tamen iam obseruauit *Brianus Waltonus* in *Apparatu biblico Cap.* VII. §. 14. *pag* 283. multa omnino esse, quae *Ariae Montani* diligentiam effugerint, qua in re *Schelhornius* usu huius operis Regii edoctus assensum ipsi praebuit.

Raritas huius Operis vel ex eo satis constat, quod permagna exemplarium eius in *Hispaniam* vehendorum pars absorpta a tempestatum vehementia navi in aquis interierit, quod testantur praeter alios imprimis *Bernhardus Mallinkrotius* in libro *de ortu et progressu artis typographicae* (Colon. 1639. 4) *pag.* 123. *Wendlerus* in *dissert. de variis raritatis librorum causis* §. X. et *Schelhornius loc. cit. Tom.* II. *pag.* 398. Praeterea quoque de eadem raritate huius operis testimonium perhibent *Vogtius* in *Catalogo librorum rariorum pag. m.* 92. *sequ.* et *Clement. Biblioth. Tom.* IV. *pag.* 176. 183. qui plures scriptores de eius raritate in medium adduxit. Extat tamen in nostra *bibliotheca Ienensi publica* academica splendidissimum eius exemplar. Vid. *Mylii Memorabilia Bibliothecae academicae Ienensis pag.* 93.

Caeterum de hoc egregio opere praeter eos, quos iam supra adduxi scriptores et eos, quos *Wolfius* memoravit, conferendi sunt, qui plura de eodem obseruarunt, *Io. Henric. Hottingerus* in *Bibliothecario quadripartito, pag.* 136. *Richard. Simon. Histor. critic. V. T. pag.* m. 516. *Thomas Crenius* in *Animaduersionibus philologicis et historicis Part.* XI. *pag.* 96. *Christian. Kortholdus* in *Tract. de variis Scripturae sacrae editionibus* (Kiloni 1686. 4.) pag. 378. *sequ. Carpzovius* in *Critica sacra V. T. pag.* 391. *sq.* 716. *sequ. Io. Georg. Hagemannus* in Nachrichten von den vornehmsten Uebersetzungen der heiligen Schrift. *pag.* 182. *sequ. Io. Georg. Walchius* in *Bibliotheca theologica selecta Tom.* IV. *pag.* 169. *seq. Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* I. *Part.* IV. *pag.* 289. 305. *Goezius* in Merkwürdigkeiten

der

der Königlichen Bibliothek zu Dresden *Tom.* II. *pag.* 313. et *Maſchius* in *Bibliotheca ſacra Part.* I. *cap.* III. *pag.* 340. 349.

Pag. 344. 345. IV. 101. *Biblia Wolderi polyglotta.* Vberiorem huius editionis deſcriptionem ſuppeditarunt *Baumgartenius loc. citat. Tom.* I. *Part.* IV. *pag.* 306. 312. et *Maſchius Bibliothec. ſacr. Part.* I. *Cap.* III. *pag.* 387. ut alios taceamus.

Pag. 345. 346. *Biblia polyglotta Hutteri.* Huius editionis tantum primus Tomus prodiit, qui *Pentateuchum*, *libros Ioſuae*, *Iudicum* et *Ruth* continet. *Hutterus* hanc editionem polyglottam iſto demum tempore paravit, cum iam abſolviſſet editionem ſuam N. T. polyglottam, quod ipſe memorat in *praefatione Tomi* II. *Novi Teſtamenti*, ubi narrat, ſe in animo habere conſilium edendi Vetus Teſtamentum in duodecim autem ſaltem ſex linguis, quod vero opus nondum ad finem perduxit. Exſtat quoque editio, quae loco verſionis *Sclauonicae gallicam* translationem continet, quae memoratur a *Baumgartenio* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern *Tom.* I. *Part.* IV. *pag.* 314. ſequ. Ea vero editio, quam *Wolfius* memorat, perrara eſt praeſertim in Germaniae oris, quod praeter *Hottingerum* a *Wolfio* in fine pag. 346. citatum teſtantur *Petrus Kohlius* in *Introductione in hiſtoriam literariam Slauorum pag.* 163. *Vogtius* in *Catalogo librorum rariorum pag.* 93. et *Clement. Biblioth. hiſtor. Tom.* IV. *pag.* 184. 189. Caeterum plura de hac editione memoratu digniora obſeruarunt *Baumgartenius loc. citat. pag.* 312. 314. *Knochius* in hiſtoriſch-critiſchen Nachrichten. *Part.* I. *num.* 4. *pag.* 28. 31. et *Maſchius loc. citato Part.* I. *Cap.* III. *pag.* 390. *ſequ.*

Pag. 345. lin. 5. a *Wolfio* memoratur, *Hutterum* quoque ſpeciminis loco edidiſſe *Pſalmos.* Plenior titulus huius editionis eſt: ספר תהלים ſiue *Liber Pſalmorum eleganti, nova, utili maximeque neceſſaria typorum forma, qua primo ſtatim intuitu ſingularum vocum literae radicales a ſervilibus diſcernuntur, editus in gratiam eccleſiarum et ſcholarum: ut Ebraea ſancta lingua breui temporis ſpatio ſine omni fere labore quaſi ex cubo et quadrato tampuam ad id ordinatis mediis — auxiliante Spiritu ſancto multo felicius nunc quam antea diſci et doceri poſſit, auctore Elia Huttero. Hamburgi per Io. Saxonem Hamburgenſem.* (Vid. *Wolf.* infra *pag.* 404.) *Hamburgi* 1586.

Pag. 347. 351. *Biblia polyglotta Pariſienſia.* In hac editione textus hebraicus Veteris Teſtamenti ad exemplar *Bibliorum Antwerpienſium* eſt expreſſus ſplendide ſatis, ſed minus accurate. Hunc excipit *Pentateuchus Samaritanus* Samaritanis characteribus delineatus, adiecta Samaritana paraphraſi, quae deſideratur in *Bibliis Antwerpienſibus.* Huic adiecta eſt verſio *Io. Morini* literarum Samaritanarum inſigni notitia pollentis elegantiſſima. Porro in hoc opere exſtant *Targumim* impreſſa ad normam editionum *Venetarum Danielis Bombergii* et *Baſileenſis Io. Buxtorfii* cum verſione latina. His acceſſerunt verſiones *Alexandrina*

ad

ad exemplaris *Complutensis* fidem impressa, *Syriaca*, *Latina* ad exemplar *Antwerpiense* et *Arabica*, ubi tamen dolendum est, quod omnes ac singulae hae versiones haud iunctim separatis in columnis exhibitae fuerint, sed potius per partes operis huius dispersae reperiantur. Sic versio *hebraica*, *chaldaica* et *graeca* in quatuor prioribus Tomis huius operis, *Syriaca* et *Arabica* autem demum Tomo V. VI. VII. insertae sunt. Desunt quoque huic operi biblico *Prolegomena*, quamvis editores eiusdem initio consilium talia edendi in animo habuerint. Caeterum licet haec editio imprimis a Clericis ecclesiae Gallicae *Bibliis polyglottis Antwerpiensibus* maxime praeferatur, id quod imprimis ex eorundem Iudicio de hoc opere primo eius Tomo praefixo, et ab *Hottingero* in *Bibliothecario quadripartito pag.* 136. *sequ.* memorato apparet, scatet tamen tota haec editio praesertim in *Arabica* et *Syriaca versione* permultis vitiis et sphalmatibus, unde pretium eius imprimis post editionem *Anglicanam polyglottam* in lucem publicam prolatam valde diminutum est. Caeterum plura de hac editione obseruarunt *Iacobus le Long* in *dissertatione* doctissima *de Bibliis polyglottis Parisiensibus*, quam *Wolfius Tom.* IV *pag.* 101. memorat, et quam *Maschius Bibliothecae* suae *sacrae Part.* I. *Cap.* III. *pag.* 350. 373. inseruit, *Knochius* in historisch-critischen Nachrichten *Part.* I. *pag.* 15. 21. *Hagemannus loc. cittat. pag.* 183. *sequ.* et *Io. Georg. Walchius Bibliothec. theologic. select. Tom.* IV. *pag.* 170. *seq.*

Pag. 351-354. *Biblia polyglotta Anglicana.* Huic operi praemisit *Brianus Waltonus Apparatum biblicum seu Prolegomena in Vetus Testamentum*, quae praefixa sunt Tomo priori huius operis, quae etiam separatim prodierunt *Turici* 1673. fol. et *Lipsiae* opera et studio celeb. *Dathii* 8. mai. Vid. supra obseruata ad pag. 273. De priori *Turicensi* editione iam obseruauit b. *Baumgartenius* in Nachrichten von einer Hällischen Bibliothek *Tom.* VIII. *Part.* 47. *pag.* 386. not. eandem variis mendis et sphalmatibus deformatam esse. Versiones omnes ac singulas huic operi biblico insertas *Brianus Waltonus* non per singulas partes operis dispersit, sed potius easdem, quod magis probandum erat, statim in columnis separatis textui hebraico adiiciendas curavit. Easdem omnes *Wolfius* noster diligenter recensuit. De *versione Arabica*, quod unum hic obseruo, quae in his *Bibliis* polyglottis legitur, omnino conferenda est celeb. *Olai Gerhardi Tychsenii* Commentatio doctissima de fonte ex quo *codex Arabicae versionis in Bibliis polyglottis derivandus est*, quae legitur in *Repertorio für biblische und morgenländische Litteratur. Part.* X. *pag.* 95. *sequ.*

Caeterum plura de hoc splendidissimo opere doctissime obseruarunt *Christian. Kortholdus* in *Tractatu de variis editionibus Scripturae sacrae pag.* 381. *Buddeus* in *Isagoge historico-theologica in Theologiam universam Lib.* II. *Cap.* VIII. §. 3. *pag. m.* 1282. *Baumgartenius loco supra citato pag.* 379. 404. *Knochius* in historisch-critischen Nachrichten *Part.* I. *pag.* 22. 27. *Carpzovius* in *Critica sacra Veteris Testamenti pag.* 400. *seq.* *Hagemannus* in Nachrichten

ten von den vornehmſten Ueberſetzungen der heiligen Schrift *pag.* 183. *Io. Georg. Walchius* in *Bibliotheca theologica ſelecta Tom.* IV. *pag.* 171. *ſequ.* et *Maſchius* in *Bibliotheca ſacra Part.* I. *cap.* III. *pag.* 374. 382. *ut alios omittam.*

Pag. 354. Bibliis polyglottis a *Wolfio* memoratis addantur ſequentia:

Biblia ſacra tam Veteris quam Novi Teſtamenti cum Apocryphis ſecundum fontes hebraicos et graecos, opera et ſtudio Ioh. Muthmanni, adiecta verſione germanica Lutheri. Züllichovii 1741. 4. mai. Quae editio recenſetur in Jenaiſchen Nachrichten von theologiſchen Büchern und Schriften *Tom.* I. *Part.* I. *pag.* 1. *ſequ.* et *Maſchii Bibliotheca ſacra Part.* I. *Cap.* I. *Sect.* III. *pag.* 173. *ſeq.*

The Old Teſtament Engliſh and Hebrew, autore *Arſenio Boyly*, quod opus Londini 1774. quatuor Tomis in 4. prodiit. Textus hebraeus punctis quidem in hac editione eſt inſtructus, ſed accentibus caret. Adiectae etiam ſunt huic editioni obſeruationes grammaticae et criticae, *Anglicae verſionis* additae emendationes, quae ſenſum nonnullarum ſacri codicis phraſium, interpretationes verſionum antiquarum, chronologiam et uſum parentheſium ſacri codicis concernunt. Valde laudatur haec editio tum propter nitidos eius typos tum propter internam ſuam bonitatem in *Bibliotheca univerſali Mietavienſi theologica Tom.* IV. *pag.* 187. 188. Vid. quoque *Moſch. loc. cit. pag.* 175. *ſequ.*

Caeterum uberiorem *de Bibliis polyglottis ſacri codicis* notitiam ſuppeditarunt *Carpzovius* in *critica ſacra Veteris Teſtamenti Part.* I. *Cap.* IX. *pag.* 387. 417. *Buddeus Iſagog. hiſtor. theolog. Lib.* II. *cap.* VIII. *§.* III. *pag.* 1280. 1283. *Maſchius* in *Bibliotheca ſacra Part.* I. *Cap.* III. *pag.* 331. *ſequ.* et *Chriſtian. Frideric. Hertelius* in *programmate de hiſtoria litteraria ſacri codicis.* Halberſtadii 1746. quod h. *Bidermannus* inſeruit eius Alten und Neuen von Schulſachen *Part.* VII. *pag.* 1. 65. Vid. ibidem *pag.* 55. 59.

II. De Partibus Bibliorum polyglottorum.

Pag. 354. IV. 102. *Pentateuchus Conſtantinopoli* impreſſus anno 1546. De raritate eiusdem quoque teſtatur *Vogtius* in *Catalogo librorum rariorum p. m.* 524. Plura de eodem memorat *Maſchius* in *Bibliotheca ſacra Part.* I. *cap.* III. *pag.* 393. *ſeq.*

Pag. 356. lin. 3 *Geneſeos quatuor priora capita.*) Vberius recenſetur haec editio a *Iacobo Wilhelmo Blaufuſio* in vermiſchten Beyträgen zur Erweiterung der Kenntniß merkwürdiger Bücher, *Part.* II. *pag.* 31. 33. Vid. quoque *Wolf.* infra *pag.* 396.

Pag. eadem fere in medio: *Ioſuae* editionem polyglottam a Wolfio memoratam uberius deſcripſit *Maſchius* in *Bibliotheca ſacra Part.* I. *cap.* III. *pag.* 307. *ſequ.*

Ibid. *Iſaias propheta — Davidis Kimchii commentario*) adde: in Ieſaiam. Plenius recenſuit hanc editionem *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwür-

digen Büchern. *Tom.* V. *Part.* XXVI. *pag.* 100. *sequ.* Vid. quoque *Masch. l. c. pag.* 398.

Pag. 357. *Ionas propheta cura et studio Artopoei* 1545.) Obseruauit *Wolfius* hoc loco, impressam esse hanc editionem anno 1545. una cum quindecim Psalmis trium linguarum et Grammatica. Forte haec narratio *Wolfii* decerpta est ex *Simleri epitome bibliothecae Gesneri pag.* 665. *Baumgartenius* contra hanc ipsam *Artopoei* editionem recensens alium annum memorat, nempe A. C. 1543. cuius mentio in fine facta sit, quae editio simul exhibet non XV. Psalmos sed primum tantum Dauidis hymnum in triplici lingua hebraice, graece et latine. Vid. eius Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* IV. *Part.* XIX. *pag.* 17. *sequ.*

De *Io. Draconitis opusculis polyglottis* conferas supra *pag.* 333. et *Tom.* IV. *pag.* 99. et quae ad haec loca obseruavi.

Pag. 358. IV. 105.) *Psalterium Augustini Iustiniaeni Genuae* 1516.) Plura de eodem memorant *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* VII. *Part.* XLI. *pag.* 377. 380. *Io. Frider. Hirtius Bibliothec. oriental. et exegetic. Part.* I. *pag.* 23. *sequ.* S. V. *Io. Christoph. Doederlinus* in *Museo litterario Norimbergensi Tom.* II. *Part.* I. *num.* 1. et *Maschius* in *Bibliothec. sacra Part.* I. *cap.* III. *pag.* 400. *sequ.*

Psalterium Potkenii Colon. 1518. Plura de eodem obseruarunt *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern *Tom.* V. *Part.* XXVI. *pag.* 95. 97. *Knochius* in historischcritischen Nachrichten *Part.* I. *pag.* 40. sequ. et *Maschius* in *Bibliotheca sacra Part.* I. *cap.* III. *pag.* 401. *sequ.*

Psalterium — Basil. 1518.) Vid. *Masch. loc. cit. pag.* 402.

Psalterium sextuplex. — Lugduni 1530. Vberiorem recensionem huius editionis suppeditauit *Baumgartius loc. citato Tom.* I. *Part.* V. *pag.* 385. 387. Perrara est, quod praeeunte *Reimanno* in *Catalogo Bibliothecae theologicae p.* 542. testatur *Daniel Salthenius* in *Catalogo librorum Bibliothecae suae rariorum pag.* 497. *num.* 2509.

Psalterium Hebr. et graecum — Paris. 1545.) potius *graeco-latinum*, quod statim ex titulo libri huius a *Baumgartenio loc. citato Tom.* I. *Part.* V. *pag.* 392. *sequ.* memorati et uberis descripti patet.

Psalterium Artopoei 1545. 8.) Perraram esse hanc editionem, iam obseruauit *Salthenius loc. citato pag.* 497. *num.* 2508. Vberius hanc editionem descripsit b. *Io. Christian. Wilhelm. Diederichs* in *Hirtii Bibliotheca nova Wittebergensi orientali et exegetica Part.* II. *pag.* 291. *sequ.* et *Maschius* in *Bibliotheca sacra loc. cit. pag.* 403. *sequ.* Aliam eius editionem huic similem quae *Basileae* 1548. 8. prodiit, memorat *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* VII. *Part.* XLI. *pag.* 380. 381.

Pag.

Pag. 359. lin. 4. a fine paginae, ad verba *Wolfii; quae eadem cum priore editio est*) Asserunt hoc *le Longii* et post eum *Wolfii* negauit *Maschius* in *Bibliotheca sacra Part.* I. *Cap.* III. *pag.* 406. et recte quidem. Dicet enim in posteriori editione quoque insertum legatum tentamen *Meibomii* portentosum, accesserunt tamen in eiusdem praefatione illustrationes duorum Psalmorum et plurium Veteris Testamenti locorum, cum aliis, quae a *Maschio loco citato* indicantur.

Pag. 360. lin. 7. *Argentorati*) cura *Balthasar. Scheidii.* His *Psalterii polyglotti editionibus* addantur sequentes:

Psalterium quintuplex, videlicet gallicum, romanum, hebraeum, vetus, conciliatum, opera et studio Iacobi Fabri Stapulensis. Paris. 1513. Quod recensuit *Io. Fabricius* in *Historia Bibliothecae Fabricianae Tom.* I. *pag.* 255. *sequ.*

Psalterium harmonicum hebraice, graece, latine et germanice — Eliae, Hutteri, de quo libro *Norimbergae* 1602. 8. meo edito plura memorauit *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* V. *Part.* XXVI. *pag.* 97. *sequ.* Vid. quoque *Wolf.* infra *pag.* 4[illegible]

Decapla in Psalmos auctore *Io. Viccars. Londini* 1639. et 1655. fol. de quo opere plura memoratu digna obseruarunt *Io. Fabricius* in *Historia Bibliothecae Fabricianae Tom. I. pag.* 259. *sequ.* et *Baumgartenius loc. citat. Tom.* I. *Part.* V. *pag.* 399. 402.

Psalterium hebraice et Anglice, cura et studio Io. Leusdenii. Vltrajecti apud Iohannem van de Water 1688. [illegible] Memorat hanc editionem, quae Anglicanam inscriptionem in fronte gerit, pluribus *Baumgartenius loc. cit. Part.* V. *pag.* 389. *sequ.*

Proverbiorum Salomonis per *Io. Draconitem* curatam editionem a *Wolfio* memoratam data opera pluribus descripsit *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* I. *Part.* IV. *pag.* 320. Perrara est, sicut omnia reliqua *Io. Draconitis* opuscula biblica.

Canticum Canticorum) Memoratis a *Wolfio* huius libri polyglottis editionibus ex *Maschii Bibliotheca sacra Part.* I. *cap.* III. *pag.* 396. addantur sequentes:

Canticum Canticorum cum Targum et versione hispanica. Venetiis apud Hieron. Bragadinum 1655. 8. Vid. *Wolfius Tom.* II. *pag.* 410. et

Canticum Canticorum cum subiecta versione hispanica ipsius contextus et paraphraseos chaldaicae. Amstelod. apud Salomon. Proops 1712. 8.

Decalogi edictionem *Ammersbachianam* polyglottam et alias plures recensuit *Maschius* in *Bibliotheca sacra. Part.* I. *pag.* 396.

Pag. 361. IV. 107. *Novum Testamentum polyglottum Hutteri*) Pluribus recensuit hanc editionem celeb. *Maschius* in Beyträgen zur Geschichte merkwürdiger Bücher *Part.* V. *pag.* 249. sequ. ubi idem praeter alia notatu digniora obseruat, *Hutterum* in recensendo *Matthaei* hebraico textu ne[illegible] retinuisse versionem antiquam Munsterianam, sed potius sine omni [illegible] novam

 ver-

verſionem conſtiſſe. Nec omittenda eſt *editio N. T. Hatterſiana*, quae in duodecim linguis ſyriace, italice, hebraice, hiſpanice, graece, gallice, latine, anglice, germanice, danice, bohemice et polonice prodiit *Noribergae* 1599. fol. quam recenſuit *Baumgartenius* in **Nachrichten von merkwürdigen Büchern** *Tom.* I. *Part.* IV. *pag.* 317. 320. ubi eidem editioni raritatis insignis notam tribuit. Qua etiam ſpectat editio eiusdem Matthaei et Marci XII. linguis. *Noribergae* 1599. 4. mai. uberius deſcripta ab eodem *Baumgartenio loc. citat. pag.* 385. ſequ.

Pag. 361. 362. Has et alias *Orationis dominicae* editiones memorat *Maſchius* in *Bibliotheca ſacra Part.* I. *cap.* III. *pag.* 416. 422.

Sectio V.

DE EDITIONIBVS BIBLIORVM HEBRAICORVM, QVAE EA VEL INTEGRA VEL EX PARTE EXHIBENT.

Ad editiones antiquiſſimas Bibliorum hebraicorum quod attinet, quae Saeculo XV. et ineunte XVI. in lucem publicam prodierunt, varia doctiſſime de iisdem obſeruarunt *Io. Georgius Schelhornius* in *Amoenitatibus litterariis*, *Tom.* II. *pag.* 419. et *Io. Bernhardus Deroſſi* in *diſquiſitione de origine et primitiis typographiae hebraicae cap.* IX. *pag.* 108. *Cap.* X. *pag.* 112. XI. *pag.* 133. *ſequ. edit. Haſnagel.* Vterque insignem harum editionum raritatem teſtatur. Cauſa hodiernae earum raritatis ex obſeruationibus prioris inde potiſſimum deriuanda eſt, quod iſtis temporibus, in quibus pauciſſimi Chriſtianorum hebraicam callebant linguam, haec cimelia ſolis Iudaeis relinquerentur. Neque tamen uſus earundem egregius in dubium vocandus eſt, quem hae ipſae editiones imprimis in diiudicandis variis lectionibus codicum Manuſcriptorum et editionum hebraei codicis exhibent, de quo uſu egregio varia citatus *Deroſſi loco citato Cap.* XI. *pag.* 133. *ſequ.* memoravit.

De *editionibus Bibliorum hebraicorum a Iudaeis in lucem publicam editis* obſeruauit *Richardus Simon.* in *diſquiſitionibus biblicis Cap.* VIII. *pag.* 54. praeter alia, easdem longe accuratiores eſſe iis, quae a Chriſtianis editae fuerint, quod aſſertum etiam confirmauit idem in *Hiſtoria critica Veteris Teſtamenti pag.* 512. Hinc etiam *Ioſephus Scaliger* in *Scaligeranis pag.* 49. *ſequ.* arbitratur, officium editoris ſacri codicis hebraei primarium in eo conſiſtere, ut diligenter curet emendari ſphalmata ab eruditis Iudaeis, cum alias eadem euitari plane nequeant. Huc etiam ſpectat *Io. Gottlib. Bidermanni Programma de mendis librorum et nominatim bibliorum hebraicorum diligentius caucndis. Fribergae* 1752. ubi etiam paſſim nulla menda in quibusdam a Chriſtianis ſcriptoribus editis Bibliis hebraicis [illegible] memorantur. Prae caeteris autem huc conferendum erit opus utiliſſimum [illegible] *Wilhelm. Daniel. Schultzii inſcriptum* **vollſtändigere Kritick über**

[redacted] neuesten Ausgaben der hebräischen Bibel. *Berolini* 1766. 8. [redacted] *Maschius Bibliothec. sacr. Part.* I. *Cap.* I. *Sect.* I. *§.* 111. *pag.* 4. monuit, [redacted] plures in usum scholarum Iudaicarum impressas Pentateuchi editiones, quae [redacted] plane sunt purae. Vid etiam *Carpzouii Critica sacra Veteris Testamenti. Part.* I. *cap.* IX. *pag.* 426. et *Tychsenii befreyetes Tentamen pag.* 77.

Pag. 364. *Biblia hebraica cum punctis. Soncini* 1488. *fol.)* De eximia huius editionis raritate nullum plane superest dubium, cum olim de eiusdem existentia viri literatissimi vehementer dubitauerint. Asseruatur autem haec editio in apparatu librorum *Io. Reuchlini*, qui *Carolsruhae* in bibliotheca Serenissimi Marchionis Badae-Durlacensis exstat teste celeb. *Brunsio* in *Ephemeridibus Ienensibus literariis* ad annum 1767. *Scid.* 89. *pag.* 451. *Florentiae* teste *Derossio* in loco infra adferendo. Exemplar quoque huius editionis in Anglia reperit *Kennicottus*, quod ipse memorat in *Relatione* sua *de statu collationis hebraicorum codicum manuscriptorum veteris Testamenti* ad annum 1767. simulque obseruat, eandem editionem valde discrepare a textu hebraico. Vid. b. *Erneſtii Bibliothec. nov. theologic. Tom.* IX. *Part.* VI. *pag.* 575. Collationem huius editionis in usum operis *Kennicottiani* biblici instituit cel. *Brunsius Carolsruhae*, qui etiam in adnotationibus versioni latinae notarum criticarum *Kennicotti* in quosdam Psalmos adiectis spem fecit uberius hanc editionem describendi, quod omnino exoptandum esset. Idem quoque de hac editione obseruauit in *Ephemeridibus Ienenſib. literariis* ad annum 1767. *Scid.* XII. *pag.* 104. eandem in permultis locis cum editione *Gersoniana* conuenire. Sic, uti ibidem memoratur, in loco 2 *Samuel.* XXIII, 10. omittuntur in hac editione verba ותרבק ידו. Memorantur nonnulla de hac editione ex *Philipp. Iac. Lambacheri Bibliotheca Vindobonenſi civica (Viennae Auſtr.* 1752. 4.) *Part.* I. in *Novis Actis erudit. Lipſienſibus* ad A C. 1753. *pag.* 509. Pluribus etiam de eadem doctissime commentati sunt *Melchior Ludouic. Widekindus* in [redacted] *Verzeichniß von raren Büchern. pag.* 529. *sequ. Io. Bernhard. Derossius* in *diſquiſit. de hebraicae typographiae origine et primitiis Cap.* V. *§.* 7. *pag.* 42. *edit. Erlangenſ.* et *Maschius* in *Bibliotheca sacra Tom.* I. *Part.* I. *cap.* I. *sect.* I. *pag.* 5. [redacted]

Pag. 364. IV. 109. *Pisauri* 1494.) Exemplar huius editionis asservari dicitur a *Schelhornio Amoenitat. literar. Tom.* II. *pag.* 421. *Tiguri* in *bibliotheca Carolina*, quod olim *Conradi Pellicani* fuit. Istud exemplar quod attinet, dantur variae, quae *Maschius* in *Bibliotheca sacra Part.* I. *Cap.* I. *Sect.* I. *p.* 12. in medium attulit, ex quibus quodammodo suspicio alitur, codicem *Tigurinum* eundem esse cum *Brixienſi* codice Gersonis, cum quo tam accurate consentit, adeoque editionem hanc *Pisaurenſem* esse supposititiciam. Hinc cel. *Io. Bernhard. Derossius* in *diſquiſit. de origine et primitiis typographiae hebraicae pag.* 80. *edit. Parmenſ.* hanc sententiam amplexus est, *Pisaurenſem* hanc editionem pro exemplari *Gersonidnae* editionis venditans. His permotus *Maschius* characteres certos

atque indubios *Gerſonianae* editionis cum clariſſimo *Heſſio* comm[illegible]erit, [illegible] cum exemplari *Tigurino* accurate conferret. Quo facto reperiebantur quid[illegible] ter utrumque codicem conſenſus maximus, nihilo ſecius autem manifeſta [illegible] criteria, quae diuerſam editionem ſatis produnt. Quibus diligentiſſime exam[illegible] tis tandem profitetur *Maſchius*, ſe haud impetrare a ſe potuiſſe, ut in *Deroſſii* ſententiam ibiret, ſed potius ſe ſtatuere, quod exemplar Tigurinum a *Brixienſi* omnino ſit diverſum, licet concedendum ſit. *Tigurinum* exemplar ad *Baixienſe* formatum eſſe. Vid. *Maſch. loc. citato* et *pag.* 57. Interim poſtea *Deroſſius* in Appendice Tract. de editionibus nonnullis ignotis codicis hebraei pag. 30. ſe nullum, ne minimum quidem, in controuerſis locis a Maſch[illegible] prolatis diſcrimen reperiſſe affirmat.

Pag. 365. *Brixiae* 1494. 8.) Vberiorem huius editionis notitiam ſuppeditarunt *Rudolph. Wedekindus* in *Bibliotheca Berolinenſi Tom.* I. *pag.* 152. 163. *Gottlieb Chriſtian. Gieſe* in Nachrichten von der Bibelüberſetzung Lutheri *Part.* I. [illegible]. 93. 97. *Io. Bernhard. Deroſſius* in *diſquiſit. de hebraico typographiae origine et primitiis Cap.* VI. *§.* 65. *pag. edit. Erlang.* et *Maſchius* in *Bibliotheca ſacra loc. cit. pag.* 7. 10. Imprimis autem optime noſtris temporibus de eadem editione promeritus eſt *Beniamin Wilhelmus Daniel Schulzius*. Non ſolum enim iſte in uſum *Kennicottiani* operis biblici accuratiſſimam eius collationem ex exemplari *bibliothecae Berolinenſis* inſtituit, ex qua omnino colligere poterat *Kennicottius*, hanc ipſam editionem ſequi probatiſſimos codices antiquiores, et longe recedere ab hodiernis editionibus conſuetis, verum etiam uberiorem eiusdem deſcriptionem ſuppeditauit in libro elegantiſſimo inſcripto: Vollſtändigere Kritik über die gewöhnlichen Ausgaben der hebräiſchen Bibel, nebſt einer näheren zuverläßigen Nachricht von der hebräiſchen Bibel, welche der ſel. D. Luther bey ſeiner Ueberſetzung gebraucht hat. *Berolini* 1766. 8. quem librum doctiſſime recenſent b. *Erneſtius Bibliothec. theolog. nov. Tom.* VII. *Part.* II. *pag.* 112. 127. et S. V. *Froriepius* in Lübeckiſchen theologiſchen Nachrichten *Tom.* II. *Part.* VIII. *pag.* 741. 753. *Part.* IX. *pag.* 763. 787. His etiam adiunxit idem vir cel. *Schulzius diſſertationem apologeticam, num punctа vocalia* [illegible] *Kethibh ſubiecta ad Keri ſint referenda* et *Additamenta variantium lectionum ex Gerſoniana ſacri codicis editione collectarum cum adiectis obſeruationibus*, quae doctiſſimae Commentationes *Bibliothecae Haganae hiſtorico - philologico - theologicae Claſſ.* I. *faſcic.* II. *pag.* 205. 252. et *faſc.* I. *pag.* 151. 182. inſertae leguntur. Formam huius editionis quod attinet, ea neque in forma octaua minori neque in duodecima prodiit, ſed potius in forma quarta maiori, quod prae ceteris obſervavit *Deroſſius* in loco ſupra citato. Imprimis memoratu dignum eſt, quod in hac editione, quoties in textu nomen Dei occurrit, littera Daleth pro He ſubſtituatur, unde ſcribitur ibidem יהוד pro יהוה, אלדים pro אלהים, quod obſeruavit *Io. Vogtius in Catalogo librorum rariorum pag. m.* 90.

Venet.

Venet. 151-i. *typis Danielis Bombergii.* Rectissime haec editio, cuius notitiam *Buxtorfius* solum *R. Davidis Ganzii* testimonium secutus suppeditavit, iure meritoque ad spurias refertur, unde prima inter *Bombergianas* editiones refertur ea, quae prodiit *Venetiis* anno 1518. a Wolfio nostro, quem hac in sententia secuti sunt *Io. Georg. Walchius Bibliothec. theologic. select. Tom.* IV. *p.* 7. *Erneſtius Bibliothec. theologic. nov. Tom.* VI. *Part.* II. *pag.* 157. et *Maſchius* in *Bibliotheca ſacra Part.* I. *pag.* 17.

Pag. 366. *Venet.* 1518. typis Danielis Bombergii.) De Felice *Pratenſi*, cuius hic loci mentionem fecit *Wolfius*, plura obseruauit idem supra *Bibliothec. hebr. Tom.* I. *pag.* 981. III. 935. *num.* 1835. ubi etiam legantur, quae ad priorem locum obseruaui. Plura de hac editione, quae inter rarissimas teste *David. Clement Bibliothec. Tom.* IV. *pag.* 28. merito est referenda, licet hic ipse Autor in eo erraverit, quod annum 1515. pro anno impressionis habendum esse affirmauerit, eaque notatu digna memorant *Bartoloccius* in *Bibliothec. magn. rabbinic. Tom.* IV. *pag.* 190. *Michael Neander* in *Erotematibus linguae hebr. pag. edit. Basileenſ.* de anno 1567. *Carpzouius* in *Critica ſacra V. T. pag.* 410. *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* III. *Part.* XIV. *pag.* 95. 100. et *Maſchius* in *Bibliotheca ſacra Part.* I. *cap.* I. *ſect.* I. *pag.* 19. *ſeqq.* 96. *ſeqq.*

Ibid. lin. 26. *praeſat.* III.) adde: *pag.* 18. editionis Venetae.

Pag. 367. *Venet.* 1521. *Bombergii*:) Plura de hac editione memorant b. *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* II. *Part.* VIII. *pag.* 95. 97. et *Maſchius loc. citat. pag.* 19. *ſequ.*

Pag. 367. IV. 110. sequ. *Venet.* 1525. *typis Daniel. Bombergii.*) Editionem hanc, quam *Clement. loc. citat. pag.* 29. *perratam* appellat, uberius descripserunt *Io. Carolus Oritius* in *Singularibus artis typographicae ex Saeculo* XVI. *collectis.* (Mindae 1744. 4.) *Continuat.* III. *pag.* 32. *Baumgartenius loc. citat. Tom.* II. *Part.* VIII. *pag.* 97. *ſequ.* *Knochius* in hiſtoriſch-critiſchen Nachrichten. *Part.* II. *num.* XVIII. *pag.* 89. 88. et *Maſchius Bibliothec. ſacr. pag.* 20. 100. 102. ut alios taceamus. Discernitur a *Wolfio* nostro ab hac editione alia *Bombergiana* editio de anno 1528. de qua uberius commentatus est *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* II. *Part.* VIII. *pag.* 98.

Ad controuersiam, quae de hac editione inter *le Longium* et *Vngerum* agitata est, quod attinet, respondet ad ea, quae Vngerus postremo loco iuxta ea, quae obseruavit *Wolfius Tom.* IV. *pag.* 110. monuit, le Longius in epistola inserta in Ausführlichen Berichte von neuen Büchern. *Part.* X. *pag.* 954. his verbis: „*I' ai vû „pluſieurs exemplaires de cette edition. L' inſcription du commencement et celle de „la fin ſont celles, que je les ai marqués. — Il n' eſt parle que de Bombergue dans „l' Edition de* 1525. *et dans l' autre on marque, qu' elle eſt faite par les ſoins de*

„Cor-

„*Corneille fils de Baruch Adelkind. Comme le frontiſpice du liure imprimé ordi-*
„*nairement aprés le liure, on y auroit mis a celui la même année, que celle, qu' ona*
„*mis a la fin; ſi l' ouurage auoit eté imprimé en même temps. Il ſe peut fort bien*
„*faire, que Bombergue ait entrepris l' edition de une Bible in 4. en 1525. laquelle*
„*il ne pouſſa que iuſqu' au liure de Ioſua, parce qu' il a voulu achever pluſieurs*
„*ouurages, qu' il auoit alors ſous preſſe, comme ſa Bible Rabbinique de 1526.*
„*Il imprima en 1527. un Pentateuche in 8. hebreux et chaldeux et il n' acheua l'*
„*edition de la Bible in 4. qu' en 1528. Ainſi ce ne ſont pas deux editions, mais la*
„*même commencée en 1525. et finie en 1528.*" Ex quibus *Longii* verbis apparat, eundem ſententiam ſuam inde confirmare voluiſſe, quod in ſubſcriptione illius editionis, quae prodiit anno 1525. tantum *Bombergii*, in altera autem *Cornelii filii Baruch Adelkind* facta fuerit mentio, et profecto, ſi una eademque editio eſſet, idem annus in titulo expreſſus fuiſſet. Interim in fine quoque concedere videtur, forte *Bombergium* cepiſſe hanc editionem anno 1525. et ad finem demum perduxiſſe anno 1528. Ad quae iterum regeſſit *Vagenſ*, ſe deſiderare a *Longio* probationem aſſerti ſui, quod *Pentateuchus Bombergianus* anno 1525. una cum quinque minoribus libellis impreſſus *Pentateucho Bibliorum Bombergianorum* anno 1528. publicatorum abſimilis ſit, quod in *Bibliotheca ſacra* expreſſis verbis affirmaverat *Longius*, in hac autem ſua reſponſione ſilentio praetermiſſum ſit. Idem queque obſeruat, ex verbis, quae in editione de anno 1528. exſtant, *Cornelium Adelkind* eandem in aedibus *Bombergii* 1528. abſolviſſe, nihil aliud colligi poſſe, quam hoc, quod hic *Adelkindus* haud poſtremus ex iis fuerit Iudaeis, quorum centuriam et amplius liberalitate ſua *Bombergius* inter operas officinae ſuae ſemper aluit. Vid. Ausführlicher Bericht, *loc. citat. pag.* 356. 357.

Pag. 368. IV. 117. *Venet.* 1526. *Danielis Bombergii.* Perrarum editionem appellat *Clement. Biblioth. curieuſ. Tom.* IV. *pag.* 31. Praefationem huius editionis clariſſimus inter Iudaeos doctor *R. Iacobus ben Chaiim* compoſuit. Hanc praefationem poſtea *Claudius Capellanus* latine transferendi conſilium cepit, quod vero in vniuerſum non praeſtitit, cum tantum in unoſcriptorum ſuorum nonnulla ſegmenta eiusdem latine translata reperiantur. Recentiſſimo tempore eandem ex codice manuſcripto in *Bibliotheca Bodleiana* reperto latine translatam exhibuit cel. *Benjamin Kennicottus in diſſertat. II. de ſtatu textus hebraei pag.* 229. 244. *edit. Anglic.* Vid. b. *Erneſtii Bibliothec. theolog. Tom.* IV. *Part.* IV. *pag.* 295. *ſequ.* ubi varia de eadem obſeruantur. Caeterum plura de hac obſeruarunt *Bartoloccius Bibliothec. magn. rabbinic. Tom.* IV. *pag.* 191. *ſequ. Stollius* in *Hiſtoria literaturae theolog. pag.* 32. et *Goezius loco ſupra citato p.* 32.

Ibid. *Venet. per Dan. Bombergium A. C.* 1533.) De hac editione quaedam memorat *Maſchius* in *Bibliotheca ſacra Part.* I. *cap.* I. *ſect.* I. *pag.* 21. ubi eandem *quartam Bombergii* editionem Bibliorum hebraicorum appellat.

Ibid.

Ibid. et pag. sequ. *Sebast. Munsteri* 1536. Plura de hac editione memorat *Maschius loc. citat. Part.* I. *cap.* I. *Sect.* III. p. 149. *seq.* et *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* X. *Part.* LV. *pag.* 1. 4. Rarior est, quam secunda editio *Munsteri* de anno 1546. quam *Wolfius* infra *pag.* 370. recensuit.

Pag. 3691 *Sebast. Munsteri Basil.* 1536. *apud Ambros. Episcopium*) lege potius: *Nicolaum* Episcopium. Vberiorem huius editionis recensionem suppeditant *Knochius* in historisch-critischen Nachrichten *Part.* VIII. *pag.* 680. 688. *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern *Tom.* II. *Part.* VIII. *pag.* 99. 100. *Io. Frider. Hirtius* in *Bibliotheca oriental. et exegetic. Part.* VI. *pag.* 297. 311. et [illegible]*schius* in *Bibliotheca sacra Part.* I. *cap.* I. *sect.* I. *pag.* 22. 24. *Wolfius* noster cum aliis affirmat, constare hanc editionem voluminibus duobus, cum tamen sit unum volumen, cuius paginae marginales per literas hebraicas indicatae una cum custode typographi in una eademque serie procedunt, retenta Iudaica consueta omissione, quod *Hirtius loc. cit. pag.* 309. *sequ.* obseruavit.

Ibid. *Venet.* 1544. *operâ Cornel. Adelkind*) Pleniorem editionis huius descriptionem dederunt *Baumgartenius loc. cit. Tom.* IX. *Part.* LI. *pag.* 191. 193. et *Maschius loc. cit. pag.* 21. 22. ubi eandem, quae in titulo *quinta* vocatur, *ultimam Bombergii* editionem appellat.

Pag. 370. IV. 111. sequ. *Paris.* 1544. *apud Robertum Stephanum*, non in 4. uti *Wolfius* perhibet, sed potius in folio minori.

Lin. 4. *prophetia Habacuci anno* 1559. *demum edita fuit*) Numerus anni hic indicatus forte pro sphalmate typographico habendus est, cum iam anno 1539. editio *Habacuci* prodierit, quod exemplari suo bibliothecae *Wolfii* adscripsit b. *Danzius.*

Lin. 6. *Commentarii Rabbinici*) unus tantum *R. Kimchii. Longii* iudicium de hac editione, quod exstat in *Bibliotheca* eius *sacra pag.* 106. *edit. Boerner*, suadet, eandem minus esse accuratam et charactere impolito in *Prophetis posterioribus* adornatam, licet in *Pentateucho*, *prophetis prioribus* et *Cethubhim* character maior et satis venustus expressus fuerit, quae etiam sententia, est *Davidis Clementis Bibliothec. Tom.* IV. *pag.* 32. Interim tamen *Io. Henric. Hottingerus* in *Bibliothecario quadripartito pag.* 127. huic editioni idem pretium tribuit, quod editionibus *Bombergianis* et *Plantinianis* alias assignatur, his verbis: „*Neque enim, qui Bombergii, Plantini, Stephani elegantissima exemplaria quotidiana terunt levique conte-*„*runt manu, recte faciunt, κειμήλια sunt, quae, ut diu Bibliothecam ornent, mun-*„*de tractari parceque contrectari debent.*„ Plerisque libris in hac editione exhibitis nullum adiectum est Kri, aut saltem rarius occurrit, adiecto simul circello masorethico Kri indicante, alii libri autem referunt quoque praeter Kri Masoram in margine, quod obseruavit Perillustr. *Michaelis* in loco infra adferendo. In prophetia Hoseae plurimae columnae vulgari scriptura expressae reperiuntur, quas

typotheta ſeparatim poſuit et voluminum paginas neglexit, unde poſtea ordo columnarum ab impreſſore turbatus eſt. Libro Eſdrae ſtatim adiectus eſt liber Nehemiae, cuius tamen in inſcriptione nulla facta eſt mentio; in ultriusque libri margine una cum Keri adiecta eſt Maſora parva typis Rabbinicis. De raritate huius editionis teſtantur praeter alios *Vogtius* in *Catalogo librorum rariorum pag. m. 90. ſequ.* et *Clement. loc. cit.* Huius raritatis cauſam in eo potiſſimum quaerendam eſſe veriſimile eſt, quod ſingulae huius editionis partes non uno eodemque tempore, ſed diverſis annis prodierint, unde quoque ſingulatim haec ſingularum partium operis exemplaria vendita et propter ſingularem aeſtimationem, qua iſto tempore fere quilibet in *Stephanianas* editiones propenſus erat, mox longe lateque per totum fere terrarum orbem diſpergi ſolerent, priusquam coniunctim in unum volumen finita editione demum colligerentur. Hinc etiam tota haec editio quoad omnes eius partes rariſſime reperitur, et in plurimis exemplaribus iſtius ſaltem quaedam vel ſaltem una pars codicis hebraei deficit. Sic in exemplari, quo uſus eſt b. *Schadeloockius*, Eccleſiae Noribergenſis Antiſtes, deerant Pſalmi, Canticum Canticorum, liber Ruth, Threni et Coheleth, qui libri tamen omnes editi ſunt anno 1540.

Caeterum pluribus et data opera hanc editionem deſcripſerunt *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* II. *Part.* IX. *pag.* 210. 214. Perill. *Io. David. Michaelis Bibliothec. oriental. et exegetic. Part.* XIV. *num.* 232. pag. 79. 99. ubi quoque plurimae lectiones variae huius editionis obſervantur, et *Maſchius* in *Bibliotheca ſacra Part.* I. *Cap.* I. *Sect.* I. *pag.* 22. 24.

Ibid. *Pariſ. apud Robert, Stephanum* 1546. *in* 16*mo forma*) forte in 12. Conſtat haec editio, quemadmodum *Clement. Bibliothec. Tom.* IV. *pag.* 33. obſervavit, 15. Voluminibus, quorum ſingulorum argumentum ibidem indicatur. Rarior eſt editione *Stephaniana prima*, quam in praecedentibus memoravi teſte *Clement. loc. citato.* Vid, quoque *Samuel. Engelii Bibliothec. ſelectiſſima. Part.* I. *pag.* 17. Caeterum pluribus de hac editione *Stephaniana* conferendi ſunt *Io. Carolus Opitius* in *Singularibus artis typographicae ex Saeculo* XVI. *collectis.* (Mindae 1744. 4.) Continuat. II. *pag.* 19. Autores der Hamburgiſchen gelehrten Berichte. ad ann. 1745. *pag.* 191. *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* II. *Part.* IX. *pag.* 214. 218. et *Maſchius* in *Bibliothec. ſacra. Part.* I. *cap.* I. *Sect.* I. *pag.* 26. 28.

Ibid. et IV. pag. 113. *Sebaſt. Munſteri* 1546.) Pluribus hanc editionem recenſent *Knochius* in hiſtoriſchcritiſchen Nachrichten *Part.* I. *pag.* 52. 55. VIII. 682. *Baumgartenius loc. citato. Part.* IX. *pag.* 190. *ſequ.* et *Maſchius loc. citato pag.* 151. 152.

Pag. 371. lin. 11. ad verba *Wolfii. R. Moſis Kimchi in Eſdram, qui his additus eſt*) deeſt autem in nonnullis huius editionis exemplaribus, quod obſervavit vir doctus in *Bibliotheca uniuerſali Mistnuienſi theologica Part.* XIII. *pag.* 23.

Ibid

Ibid. *Venet.* 1551. *in aedibus Antonii Iustiniani*) Vberius descripta est haec editio a *Baumgartenio loc. citato. Tom.* IX. *Part.* LI. *pag.* 193. 196. et *Maschio* in *Bibliotheca sacra. Part.* I. *cap.* I. *Sect.* I. *pag.* 29.

Ibid. *Francof. ad Oder.* 1551. 4. Vid. *Masch. loc. cit. pag.* 31.

Pag. 371. sequ. IV. 113. sequ. *Antwerpiae* 1566. *apud Christoph. Plantinum.* Vertebatur in manibus *Wolfii* exemplar, in quo tantummodo *Prophetae posteriores* et *Hagiographa* continebantur, ex quo ipso raritas huius editionis colligi poterit. Exemplar eius completum extitit quondam in bibliotheca b. *Baumgartenii*, ex quo idem eandem editionem accurate descripsit in Nachrichten. *Tom.* IV. *Part.* XIX. *pag.* 1. 3. Vid. quoque *Masch. loc. cit. pag.* 32. 33.

Pag. 372. *Venet.* 1568. *per Io. de Cara.* Assertum *Longii* et *Wolfii*, quod haec editio easdem partes complectatur, quas in secunda de anno 1549. exstant, licet intactum reliquerit *Maschius* in *Bibliotheca sacr. Part.* I. *Cap.* I. *Sect.* II. §. 6. *pag.* 103. emendatur tamen a viro docto in *Bibliotheca Mietavienſi uniuerſali theologica. Part.* XIII. *pag.* 23. hac ratione, vt obseruetur, exstare in hac ipsa editione quidem *Raschii* commentarium in omnes ac singulos V. T. libros, deesse autem in suo exemplari *commentarium R. Mosis Kimchii* in Esdram, qui iuxta ea, quae *Wolfius pag.* 371. perhibuit, in editione *Bombergii* de anno 1549. exstat. Etiam non *integram hanc editionem*, ut scripsit *Wolfius*, a *Genebrardo esse mutilatam*, sed tantum nonnulla eius exemplaria eiusdem loco citato *Maschius* obseruavit. Forte etiam ex coniectura *Davidis Clement.* in loco infra citando in *catalogo codicum hebr. Bibliothecae Bodlejanae*, ex quo ista hausit *Wolfius*, commissum est vitium, quo confunditur haec editio cum aliis de anno 1617. vel 1618. fol. Typi huius editionis tanto nitore non splendent, sicut in praecedentibus editionibus, et impressa est duce et auspice *R. Iehuda Arjeh.* Plura de ista, quae hic omitto, dabunt *Christian. Kortholtus de variis Scripturae s. editionibus pag.* 385. *David. Clement. Bibliothec. Tom.* IV. *pag.* 32. et *Maschius loc. cit. pag.* 30. 130.

Antwerpiae 1573. et 1574. *apud Christoph. Plantinum*) Primo haec editio adiuncta fuit appendici loco operi *Bibliorum polyglottorum Antwerpiensi*, unde a nonnullis pars octaua, ab aliis secunda, a *Clemente* vero septima pars istius operis appellatur. *Rarissima* vocatur haec editio a *Vogtio* in *Catalogo librorum rariorum pag.* 91. et *Clement. Biblioth. critic. Tom.* IV. *pag.* 34. est autem, si fides habenda fuerit *Baumgartenio* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* IV. *Part.* XIX. pag. 3. longe inferior editione *Plantiniana* de anno 1566. supra memorata. Caeterum pluribus recensent hanc editionem *Baumgartenius* in Nachrichten von einer Hallischen Bibliothek. *Tom.* I. *Part.* I. *pag.* 1. 7. et *Knochius* in historischcritischen Nachrichten. *Part.* I. *pag.* 73. 75.

Ibid. *Antwerp.* 1580. Vid. *Baumgarten.* Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* II. *Part.* VIII. *pag.* 101. *sequ.* et *Masch. Bibliotheca sacra pag.* 33.

Ibid. *in Burgo Auracenſi* 1581. *Perrara* appellatur haec editio forte ex ea ratione, quoniam in *Hiſpaniae* oris eſt impreſſa, ſecundum ea quae obſeruantur a *Schelhornio* in *Amoenitat. literar. Tom.* II. *pag.* 410. Deſiderantur in eadem libri apocryphi, et adiecta eſt eidem commentatio *Ariae Montani* ex Tomo VII. Bibliorum Polyglottorum Antwerpienſium deſumta, quod obſeruat *Maſchius* in *Bibliotheca ſacra Part.* I. *Cap.* I. *Sect.* III. *pag.* 154.

Pag. 372. ſequ. IV. 114. *Antwerp.* 1584. Secuti ſunt hanc ipſam editionem *Raphelengius* et *Grotius*, quod teſtatur *Crenius* in loco a *Wolfio Tom.* IV. adducto. Raritatem huius editionis imprimis teſtantur *Io. Ludolph. Bunemannus* in *Catalogo codicum et librorum rariſſimorum pag.* 62. *Vogtius* in *Catalogo librorum rariorum pag.* 91. ſequ. et *Daniel. Salthenius* in *Catalogo librorum Bibliothecae ſuae rariorum pag.* 158. Iterata vice quoque prodiit haec editio *Aureliae Allobrogum* 1609. *Genev.* 1619. *Antwerpiae* 1613. et *Lipſiae* 1659. Plura de eadem memorant *Io. Fabricius* in *Hiſtoria Bibliothecae Fabricianae. Tom.* I. pag. 4. 6. *Clement. Biblioth. Tom.* IV. pag. 36. *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* X. *Part.* LV. *pag.* 4. 6. et *Maſchius loc. cit.* pag. 153. 154.

Pag. 373. *Hamburgi* 1587. *Eliae Hutteri*) Ad hanc rationem quoque corrigatur numerus anni in margine poſitus.

Ibid. lin. 6. verba ſequenti ratione legantur, ut ſenſus commodus oriatur: *ſerviles deficientes colore et quieſcentes vacuaeſtu.*

Ibid. lin. 7. ſuo exemplari b. *Io. Gottfrid. Tympius* adſcripſit ſequentia verba, quae digna ſunt, ut hic inſerantur. Vidi exemplar, quod praetulit nomen *Coloniae* 1603. titulo et praefatione a prima editione *Hamburgenſi* diſtinctum. In quo folia, ſed nonnulla tantum de novo impreſſa erant, reliqua vero editionis primae immixta. Diverſitas autem iſtarum patet non tantum ex literis quibusdam dilatatis, ſed etiam ex numero vocum eiusdem lineae. *Eſdras, Nehemias* et *Chronicorum libri*, ut et 36. *Geneſeos* folia ſeparatim excuſa erant. Caeterum in prima editione per 32. priora folia אא ſemper nigris et pleniſ literis ſcribitur, adſcripto ſimul ה. vel ה. deficiente minuſculo et recte quidem, ſed contra morem deinceps ubivis obſeruatum, qui vacuis literis et ſine ה. hanc ſiſtit particulam. Hanc eandem rationem ſecuta eſt etiam in prioribus hiſce 32. foliis editio, ut vocatur, Colonienſis criſin emendatoris, ſed inſciti in eo ſapiens. Etenim in ſpecimine *Pſalterii*, de quo ſupra quaedam notata ſunt a me ad pag. 346. ipſe *Hutterus* hanc voculam ubivis plene expreſſit.

Caeterum uberius hanc editionem deſcripſit *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* IV. *Part.* XIX. *pag* 5. *ſeq.*

Ibid. *Francof. ad Oder.* 1595. in 4. et 8. Vtraque editio ſequitur fere in omnibus, et ipſis paginis editionem *Plantinianam* de anno 1566. unde forte colligendum eſt magnum pretium, in quo hae editiones penes Iudaeos verſantur

[illegible] *Wolfius* obseruat. Caeterum uberius recensentur hae editiones a *Baumgartenio loc. cit. Tom.* II. *Part.* VIII. *pag.* 103. *sequ. Tom.* IV. *Part.* XIX. *pag.* 7. [illegible]*aschio* in *Bibliotheca sacra Part.* I. *Cap.* I. *Sect.* I. *pag.* 35. *sequ.*

Pag. 374. *Colon. Allobrog.* 1609. fol. Vberiorem huius editionis *Ariae Montani* descriptionem suppeditauit *Io. Fabricius* in *Historia Bibliothecae Fabricianae. Tom.* I. *pag.* 4. sequ.

Ibid. *Cracouiae* 1610. 4. Cum *Wolfius* unum tantum volumen editionis huius viderit, etiam reliqua volumina eiusdem omnino exstare docet *Maschius loc. cit. pag.* 113. Caeterum *rarissima* est haec editio obseruante *Clement. Bibliothec. Tom.* IV. *pag.* 39.

Ibid. *Basil.* 1611. *apud Conrad. Waldkirch.*) Plura de hac editione obseruarunt *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* II. *Part.* IX. *pag.* 197. 199. et *Maschius* in *Bibliotheca sacra Part.* I. *Cap.* I. *Sect.* I. *pag.* 37.

Ibid. *Leidae* 1613. Editio haec, quam *Wolfius* ad hunc annum refert, eamque octo voluminibus prodiisse testatur, edita est in forma octaua maiori, cum interlineari versione *Santis Pagnini. Pentateuchus* in eadem comprehendit 1. Alphabetum et plagulas octodecim cum quarta plagulae parte, praemissa praefatione *Ariae Montani* eiusdemque commentatione de varia lectione et scriptione literarum hebraicarum. Titulus latinus editionis huius partis refert editionis annum 1613. Porro *libri Iosuae, Iudicum, Samuelis* et *Regum* unum complectuntur volumen, et excusi sunt typis anno 1611. continent unum Alphabetum et plagulas tredecim cum semiplagula. *Psalmi* praefixo titulo impressi sunt anno 1615. quo anno etiam *Prouerbia, Iobi liber, Canticum Canticorum, Ruth, Lamentationes Ieremiae, Ecclesiastes* et *Esther* prodierunt, una cum libris *Paralipomenon*, qui omnes libri simul cum uno volumine complectuntur duo Alphabeta et duas plagulas adiecta semiplagula. Tandem *Prophetae tres maiores* et XII. *minores* impressi sunt anno 1610. et continent unum Alphabetum et sedecim plagulas cum quarta plagulae parte. Caeterum alibi de hac editione obseruarunt *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* X. *Part.* LV. *pag.* 7. 8. et *Maschius* in *Bibliotheca sacra loc. cit. pag.* 155.

Pag. 375. lV. 115. *Venet. in domo Io. Cajani*) *non typis Io. Bragadini*, sed sumtibus et iussu eiusdem non typographi, sed bibliopolae potius. Pluribus hanc editionem recensent *Baumgartenius loc. cit. Tom.* II. *Part.* VIII. *pag.* 104. *sequ.* et *Maschius loc. citato pag.* 37. *sequ.* Caeterum haec editio non 1614. 1615. uti affirmauit *Wolfius*, sed potius 1615. 1616. prodiit in lucem publicam, quod docte obseruauit *Io. Bernh. Detroffius comment. de Typograph. Ferrar. pag.* 49. Vid. quoque eiusd. Tract. de ignotis edit. codicis hebr. pag. 51.

Pag 375. lin. 14. *distinguat*) Factum est illud quandoque, sed vitio illorum temporum hoc tribuendum est.

Ibid. *Venet.* 1617. Vid. *Maſch. Biblioth. ſacr. Part.* [illegible] *pag.* 10[illegible]

Ibid. et IV. 115. *Genuae in* 8. *et* 6. *Voluminibus* in 18.) potius [illegible] ma forma. Volumina haec continent coniunctim plagulas dimidias 25 [illegible] que Alphabeta et Semialphabetum. Voluminibus conſtat octodecim ha[illegible] quorum tantus numerus inde enatus eſt, quod praeter iunctos ſingulis volu[illegible] bus libros *Ioſuae* et *Iudicum*, *libros Samuelis*, *Regum*, *Megilloth*, *Daniel*, *Eſdra Nehemias*, et *XII. prophetas minores* reliqui undecim libri ſinguli ſingula conſtituunt in hac editione volumina. Accuratius haec ipſa editio omnino *Bayero* indicanda apud *Wolfium* fuiſſet, quam vel forma quadruplici vel alia excuſam notavit. Ea, quam mihi perluſtrare contigit, continet in forma quadruplici *Pentateuchum*, *quinque Megilloth*, *Prophetas priores* et *poſteriores maiores* et *minores*, qui libri coniunctim comprehendunt plagulas 93. ſeu quatuor Alphabeta, plag. 1. *Cephas Elon* in cuius domo impreſſa eſt haec editio, ſignificat *Petrum Quercetanum* obſeruante *Wolfio* noſtro *Tom.* IV. *pag.* 115. ad hanc editionem.

Ad verba *Wolfii: eo quod tituli non ſatis Ebraei ſunt)* adde: imprimis quoniam in titulo *Hagiographorum* annus aerae Chriſti 1613. per אתרי נ׳ expreſſus eſt, id quod aduerſatur Iudaeorum conſuetudini annos a M. C. numerandi, et quoniam typographus huius editionis in fine operis appellatur גרשם ערערי יהון *Germanus*, forte Chriſtianus, cuius opera editor uſus fuerit.

Vt Malachias ſit poſtremus omnium) Forte autem id ipſum factum eſt vitio bibliopegi. In exemplari enim, quod ad manus h. *Tympii* fuit, et quod apud eundem perluſtrare mihi contigit, poſtremus eſt in parte *Hagiographorum* liber *Chronicorum*, et *Megilloth* Iudaeorum more ſtatim ſubiiciuntur *Pentateucho*.

Caeterum plura de hac editione memorantur a *Baumgartenio* in Nachrichten merkwürdigen Büchern. *Tom.* II. *Part.* IX. *pag.* 192. 194. et *Maſchio* in *Bibliotheca ſacra Part.* I. *Cap.* I. *Sect.* I. *pag.* 38. *ſequ.*

Pag. 375. ſequ. IV. *Buxtorfii bibliq Rabbinica Baſil.* 1618. 1619. Multa ſane in hoc opere praeſtitit *Buxtorfius*, ex quibus unum tantum et alterum obſeruabo. *Chaldaica* interſperſa quod attinet, punctandi rationem ad analogiam Chaldaiſmi biblici et ope Concordantiarum hebraicarum plurima Maſorae menda emendauit. Caeterum pluribus haec editio recenſetur a *Io. Fabricio* in *Hiſtoria Bibliothecae Fabricianae Tom.* I. *pag.* 1. 4. *Io. Georg. Walchio Bibliothec. theolog. ſelect. Tom.* IV. *pag.* 180. ſequ. *Knochio* in hiſtoriſchcritiſchen Nachrichten. *Part.* I. *pag.* 34. 39. *Baumgartenio loc. cit. Part.* XIV. *pag.* 102. *ſequ.* et *Maſchio loc. cit. pag.* 105. 107.

Pag. 377. *Amſtelod. typis Menaſſeh b. Iſrael*, quae editio coepta eſt anno 1630. finita autem 1631. et continet 2. Alphabetum et plagulas 14. ſeu plagulis 37. Vulgo ab eruditis viris ita commendatur haec editio, ut pro emendatiſſima omnino habenda ſit. Interim tamen hac in re in contrarias partes abit *Hottingerus* in *Bibliothecario quadripartito pag.* 127. ſcribens: *haec editio plus compendii*

dii habet in quotidiano uſu quam accurationis, quam cenſuram quoque *Paul. Theodor. Carpouius* in *animaduerſionibus ſuis philologico-critico-ſacris pag.* 12. 14. ex [illegible] pluribus eius mendis et ſphalmatibus egregie confirmat. Plura de hac [illegible] obſeruauit *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. [illegible] *Part.* IX. p. 206. 208.

Ibid. *Venet.* 1635. Vid. *Maſch. loc. cit. pag.* 113. *ſequ.*

Ibid. *Menaſſeh ben Iſrael Amſtelod.* 1635. Plura de hac editione obſeruarunt *Baumgartenius loc. cit. Tom.* IV. *Part.* XXI. *pag.* 190. 192. et *Maſchius loc. citat. pag.* 39. *ſequ.*

Ibid. *Iacob. Lumbroſo.* Spicilegium mendorum huius editionis ſuppeditauit *Paul. Theodor. Carpouius* in *Animaduerſionibus philologico-critico-ſacris pag.* 11. *ſeq.* Plura de hac editione adduxit *Wolfius Bibliothec. Tom.* I. *pag.* 604. *num.* 1070. ad quem locum conferas *Analecta* mea.

Ibid. *Menaſſeh ben Iſrael. Amſtelod.* 1639. Sententiae *Hottingeri* de hac editione latae, quam *Wolfius* adfert, acceſſit quoque *Baumgartenius* in deſcriptione huius editionis, quae extat in eiusdem Nachrichten *Tom.* II. *Part.* IX. *pag.* 209. Interim conſtat, uti ipſe *Menaſeh* in praefatione profitetur, eundem in hac editione adornanda nullis uſum fuiſſe codicibus manuſcriptis, ſed potius optimas editiones conſuluiſſe, et tunc, ubi ſpuria lectio apparere videretur, refugium ſuum ad analogiam grammaticam et Maſoram ſumſiſſe. Indicem locorum, in quibus haec editio veram lectionem ſine Keri exhibet, et eorum ubi Kri admittit, etiam in locis, quae in vulgaribus editionibus nullum Kri habent, ſuppeditauit celeb. *Schulzius* in der vollſtändigen Kritik der gewöhnlichen Ausgaben der hebräiſchen Bibel, *Cap.* II. §. 10. *pag.* 46. 47. Deſignantur in hac editione quidem capita, non autem verſus. *Prophetae priores* et *poſteriores* demum ſequuntur poſt *Hagiographa*, quod plane ſingulare forte vitio bibliopegi tribuendum eſt. Reperta quoque ſunt a me exemplaria editionis huius, in quibus *Pentateuchum* ſubſequuntur *Megilloth* et poſt eosdem libros *libri hiſtorici* et *prophetici* cum *Hagiographis*. In fine huius editionis quoque exſtat tabula *Haphtaroth*. Plura de hac editione praeter *Baumgartenium loco citato* obſeruauit *Maſchius Bibliothec. ſacr. Part.* I. *pag.* 41.

Pag. 378. *Amſtelodami cum commentario Raſchii* 1653. Vid. *Maſch. loc. citat. pag.* 112.

Ibid. *Ioſephi Athiae* 1661. *Amſtelodami.* Editio eſt noſtris temporibus omnino rariſſima. Praefationem latinam eidem praemiſit *Io. Leusdenius*, qui etiam non tantum capita et verſus in hac editione accurate diſpoſuit et Kri cum Cethibh una cum aliis marginalibus notis adiecit. Imprimis Athias in emendando textu hebraico duos codices manuſcriptos adhibuit, quorum alter ſcriptus poſt A. C. 1209. extitit Amſtelodami apud Iudaeum Hiſpanum *Caſpar. Ferdinandum Vega*, alter autem ante annos 900. *Toleti* in Hiſpania exaratus *Hamburgi* aſſeruatus

fuit,

fuit, quos a se diligenter collatos esse testatur. Caeterum plura de ista editione memorant *Knochius* in historisch-critischen Nachrichten. *Part.* II. *pag.* 104. *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* II. *Part.* XIX. *pag.* 10. et *Maschius* in *Bibliotheca sacra Tom.* I. *Cap.* I. *Sect.* I. *pag.* [redacted]

Ibid. *Io. Georg. Nisselii* 1667. 8. Complectitur haec editio duo [redacted] ta et plagulas 13. Licet *Longius* et *Wolfius* noster hanc editionem *minus accuratam* nuncupauerint, ipsa tamen in numero venerandorum Criseos sacrae in exquirenda genuina textus sacri hebraei lectione adminiculorum locum haud infimum meretur, quod imprimis nostris temporibus monuit Perillustris *Io. David Michaelis* in *Bibliotheca orientali et exegetica Part.* X. *num.* 173. *pag.* 214. 223. ubi varia de critico eius usu egregie obseruata reperiuntur. Praeterea coniecturam valde probabilem in medium adduxit celeb. *Tychsenius*, *Nisselium* in textu hebraeo instruendo punctis codices manuscriptos frequenter consuluisse, id quod potissimum ex eo patet, quod unaquaeque eiusdem varians lectio a consonantibus et vocibus completis editionum a Nisselio adhibitarum deprehendatur. Quae et alia doctissime a Perill. *Michaelis* obseruata recentissimi aevi Criticos mouerunt, ut paulo accuratiori studio hanc editionem perlustrarent, et variarum lectionum magnam copiam non spernendarum ex eadem colligerent. Primus, qui huic negotio manum admouit, fuit celeb. *Wilhelm. Frideric. Hufnagelius* in *commentatione* doctissima, quae *variarum lectionum e Bibliis a Nisselio curatis excerptarum specimen* exhibet. *Erlangae* 1777. 4. quem laborem idem postea non sine plausu doctorum virorum in *Repertorio für bibliſche und morgenländiſche Litteratur*, *Part.* II. *num.* VIII. *pag.* 180. 194. continuauit. Praeterea obseruarunt *Maschius* et *Tychsenius* in locis infra adferendis, editionem hanc accurate cum editione *Hutteriana* conuenire, quam fundamenti loco fuisse positam affirmarunt, quorum prior variarum lectionum plurium ad librum *Iosuae* ex hac editione copiam collatis aliis pluribus editionibus inseruit *specimini suo collationis plurium editionum codicis hebraei Partis primae editionis* suae *Bibliothecae sacrae* praemisso, quarum specimina nonnulla enarravit vir doctus in *Bibliotheca uniuersali theologica Mietauiensi Part.* XIII. *pag.* 14. Caeterum plura eaque memoratu digniora de hac editione obseruarunt *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* II. *Part.* VIII *pag* 106. sequ. *Io. David Michaelis loc. citato. Io. Frid. Hirtius Bibliothec. nov. oriental. et exegetic. Part.* II. *pag.* 282. 290. *Olaus Gerhard. Tychsenius* in freywilligen Beyträgen zu den Hamburgischen Nachrichten *ad annum* 1776. *Scid.* 45. *pag.* 353. in *Tentamine de variis codicum hebr. manuscript. generibus pag.* 346. et in *Repertorio supra citato. Part.* V. *pag.* 283. 286. quibus adiungendus est *Maschius* in *Bibliotheca sacra. Part.* I. *cap.* I. *Sect.* I. *pag.* 44. *sequ.*

Pag. 378. IV. 116. *Leusdenii et Athiae* 1667. 8. Plura de hac editione Athiana memorant *Michael. Lilienthalius* in *Bibliotheca exegetica* pag. 58. sequ. *Io. Fabricius* in *Historia Bibliothecae Fabricianae. Tom.* VI. *pag.* 144. *Baumgartenius*

nius loc. cit. pag. 408. *sequ.* et *Maschius* in *Bibliotheca sacra Part.* I. *pag.* 42. 44.

Pag. 379. *Davidis Clodii* 1677. 8. Licet maxime varient inter se doctorum virorum de hac editione sententiae, illud tamen concedendum videtur, quod haec editio omnium Clodianarum codicis hebraei editionum sit emendatissima et insigni typorum nitore maxime se commendet. Alia, quae ad uberiorem eius descriptionem pertinent, obseruarunt *Knochius* in historischcritischen Nachrichten. *Part.* II. *pag.* 107. *sequ.* *Baumgartenius loc. citat. pag.* 110. *sequ.* et *Maschius loc. cit. pag.* 46.

Pag. 380. *Venet.* 1678. *ex officina Bragadina)* qui Bragadinus tanquam bibliopola sumtus ad adornandam hanc editionem necessarios subministrauit. Conferas hic ea, quae supra obseruavi ad pag. 375. ad annum 1614.

Ibid. et IV. 116. *Davidis Clodii secunda* editio. 1692. 8. Appendicis loco huic editioni adiunctus est Index variarum lectionum hebraei codicis, quae in hac editione asteriſco notatae fuerunt. Pluribus recensent hanc editionem *Knochius* in historischcritischen Nachrichten. *Part.* I. *pag.* 78. 80. *Baumgartenius loc. cit. Tom.* IV. *Part.* XXI. *pag.* 192. *sequ.* et *Maschius* in *Bibliotheca sacra Part.* I. *cap.* I. *Sect.* I. *pag.* 46. *sequ.*

Ibid. *Io. Andr. Eisenmengeri* 1694. In appendice huius editionis reperiuntur tum syllabus omnium Krijan secundum ordinem librorum et capitum codicis hebraei dispositus, tum duplex Tabula continens *Parascha*s ordine alphabetico et *Haphtaras* pro varietate usus in Synagogis Iudaeorum receptas. Alia de eadem monuerunt *Io. Fabricius* in *Historia Bibliothecae Fabricianae Tom.* VI. *pag.* 369. *sequ.* et *Baumgartenius loc. citat. Tom.* II. *Part.* IX. *pag.* 200. *seq.*

Pag. 381. *Daniel Ernest. Iablonski.* 1699. Convenit haec editio in ordine paginarum cum editione *Athiana* per *Io. Leusdenium* curata de anno 1667. quam in hac editione fundamenti loco posuerat *Iablonskius.* Praemissa est huic editioni doctissima *Iablonskii* praefatio critica sistens obseruationes plurimas criticas de ratione et conditione codicum manuscriptorum a se collatorum, quae legi omnino meretur. De hac ipsa editione plurimi Criticorum satis magnifice sentiunt, quo praeter alios referas *Baumgartenium loc. citato Part.* VIII. *pag.* 111. 113. Alia, quae ad literariam eiusdem notitiam spectant, obseruauit *Ernest. Fridericus Neubauerus* in der Nachricht von den ietztlebenden Lutherischen und Reformirten Theologen. *Part.* I. *pag.* 173. *sequ.* et *Maschius* in *Bibliotheca sacra. Part.* I. *Cap.* I. *Sect.* I. *pag.* 48. *sequ.*

Ibid. studio *R. David. Nunnes Torres.* Constat haec editio quatuor voluminibus, quorum primum continet plagulas 32. dimidias, secundum plagulas 32. dimidias, secundum plagulas 24. dimidias, tertium 23. dimidias et quartum 26. dimidias plagulas. Obseruante *Baumgartenio* eadem est haec editio cum ea, quam *Wolfius Tom.* IV. *pag.* 117. ad annum 1705. refert, quo anno haec edi-

tio finita est, coepta anno 1700. Plura de hac editione memorant *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern *Tom.* II. *Part.* VIII. *pag.* 114. 115. *Tom.* III. *Part.* XIV. *pag.* 110. *Walchius* in *Bibliothec. theologica selecta Tom.* IV. *pag.* 6. et *Maschius loc. cit. Part.* I. *pag.* 49. 112.

Ibidem *Amstelod.* 1701. apud *Borstium*. Plura de hac editione obseruauit *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* IV. *Part.* XIX. *pag.* 10. 11.

Ibid. et IV. 117. *Euerhardi van der Hooght* 1705. 8. Autor huius editionis adhibuit quidem permultas editiones, ex quibus imprimis *Athianam* secundam de anno 1667. in textu hebraico exprimendo secutus est *Hoogthius*. Licet autem haec editio typorum nitore omnes fere reliquas Bibliorum hebraicorum editiones superet, accuratione tamen longe inferior est *Iablonskiana* de anno 1699. cum in vocalibus punctis et accentibus plurima menda et vitia irrepserint. Ac licet doctissimus *Kennicottus* in sua praefatione editionis Bibl. hebr. §. 2. promiserit, errores typographicos huius editionis indicare, istud tamen non in omnibus licet multis factum esse, variisexemplis doctissime comprobauit celeb. *P. Iacob. Brunsius* in Comment. de mendis typographicis editionis van der Hoogthianae a Kennicotto non sublatis, quae inserta est *Repertorio litterat. bibl. et oriental. Part.* XII. *num.* 5. *pag.* 225. 235. Plura de hac editione obseruantur a *Knochio* historischcritischen Nachrichten. *Tom.* II. *pag.* 167. 168. *Baumgartenio* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* IV. *Part.* XXI. *pag.* 193. *sequ.* et *Maschio Bibliothec. sacr. Part.* I. *cap.* I. *Sect.* I. *pag.* 50. *sequ.*

Pag. 382. IV. 118. *Henrici Opitii* 1709. 8.) Pluribus de hac editione legantur *Knochius loc. cit. pag.* 61. 67. *Maschius pag.* 51 *sequ.*

Pag. 383. IV. 118. *Iablonskii Biblia non punctata.* 1711. Est haec editio secunda in numero *Iablonskianarum*, reliquis longe inferior. Typus eius est impurus, et permulta in ea sphalmata irrepserunt, quod obseruauit *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* IV. *Part.* XIX. *pag.* 13. et *Maschius* in *Bibliotheca sacra Part.* I. *Cap.* I. *Sect.* I. *pag.* 49.

Ibid. IV. 118. *Bürcklini* 1716. Adiecit Auctor huic editioni in margine translationem latinam vocum istarum, quae rarius in codice V. T. hebraeo occurrunt. Plura de hac editione in medium adduxit *Maschius loc. citato pag.* 47. *sequ.*

Pag. 383. *Io. Henric. Michaelis.* Halae. 1720. Prodiit quoque haec editio in *folio* et in *quarto*. Vberiorem eiusdem editionis descriptionem dederunt *Knochius* in historischcritischen Nachrichten *Part.* I. *pag.* 67. *sequ.* *Maschius loc. citat. pag.* 53. et Perill. *Io. David. Michaelis* in *Bibliotheca oriental. et exegetic. Part.* I. *num.* XVII. *pag.* 267. 222. ubi varia huius editionis vitia detecta sunt.

Pag.

Pag. 384. IV. 323. Editionum ſacri codicis hebraei indici *Wolfii* addantur adhuc ſequentes editiones:

Biblia hebraica impreſſa *Bononiae* 1488. quae editio ſervari dicitur *Romae* in *bibliotheca Barberiniana*, teſte cel. *Brunſio* in *Ephemeridibus Ienenſ. literar.* ad annum 1767. *Scid.* 89. *pag.* 451.

Biblia hebraica. *Piſauri* 1401. fol. 4. et 8. Memorat hanc editionem praeter alios *Hottingerus* in *Bibliothecario quadripartito p.* 123. eamque, licet in terris Chriſtianorum ſit longe *rariſſima*, *emendatiſſimam* appellat.

Biblia hebraica antiquiſſima, quae ſine mentione loci et anni prodiit cum punctis et accentibus. fol. Memorat hanc editionem et uberius recenſet *Io. Bernh. Deroſſi* in *diſquiſitione de hebraicae typographiae origine et primitiis cap.* VII. *§.* 2. *pag.* 77. *ſequ.* Longe ſuperat haec editio *Soncinatenſem* de anno 1488. quod idem vir doctiſſimus obſeruauit, ſimulque ex chartarum conditione, eandem editionem a *R. Abraham. ben Chajim* aut *Soncinatibus* ante editionem antiquiſſimam aut non longe poſt illius publicationem editam fuiſſe, unde eandem ad Saeculum XV. pertinere arbitratur. Haud placuit haec ſententia celeb. *Maſchio*, qui eandem prodiiſſe Saeculo demum XVI. grauiſſimis ex rationibus exiſtimat, quarum non poſtrema eſt haec, quod ipſa haec editio cum editionibus de anno 1488. et 1494. parum conueniat, quam ſententiam *Maſchii* quoque ſuo calculo comprobauit vir doctus in *Bibliotheca Miſnauienſi uniuerſali theologica Part.* XIII. *pag.* 20.

Biblia hebraica. *Venet*, apud *Daniel. Bombergium.* Diſtinguitur haec editio a *Lelongio* ab ea, quae prodiit ibidem anno 1525. Vid. *Wolf.* ſupra *pag.* 367. IV. 110. ad A. C. 1525. et quae ad priorem locum obſeruavi. Pluribus de hac editione verba fecit *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* II. *Part.* VIII. *pag.* 97. *ſequ.*

Biblia hebraica rabbinica *Bombergii tertia. Venetiis* 1547. 1549. IV. voluminibus fol. Plura de hac editione memorat *Maſchius Bibliothec. ſacr. Part.* I. *Cap.* I. *Sect.* I. *pag.* 102. *ſequ.*

Biblia hebraica cum Commentario germanico *R. Naphtali ben Aſcher. Cracoviae* 312. C. 1552. *Fol.* Vid. *Maſch. Bibliothec. ſacr. Part.* I. *cap.* I. *Sect.* I. *pag.* 114.

Biblia hebr. *Daniel. Bombergii. Antuerpiae typis Chriſtoph Plantini*, quae editio nec bonitate nec raritate inferior eſt ea, quae prodiit eodem anno apud *Plantinum*, de qua quaedam memorat *Wolfius Tom.* II. *pag.* 371. IV. Plura de eadem editione obſeruavit *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* IV. *Part.* XXI. *pag.* 189. 190.

Biblia hebraeo-latina cum latina interpretatione *Santis Paginini* — diligentiſſime expenſa. *Lipſiae typis Chriſtian. Kirchneri.* 1567. fol. Vid. *Maſch. Bibliothec. Part.* I. *pag.* 157.

Biblia hebraica, quae prodierunt mandato et sumtibus Augusti Electoris Saxoniae *typis Zachariae Cratonis. Wittebergae* 1587. 4. Titulus huius editionis, quem *Longius* penitus ignorauit, *Wolfius* noster tantum ex parte nouit, (vid. *Bibliothec. hebr. Tom.* II. *pag.* 397. ad 1587.) sequens est: *Quinque quintae partes legis. Impressae cum multo studio per manus Zachariae Cratonis.* In fine huius editionis exstant verba: *Impressum ad mandatum Iohannis et Conradi Ruhelii fratrum, per manus Zachariae Crato A.* M. 347. Christi 1587. *Wittebergae.* Complectitur haec editio 5¼ Alphab. seu 126. plagulas et dimidiam. Exemplar huius editionis in folio impressum in *bibliotheca electorali Dresdensi*, quod obseruavit *August. Beyerus* in *Arcanis sacris Bibliothecarum Dresdensium pag.* 12. Conuenit haec editio in plurimis cum *Plantiniana* de anno 1566. quae conuenientia se usque ad sphalmata et vitia extendit, quae in utraque editione fere eadem reperiuntur. Plura de hac editione memoratu digna referunt *Knochius* in historischcritischen Nachrichten. *Part.* II. *pag.* 99. 104. *David. Clement. Bibliothec. histor. et crit. Tom.* IV. et *Maschius Bibliothec. sacr. Part.* I. *pag.* 34.

Biblia hebraica. *Francof. ad Viadrum apud Iohannem et Fridericum Hartmannos* 1598. 4. Memoratur haec editio *Wolfio* penitus ignota, quae in *Catalogo bibliothecae Baumgartenianae Tom.* I. *pag.* 19. *num.* 13. exstat, a *Maschio loc. cit. pag.* 32.

Biblia hebraica. *Venetiis per Petrum et Laurentium Bragadinum, Io. Bragadini* successores clarissimos. 1619. 4. cuius editionis *Wolfio* ignotae mentionem fecit *Maschius* in *Bibliothec. sacra. Part.* I. *Cap.* I. *Sect.* I. *pag.* 38.

Biblia hebraica. *Venet. apud Daniel. Bombergium.* 1618. Refert *Hottingerus* in *Bibliothecario quadripartito pag.* 126. hanc fuisse *tertiam* editionem b. H. quae in *Italia* prodierit multo correctiorem, neque tamen ita correctam, ut nullam plane admitteret manum medicam. Idem quoque de hac editione sentit *Buxtorfius* in *praefatione* suis *Bibliis rabbinicis* praefixa.

Biblia hebraica, *cum Paraphrasi Onkelosi et Commentario R. Salomonis Iarchi. Constantinopoli* 1739. 4. Memorat hanc editionem *Maschius* in *Bibliotheca sacra Part.* I. *Cap.* I. *Sect.* I. *pag.* 112.

Biblia hebraica. *Mantuae* 4. Voluminibus in forma quarta maiori. Pars *prior*, quae 142. folia complectitur, continet *Pentateuchum Mosis* et *quinque Megilloth, secunda Prophetas priores, tertia posteriores Prophetas* et *quarta Hagiographa.* Partes priores huius editionis duae sunt impressae anno 1742. posteriores autem 1744. Textus huius editionis hebraeus, cuius corrector fuit *Raphael*, (punctis vocalibus est instructus) dictus *Raphael Chajim Basila*, cuius exercitationes criticas in diversitatem lectionis codicis hebraei in peculiari programmate commendauit recentissimo tempore *S. Reu. Frid. Wilhelm. Dresdius Wittenberg.* 1774. Adiectus est eidem in margine commentarius rabbinicus R. *Iedidiae Schelomonis Norzii*, qui ex sententia cel. *Tychsenii* Rabbinus fuit saeculi XVII.

Man-

[illegible] degens. Plura de hac editione adduxerunt *Maſchius* in *Bibliothec. ſacr. Part.* I. *Cap.* I. *Sect.* I. *pag.* 115. et imprimis *Olaus Gerhard. Tychſenius* in [illegible]*lice tentaminis ſui liberati (Roſtoch. et Lipſiae* 1774. 8.) *pag.* 72. *ſequ.* ubi quoque reperiuntur ſpecimina variarum huius *Commentarii* obſeruationum et criſis doctiſſima receptarum a *Norzio* lectionum. Praeter alia obſeruauit *Tychſenius* de hac editione, eandem pro perfectiſſima critica textus hebraei maſorethici editione eſſe reputandam. Vid. *Bibliothec. ſelect. germanic. Lemgouienſ. Tom.* VIII. *pag.* 14. 18.

Biblia ſacra tam Veteris quam Novi Teſtamenti, cum Apocryphis, ſecundum fontes hebraeus et graecos, cum praefatione Chriſtian Benedict. Michaelis. Züllichouii 1741. 4. mai. Vid. *Maſch. Bibliothec. ſacr. Part.* I. *pag.* 56.

Biblia hebraica manualia ad optimas quasque editiones recenſita atque cum brevi lectionum maſorethicarum Kethibhan et Kriyan reſolutione et explicatione — edita a Io. Simonis. Halae 1752. 8. mai de quibus conferantur omnino *Baumgartenii* Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* II. *Part.* VIII. *pag.* 116. 120.

Biblia hebraica cum notis criticis et verſione latina ad notas criticas facta. — Auctore Carolo Franciſco Houbigant. Oratorii Ieſu ſacerdote. 4. *volum. fol. Pariſ.* 1753. Operis huius *Tomus primus* comprehendit *Prolegomena*, de quibus iam ſupra quaedam obſeruavi ad *Tom.* II. *pag.* 38. et *Pentateuchum*, et continet Alphabeta 10. et 4. plagulas. *Tomus* II. continens priores prophetas complectitur 9. Alphabeta et plagulas 12. *Tertius* continens Hagiographa et libros ſic dictos Deutero-canonicos una cum quarto, qui exhibet Volumen poſteriorum prophetarum cum deutero-canonicis propheticis complectitur 10. Alphabeta et plag. 35. Caeterum plura de hac editione obſeruarunt Autores *nouorum Actorum Lipſienſium latinorum* ad Annum 1760. pag. 47. 49. 513. 643. et alibi, et *Maſchius* in *Bibliotheca ſacra. Part.* I. *Cap.* I. *Sect.* I. *pag.* 158. 159. Vid. quoque Analectu haec mea ad *Tom.* II. *pag.* 38.

Biblia hebraica cum variis lectionibus, edit. Benjam. Kennicotti. Tomus I. Oxonii e typographeo Clarendoniano. 1776. fol. mai. *Tomus* II. *Ibid.* 1780. Textus hebraicus in hac editione ſine punctis ad exemplar *Hooghtianae* editionis de anno 1705. expreſſus eſt. Tomus primus exhibet *Pentateuchum*, *libros Ioſuae*, *Iudicum*, *Samuelis* et *Regum*. In priori textus *Samaritanus* per uniuerſum Pentateuchum ad exemplar *Polyglottorum Londinenſium* cum emendationibus *Waltoni* literis hebraicis, in ſeparata columna textui hebraeo adiectus eſt. Collata ſunt in Tomo primo huius operis fere ad 700. exemplaria *codicum manuſcriptorum* et *editionum impreſſarum* tum uniuerſi codicis hebraei tum ſingularum eiusdem partium, quorum exemplarium numerus in fine uniuscuiusque libri deſignatur. Qvinam autem fuerint hi codices, quibus conferendis operam dedit *Kennicottus* eiusque ſocii, et quodnam pretium iisdem in diiudicanda textus ſacri

Veteris Teſtamenti lectione ſit tribuendum, de eo in peculiari *diſſertatione* Appendicis loco *Tomo* II. adiecta *Kennicottus* pluribus commentatus eſt, [illegible] iectis notis et ſupplementis auctam in lucem publicam edere curavit celeb. *Brunſius*. Brunſuigae 1783. 8. Idem quoque Brunſius de variis lectionibus Bibliorum *Kennicottianorum* varia doctiſſime monuit in peculiari de iisdem commentatione, quae legitur in *Repertorio literat. Biblicae et oriental. Part.* XII. *num.* 2. *pag.* 242. 278. XIII. *num.* 2. *pag.* 31. 94. In ſegmentis ſacri codicis nonnullis *Kennicotto* vitium imprimis exprobratum eſt a nonnullis, quod ille in ſua editione ſupplementa literarum et vocum in codicum hebraicorum textu omiſſarum, vel intra textus lineas vel in margine poſita interdum negligentius, quam par fuerit, iudicaverit, a qua obiectione *Kennicottum* quodammodo defendere ſtuduit celeb. *Paulus Iacobus Brunſius* in *Repertorio für bibliſche und morgenlaendiſche Litteratur. Part.* VI. *pag.* 173. 182. Hiſtoriam huius operis plenius enarravit *Maſchius* in *Bibliotheca ſacra Part.* I. *cap.* I. *Sect.* I. *pag.* 61. 64. et uberiorem recenſionem dederunt *Io. David. Michaelis Bibliothec. oriental. et exeget. Part.* XI. *pag.* 72. 129. quae etiam *latine* una cum recenſione celeb. *Io. Gottfrid. Eichhornii* legitur in eodem opere periodico, *Appendice ad Partem* XII. *pag.* 1. 53. 165. 173. Vid. quoque ibidem *Part.* XVIII. *pag.* 71. *Io. Chriſt. Doederlinus Biblioth. theolog. recentiſſ. Tom.* II. *Part.* VII. *pag.* 483. 540. *Part.* IX. *pag.* 641. 675. *Io. Friederic. Hirtius* in *Bibliothec. oriental. et exegetic. Wittebergenſ. nov. Part.* II. *pag.* 364. 380. et alii bene multi. Huc quoque ſpectant nonnulla, quae in ſuperioribus ad *Tom.* II. *pag.* 38. et de collatione codicum manuſcriptorum *Kennicottiana* ad *Tom.* II. *pag.* 329. adlata ſunt.

Promiſſa quoque eſt editio Bibliorum hebraicorum *Londini* evulganda, de qua plura memoratu digna adferuntur in *Collectione nouantiquor. de rebus theologicis* ad annum 1728. *pag.* 423.

De editionibus ſeparatis ſingulorum librorum V. T.

Pag. 385. *Pentateuchus* 1490. Editio haec antiquiſſima non eſt uti *Wolfius* putat, in Quarto, ſed potius in folio, quod teſtantur quoque Auctores *Catalogi Bibliothecae regiae Pariſienſis* et ſcriptores infra citandi. Vulgo vox בראשאר, quae in titulo huius editionis exſtat, per inſulam *Sorve* dictam, vel ſecundum alios, per civitatem *Soriam* explicatur, iudice *Maſchio* autem adhuc incertum eſt, quid per hanc vocem intelligatur. Exemplar huius editionis poſſedit *Aſſemannus*. Caeterum plura de hac editione obſeruarunt *Io. Bernhard. Deroſſius* in diſquiſit. *de hebraicae typographiae origine et primitiis Cap.* V. §. X. *pag.* 47. *ſeq.* et *Maſchius Bibliothec. ſacr. Part.* I. *Cap.* I. *Sect.* II. *pag.* 124.

Ibid. *Vlyſſiponae* 1491. Conſtat haec editio duobus Tomis fol. et punctata eſt fere per totum *Pentateuchum*; adiecta quoque ibidem eſt *Paraphraſis chaldaica* et *commentarius Iarchii*. Exſtat exemplar eius in *Bibliotheca Regis Britanniae*

siae,' ex quo Kennicottus varias lectiones collegit. Non sine iure haec editio, quo[illegible]bseruavit *Maschius*, a Iudaeis magni aestimatur, cum literas adspirandas [illegible]olam Raphe accurate distinguat, et lectiones aliaque ad [illegible]tices Iudaicae [illegible] accurate disposita exhibeat, unde quoque in commentariis criticis *Norzia[illegible]* ad hanc editionem provocatur, unde satis iniqua *Anonymi* apud *Richard. Simon.* censura fundamento caret. Raritas editionis huius vel inde patet, quod in *Lusitania* sit impressa, cuiusmodi libri in Germaniae oris vix ac ne vix quidem innotescunt, obseruante *Schelhornio Amoenitat. Tom.* II. *pag.* 412. *sequ.* Plura de eadem observarunt *Derossius loc. citat. Cap.* VI. *§.* 1. *pag.* 55. *sequ.* et *Maschius Bibliothec. sacr. Part.* I. *pag.* 124.

Ibid. 1515. Hanc editionem *Longius* et *Wolfius* recensent ut *mere hebraeam*, contineri autem in eadem praeter *Commentarium Raschii* simul *Paraphrasin chaldaicam*, obseruauit *Maschius* in *loco citato pag.* 123. ubi simul hanc editionem *Soncinatibus* esse assignandam suspicatur.

Pag. 386. IV. 1[illegible] *Pentateuchus Oelsnae* 1530. fol. *Rarissimam* esse hanc editionem et a Iudaeis magno in pretio haberi affirmat *Vogtius* in *Catalogo librorum rariorum pag.* 524.

Pag. 387. *Pentateuchis Venet.* 1543. Hanc editionem possidet *Bibliotheca Thorunienſis*, cuius in exemplari autem statim defecit liber *Geneseos* atque simul cum eodem omne vestigium impressionis. Hinc doctus vir quidam, qui sua *αυτοψια* perlustravit hoc ipsum exemplar, illud potius ad annum 1590. referre maluit.

Pag. 387. IV. 151. Vberius haec editio *Venetа* de anno 1551. descripta est a *Baumgartnio* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* IV. *Part.* XIX. *pag.* 14. *sequ.* Conferas quoque, quae infra de eadem annotabo ad *Tom.* IV. *pag.* 131. et *Maschii Bibliothec. sacr. Part.* I. *Cap.* I. *Sect.* III. *pag.* 160.

Pag. 388. *Pentateuchus* 1556. 4. Plura de hac editione obseruauit *Maschius loc. citat. Sect.* I. *pag.* 69. *sequ.*

Pentateuchus *Sabionet.* 1557. 12. Vberius huius splendidissimae editionis notitiam suppeditauit *Io. Bernhard. Derossi* in *Annalibus typographiae hebr. Sabionetensium.* XVII. *pag.* 26-31. *edit. Erlangens.* latinae.

Pag. 389. IV. 131. *Pentateuchus Hanouiae* 1610. 1614. 8. mai. Inscriptio huius editionis ita comparata est, ut facili negotio lectorem imprudentem in errorem seducere queat, quod in hac editione omnes libri totius sacri codicis reperiantur. Est enim inscripta: *Biblia hebraea cum triplici Targum in Pentateuchum — et commentario Iarchii in omnes Scripturae s. libros;* nihilo minus autem nil nisi Pentateuchum cum quinque Megilloth continet, quod obseruauit *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* III. *Part.* XIV. *pag.* 111. *sequ.* quo in loco uberius eandem descripsit.

Pag.

Pag. 390. *Idem Amſtelod.* 1631. *typis Laurentii.* Prolata eſt haec editio in lucem publicam ex recenſione *Menaſſeh ben Iſrael*, unde forte non diverſa eſt ab ea, quam Wolfius ſtatim poſt huius mentionem factam memorat, quippe eadem forma et uno eodemque anno prodiit, quod etiam affirmat *Baumgartenius loco citat. Tom.* IV. *Part.* XIX. *pag.* 15. *ſequ.* ubi pluribus de haec editio.

Pag. 392. *Pentateuchus Amſtelod.* 1692. Adiectae quoque ſunt *Haphtare* ex more in Iudaeorum ſynagogis recepto. Vid. *Baumgarten. loc. cit. Part.* XXI. *pag.* 196.

Pag. 393. *Pentateuchus Dyrenfurti* 1694. Textus *hebraicus* et *chaldaicus* duabus diſtinctis columnis e regione poſitis eſt impreſſus. Ad marginem reperiuntur obſeruatiunculae nonnullae ex *Baal Hatturim* et loca Talmudica ex *Aaronis Piſaurenſis Toldos Aharon* adducta. *Raſchii* commentarius *verſioni chaldaicae* per philyram dimidiam ſubſternitur, in cuius altera parte typis iisdem minutiſſimis dicta ſapientum Rabbinorum exhibentur, ſive locorum ambiguorum in *Raſchiano* commentario obviorum explicationes, quas ex magiſtrorum in eundem lucubrationibus a *Sabbathaeo* conquiſitas fuiſſe praefatio docet. Haec obſervauit vir doctus in *ſupplemento indicis librorum Iudaicorum Dyrenfurtenſium*, in *Muſeo librorum novorum Tom.* I. *Part.* IX. *pag.* 705.

Ibid. *Pentateuchus* 1701. *cum commentario Raſchi)* Expunxit haec poſteriora verba *Wolfii* vir doctus, et pro iisdem adſcripſit: *omiſſis commentariis Raſchii et expoſitione vocum.* Continet haec editio plagulas dimidias 44.

Ibid. *Pentateuchus*, 1702. *in domo et typis Stenii)* Curavit hanc editionem, quod in peculiari inſcriptione *Haphtararum* memoratur *R. Chajim Lublinenſis. Stenii* typos, quibus in hac editione uſus eſt, *Longius* in *Bibliotheca ſacra pag.* 74. appellat elegantiſſimos. Plura de eadem adduxit in medium *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* IV. *Part.* XXI. *pag.* 197. *ſequ.*

Ibid. *Pentateuchus*, *Dyrenfurti* 1704. 4. Praemiſſa eſt huic editioni duplex praefatio *R. Schabbataei* una cum eiusdem praeceptis grammaticis. Plura de hac editione memorat vir doctus Anonymus in *Muſeo librorum novorum Tom.* IV. *Part.* IX. *pag.* 706. *ſequ.*

Pag. 394. *Pentateuchus Dyrenfurti* 1706. 4. Vid. *Muſeum* antea adductum *loco citato.*

Ibid. *Francof. ad Moenum* 1712. Vberius deſcripſit hanc editionem *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* IV. *Part.* XXI. *pag.* 198. *ſequ.*

Pag. 395. *Geneſis*, *Exodus et Leuiticus cum Io. Eliae* (non *Elai*) *Tirſeri verſione latina. Lipſ.* 1652. 8. Exſtat in hac editione tantum *Geneſeos* et *Exodi* liber, cum *Leuiticus* demum poſt diſceſſum Chriſtinae Reginae ex patria impreſſus

sus fuerit anno 1654. quod constat ex iis, quae obseruauit *Maschius* in *Bibliotheca sacra Part.* I. *Cap.* I. *Sect.* III. *pag.* 160.

Pag. 396. *Geneſis Witteberg.* 1587. Vid. *Maschius loc. citato, Sect.* I. pag. 73.

Ibid. et IV. 135. *Geneſeos capita* IV. *priora per Paul. Fagium. Conſtantiae* 1543.) Plura de hac editione obſervavit *Maſchius* in *Bibliotheca ſacra Part.* I. *Cap.* I. *Sect.* III. *pag.* 178. *ſequ.* qui ſimul monuit, textum hebraeum in hac editione punctis eſſe inſtructum.

Pag. 397. *Prophetae omnes. Piſauri* 1511. fol.) Aſſeruatur exemplar huius editionis *Pariſiis* in *bibliotheca regia.*

Ibid. *Prophetae omnes. Soncini* 1486. fol. *Bartolocio* plane ignota fuit haec editio, quam tamen memorant praeter *Wolfium Longius* et *Kennicottus de ſtatu collationis codicum manuſcript. ad annum* 1766. et 1767. Caeterum pluribus hanc editionem deſcripſerunt *Maſchius* in *Bibliotheca ſacra, Part.* I. *Cap.* I. *Sect.* III. *pag.* 134. *ſequ. Deroſſius* in *diſquiſit. de typographiae hebr. origine et primitiis Cap.* V. *pag.* 31. 33. *edit. Huſnagel.* et imprimis uberrime et accuratiſſime celeb. *Olaus Gerhard. Tychſenius* in *Repertorio für bibliſche und morgenländiſche Litteratur Part.* VII. *num.* 4. *pag.* 165. 182.

in bibliotheca Oppenheimer.) Hannouerae.

Ibid. *Prophetae priores* cum *Commentario Abarbanelis. Neapoli* 1493. *fol.)* Plura de hac editione obſeruarunt *Deroſſius* in *diſquiſit. de hebraicae typograph. origine et primitiis pag.* 79. *edit. Parmenſ.* et *Maſchius loc. cit. Sect.* II. *pag.* 136. Prior eandem aperte falſam nuncupat in Appendice Tract. de editionibus ignotis codicis hebr. pag. 29. quae potius referenda ſit ad Piſaurum et ad annum 1511. vel 1512.

Ibid. *Prophetae priores. Leiriae* 1494. fol. Adiecta eſt huic editioni explicatio *Gerſonidis* et *paraphraſis Chaldaica.* Plura de eadem obſeruauit *Deroſſius* in *diſquiſitione de hebraicae typographiae origine et primitiis. Cap.* VI. §. IX. *pag.* 70. *edit. Huſnagel.*

Pag. 398. lin. 8. *praeter librum Ieſuae*) adde: et librum Iudicum, quod adhuc obſeruauit *Maſchius* in *Biblioth. ſacr. Part.* I. *Cap.* I. *Sect.* II. *pag.* 137.

Prophetae priores. Lipſ. 1686.) quam editionem curauit *Fridericus Albertus Chriſtiani*, Ex. Iudaeus, quod obſeruat *Maſchius loc. citat. pag.* 136.

Ibid. *Libri Samuelis. Lugd. Batu.* 1621. 12.) Refertur in inſcriptione huius editionis ad annum 1521. ſphalmate typothetae manifeſto, cum dedicatio eius ſcripta ſit die 21. Martii 1621. Plura de iſta editione memorat *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* IV. *Part.* XXI. *pag.* 199. 200.

Pag. 399. *Ieſaias et Ieremias. Vlyſſiponae* 1497. Vberius deſcripſit hanc editionem *Maittairius* et *Deroſſius* in *diſquiſit. de typographiae hebr. origine Cap.*

VI. §. 14. *pag.* 73. Perrara eſt, nec a *Kennicotto* viſa. Eandem interim ad annum 1492. refert *Io. Bernh. Deroſſi* in Tract. de editionibus antiquiſſimis hebr. textus Appendic. pag. 29.

Ibid. *Ieſaias Theſſalonicae* 1600. fol.) In codice huius editionis, qui *Altorfi* aſſeruatur, refertur haec editio ad annum aerae Iud. 367. C. 1607. quod obſeruavit *Maſchius Bibliothec. ſacr. Part.* I. *Cap.* I. *Sect.* II. pag. 138.

Ibid. *Prophetae minores.* Baſil. 1567. 8. De hac editione legantur *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* IV. *Part.* XXI. *pag.* 201. et *Maſchius loc. citat. Part.* I. *Cap.* I. *Sect.* I. *pag.* 81.

Ibid. *Prophetae minores. Guſtrou.* 1634. 8. Vid. *Baumgarten.* l. c. *Part.* XXXI. *pag.* 203.

Ibid. *Hoſeas. Pariſ.* 1556. *apud Robert. Stephanum.)* Vid. *Maſch. Bibliothec. ſacr. Part.* I. *Cap.* I. *Sect.* II. *pag.* 138.

Ibid. *Hoſeas. Groningae* 1676. 4.) Textus hebraeus ſibi adiunctam habet verſionem latinam, quod obſeruavit *Maſchius Part.* I. *Bibliothec. ſacr. Cap.* I. *Sect.* III. *pag.* 162.

Ibid. *Hoſeas - Hermanni* von der Hardt. *Helmſtadii* 1703. 4.) quam editionem iterum recudi curavit Perilluſtr. *Io. Dav. Michaelis. Goetting.* 1775. 4.

Pag. 401. *Malachias. — Colon.* 1553. 8.) potius 1563. uti *Maſchius* obſervat in *Bibliotheca ſacra Part.* I. *Cap.* I. *Sect.* III. *pag.* 163. *ſeq.*

Pſalmi, Proverbia cet. Theſſalonicae fol.) Aſſeruatur haec editio in *bibliotheca Bodlejana* teſte celeb. *Brunſio* in *Ephemeridib. Ienenſ. literar.* 1767. *Scid.* 89. p. 752.

Ibid. *Prouerbia, Iobus, Megilloth cet Neapoli* 1487. fol. Affirmauerat *Kennicottus* in *diſſert. the ſtate of printed hebrew Text pag.* 519. exemplar unicum huius editionis adhuc exſtare in bibliotheca collegii ſic dicti *Etonenſis*, cui *Thomas Polletus* verba adſcripſit: *hoc exemplar unicum et flammis ereptum*, uti par eſt *credere, et ſolo raritatis nomine aeſtimandum cet.* Interim extitit quondam in *Bibliotheca Baumgarteniana*, uti conſtat ex loco infra adferendo. Praeterea teſtatur cel. *Brunſius* exſtare illud in bibliotheca collegii *Etonenſis* in *Ephemerid. Ienenſ. litterar.* 1767. *Scid.* 89. *Pſalterii* textus in hac editione punctis eſt inſtructus, de qua *Baumgartenius* obſeruauit, *Pſalterii* impreſſionem finitam eſſe die quarto menſis Niſan, totius operis vero finem eidem impoſitum eſſe die nono menſis Ethanim A. m. 247. per manus *Samuelis filii Samuelis Romani.* Caeterum plura de hac editione rariſſima obſeruarunt *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* III. *Part.* XIV. pag 113. 115. et *Maſchius* in *Bibliotheca ſacra Part.* I. *Cap.* I. *Sect.* II. *pag.* 141. ſequ. Vid. quoque *Analecta mea ad Tom.* IV. *Walſii pag.* 141.

Pag. 401. ſequ. IV. 142. *Pſalterium hebraic. Baſil.* apud *Io. Frobenium.*

Plura

Plura de hac editione obſeruauit *Maſchius* in *Bibliotheca ſacra loc. cit. Sect.* I. *pag.* 85.

Pag. 402. IV. 144. *Pſalmi Lipſiae* 1533. 8.) per *Antonium Margaritam*, de quo *Wolfius* plura attulit *Bibliothec. hebr. Tom.* I. pag. 202. ſq. *num.* 335. III. 129. ſq. Plura de hac editione obſeruarunt *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern: *Tom.* IV. *Part.* XXI. pag. 204. ſeq. et *Maſchius loc. citat. pag.* 88. Vid. quoque *Analecta mea ad Tom.* IV. *pag.* 144.

Ibid. *Pſalmi hebr. Iſnae per Paul. Fagium.* 1542.) Vberius recenſentur haec editio a *Baumgartenio* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* VII. *Part.* XLI. *pag.* 386. 387. Vid. quoque *Maſchius loc. citat. Sect.* II. *pag.* 144.

Pag. 403. Ibidem. *Baſil.* 1547. *per Io. Frobenium*) quod corrige, in: *per Hieronymum Frobenium.* In fine enim huius editionis exſtant verba: *Baſileae apud Hieronymum Frobenium et Nicolaum Epiſcopium.* Caeterum paucis memoratur haec editio a *Baumgartenio* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* IV. *Part.* XXI. pag. 206. qui inſuper de eadem obſeruat, adiectum eidem eſſe Catalogum vocum, quae varie in *Pſalmis* leguntur.

Ibid. *Pſalmi Sabionet* 316. C. 1556. Mentionem huius editionis fecerunt *Maſch. Biblioth. ſacr. Tom.* I. *pag.* 145. et *Deroſſi Annal. typograph. hebr. Sabionetenſis, num.* XIV. pag. 24. edit. *Erlangenſ.*

Ibid. *Pſalmi* 1565. in 16. *ex officina Roberti Stephani filii.* Vid. *Maſch. Bibliothec. ſacr. Part.* I. *Cap.* I. *Sect.* I. pag. 89.

Ibid. et IV. 145. Iidem, *edit. Hieron. Opitii Witteberg. apud Io. Crato.* 8.) Complectitur haec editio plagulas 20. Eidem adiecta eſt *oratio prophetae Habacuci* et breuis explicatio dictionum, quae in libro *Pſalmorum* aliter leguntur, quam ſcribuntur. Plura de hac editione in medium adduxit *Baumgartenius* in Nachrichten. *loc. citat. pag.* 206. 207.

Ibid. *Antuerp.* 1574. 4. Vid. *Maſch. loc. cit. Sect.* III. p. 165.

Pag. 404. *Pſalterium Eliae Hutteri.* Hamb. 1586. Vid. ſupra *Analecta* haec *ad pag.* 346. Aliam editionem de anno 1588. fol. min. recenſuit *Baumgartenius loc. citat. Tom.* VII. *Part.* XLI. *pag.* 384. *ſequ.*

Idem. *Francof. ad Oder.* 1596.) in 16. apud *Iohannem* et *Fridericum Hartmannos*, quae editio comprehendit plagulas dimidias 17.

Pag. 405. *Pſalmi cum notis Anton. Hulſii. Lugd. Batau.* 1650. 12.) Vid. *Knochii* hiſtoriſchcritiſche Nachrichten. *Part.* II. *pag.* 110. 111.

Ibid. *Baſil.* 1662.) Vid. *Baumgart. l. c. Tom.* IV. *Part.* XXI. *pag.* 208.

Pag. 406. Iidem *Io. Leusdenii Vltraiecti* 1688.) Pluribus hanc editionem ſecundam *Leusdenii* deſcripſit *Baumgartenius* in Nachrichten. *Tom.* I. *Part.* V. *pag.* 387. ſeqq. et *Maſchius* in *Bibliotheca ſacra loc. cit. Sect.* III. *pag.* 166.

Ibid. *Berolini* 1698. Vid. *Baumgarten. loc. cit. Tom.* VII. *Part.* XLI. pag. 384. sequ.

Pag. 407. *Psalmi Fürthi* 1709. 8. Vid. *Tom.* IV. *pag.* 147.

Ibid. *edit. Bashuysenii. Hanouiae* 1712. 12. de qua plura memorat *Maschius Bibliothec. sacr. Part.* I. *Cap.* I. *Sect.* II. *pag.* 144.

Pag. 408. IV. 149. *Psalmi* VII. *poenitentiales. Tubing.* 8.) Plura de hac editione memorat *Maschius Bibliothec. sacr. Part.* I. *Cap.* I. *Sect.* III. *pag.* 167. *sequ.*

Pag. 409. *Proverbia* 1497. *fol.*) cui editioni adiectus est commentarius *Gersonidis.* Sistit haec editio characterem quadratum textus *Proverbiorum* hebraei cum punctis, quod quidem ad textum hebraeum attinet, commentarius autem memoratus expressus est dialecto Rabbinica *Hispanorum Iudaeorum.* Nomen הנכבד, quod *Wolfius* noster in vocem הספר transformauit, ex quo vocabulo *Maittairius* iterum male finxit הספר, fuit titulus honoris in Rhythmis *Samuel Dortas* dari solitus. Exemplar huius editionis exstat *Mantuae* in *bibliotheca publica*, ex quo istam editionem accurate descripserunt *Io. Bernhardus Derossius* in *disquisitione de typographiae hebraicae origine et primitiis Cap.* VI. §. 13. *pag.* 73. *sequ. edit. Erlangens.* et *Maschius* in *Bibliotheca sacra Part.* I. *Cap.* I. *Sect.* II. *pag.* 146. 147.

Pag. 410. *lin.* 4. 5. *Megilloth. Venet.* 1601. 4.) Hanc notam anni a *Wolfio* adiectam *Maschius Bibliothec. sacr. Part.* I. *Cap.* I. *Sect.* II. *pag.* 129. pro errore typographico venditare mavult, quoniam Commentarii in singulos libros parvos, excepto *Cantico Canticorum*, demum anno 1606. a *Iohanne de Gara* expressi sint, unde ipsi potius haec editio ad annum 1606. referenda videtur.

Pag. 412. *Iobi liber. Constantinopoli* 1545. 4.) Commentarius adiectus *R. Isaaci Cohen Ben Schelomo* semel tantum impressus est huic editioni adiectus, codex autem eius manu descriptus in variis bibliothecis asseruatur, id quod imprimis obseruavit *Wolfius* noster *Bibliothec. hebr. Tom.* III. pag. 584. num. 1218. unde eiusdem raritatem colligit *Baumgartenius* in recensione huius editionis, quae exstat in eius Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* X. *Part.* LVIII. *pag.* 284. *seq.* Eiusmodi editionis Constantinopolitanae a loco impressionis sunt rarissimae, quod etiam de editione libri Iobi ex versione *R. Mosis filii Eliae Pobian*, quae *Constantinopoli* 1576. 4. prodiit, quam *Wolfius* noster paulo infra memorat, obseruavit *Longius* et ex eodem *Schelhornius* in *Amoenitatibus literariis. Tom.* II. *pag.* 410.

Pag. 416. *Novum Testamentum hebraice. Londini* 1661. 8.) De eximia raritate huius editionis praeter alios testatur *Vogtius* in *Catalogo librorum rariorum pag. m.* 668.

Pag. 418. *Evangelia anniuersaria hebr. per Frid. Petri*) cuius vitam et reliqua scripta studiose enarravit *Philipp. Iulius Rethmeyerus* in der Kirchenhistorie der Stadt Braunschweig. *Part.* IV. *pag.* 268. *seq.* Plura de hoc eius libro

re obſeruavit *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom. IV. Part.* XIX. *pag.* 18. ſeq.

Pag. 418. IV. 164. Singulorum librorum codicis ſacri, praeſertim hebraici a *Wolfio* huc usque recenſitis editionibus addi poſſunt ſequentes editiones ſecundum ordinem librorum biblicorum diſpoſitae.

Pentateuchus hebraicus absque punctis, cum lectionibus propheticis, in 4. maiori, ſine loco et anno. Editio eſt antiquiſſima, quae exhibet characterem literarum paulo maiorem quam ea, quae prodiit *Soriae* 1490, et minorem, quam ſiſtit editio *Vlyſſiponenſis* de anno 1491. Exemplar eius ſe vidiſſe *Florentiae* in *bibliotheca S. Marci* teſtatur *Deroſſius*, ex quo iſtam editionem pluribus deſcripſit in *diſquiſitione de hebraicae typographiae origine et primitiis Cap.* VII. §. VIII. *pag. m.* 87. *edit. Erlang.*

Pentateuchus hebraicus cum V. *Megilloth et Haphtharoth. Brixiae* 1491. *fol. apud Moſen Soncinatem*, cuius accuratiſſimam deſcriptionem et collationem cum aliis editionibus celeb. *Brunſius Kennicotto* transmiſit. Exemplar eius aſſervatur *Carolsruhae* in *bibliotheca Marchionis Bada-Durlacenſis*. De hac editione mentio facta eſt in *Ephemeridibus Ienenſibus literariis* de anno 1767. *Scid.* XII. *pag.* 104.

Idem *cum Paraphraſi chaldaica et Iarchii commentario* 1491. *fol.* de quo celeb. *Brunſius* in *Ephemeridibus Ienenſibus literariis* 1767. *Scid.* 89. *pag.* 451. ſequentia obſeruavit: Extat haec editio *Pariſiis* in *bibliotheca Regia*: deſcriptum licet hoc ſit exemplar quaſi impreſſum anno 1490. (qui forte annus eſt ad finem *Tomi primi*) videtur tamen alterum eſſe exemplar editionis 1491. qui pro certo eſt annus ad finem *Tomi ſecundi*. Seruatur inſuper in *bibliotheca Regis chriſtianiſſimi* exemplar adhuc alterum; cuius deſcriptio deſcriptioni libri ad *Regem Britanniae* pertinentis magis conſentanea eſt.

Pentateuchus hebraicus punctatus cum commentario Iarchii. Bononiae 1482. *fol.* Exemplar huius editionis reperit celeb. *Brunſius* in *Bibliotheca Sereniſſimi Marchionis Bada-Durlacenſis*. Cuius mentioni factae in *Ephemeridibus Ienenſibus literariis* 1767. *Scid.* 89. *pag.* 451. idem addit ſequentia: „*Notatu dignum eſt, a Io. Henr. Maio, qui in vita Io. Reuchlini tum codices manuſcriptos, qui ſuperſunt ex Bibliotheca eiusdem pag.* 524. *tum impreſſos pag.* 540. *deſcribit, hunc librum omiſſum eſſe, pariter ac editiones V. T. Soncinatenſem* et *Brixienſem, etſi in duobus prioribus libris nomen Reuchlinianum ipſius manu ſcriptum legatur, et tertius ſine dubio eiusdem ſupellectilis pars olim fuit.*„ Caeterum pluribus haec editio *Bartolocio* et *Wolfio* plane ignota deſcribitur et data opera recenſetur a *Maſchio Bibliothec. ſacr. Part.* I. *Cap.* I. *Sect.* II. *pag.* 122. *Io. Bernhard. Deroſſio in diſquiſit. de typographiae hebr. origine et primitiis Cap.* IV. *pag.* 20. *ſequ.* et imprimis ab *Olao Gerhard. Tychſenio* in *Repertorio für bibliſche und morgenländi-*

ſchc Litteratur. Part. VI. *pag.* 65. 103. ubi etiam plurimae variae lectiones in hac editione obviae recenſentur.

Idem *cum* V. *Megilloth et Haphtaroth. Brixiae* 1492. 8. Exſtat haec editio, quae probe ſecernenda eſt a *Gerſoniana*, foliis 220. conſtans, in *bibliotheca Marchionis Buda-Durlacenſis*, et alia de eadem obſeruantur a *Maſchio Bibliothec. ſacr. Part.* I. *Cap.* 1. *Sect.* I. *pag.* 67.

Idem *cum* V. *Megilloth, adiectis propheticis ſectionibus. Brixiae* 254. C. 1494. 8. Diverſa eſt haec editio, quae punctis et accentibus eſt inſtructa, ſimili ratione uti praecedens a *Gerſoniana* editione totius ſacri codicis, quae *Brixiae* 1494. prodiit. Plura de eadem obſervarunt *Maſchius* in *Bibliotheca ſacra Part.* I. *Cap.* I. *Sect.* I. *pag.* 67. *ſequ.* et *Deroſſi loc. cit. Cap.* VI. §. 6. *pag.* 67. *ſequ.*

Idem *hebr. et Chaldaice cum Commentario Raſchii, Moſis Nachmanidis et Aben Eſrae. — Conſtantinopoli* 282. C. 1522. fol. min. Obſervauit varia de hac editione *Wolfio* ignota *Maſchius* in *Bibliotheca ſacra Part.* I. *Cap.* I. *Sect.* II. p. 119. ſ.

Idem hebr. Ferrariae 315. C. 1555. Praeter *Pentateuchum* in hac editione exhibentur quadrato charactere et binis columnis *quinque Megilloth* et *Haphtaroth* cum propheticis ſectionibus. Caeterum editionem hanc omnibus fere Bibliographis ignotam data opera deſcripſit celeb. *Io. Bernhard. Deroſſi* in *Tract. de typographia Ferrarienſi hebraica. Cap.* IV. *pag.* 52. 78.

Idem hebr. *Venet.* 350. C. 1590. *apud Io. de Gara.* Continet haec editio plagulas 206. 4. min. Partem eius poſteriorem deficiente *Geneſi* et *Exodo* poſſidet bibliotheca *Thorunienſis* publica.

Idem hebr. *cum Targum et commentariis Iarchii et R. Chiſkiae*, adiunctis quinque *Megilloth* et *Haphtaroth. Wilmersdorf.* 1677. 4. Plura de hac editione memorant Auctores *collectionis nov-antiqu. theologic. ad annum* 1749. *pag.* 506.

Idem hebr. *cum Targum triplici, Raſchii, Abenezrae* etc. cum *Megilloth* et *Haphtaroth. Francof. ad Oderam, in domo Doctoris et Profeſſoris Grillo* 496. C. 1736. 8. 5. Volum. de qua editione nonnulla obſervarunt *Tychſenius* in *horis ſubſeciuis Buetzovienſibus pag.* 58. et *Maſchius* in *Bibliotheca ſacra Part.* I. *Cap.* I. *Sect.* II. *pag.* 116.

Pentateuchus cum emendatione ſcribarum, verſione germanica et commentariis, edit. *Mcſ. Mendelſohnii.* Berol. C. 1782. cuius Pars I. et II. iam in lucem publicam editae Geneſin et Exodum complectuntur.

Geneſeos capita XXI. priora cum notis e Rabbinorum *ſcriptis collectis ab Henric. Iacob. van Baſhuyſen. Francof. ad Moen.* 1707. 4. Plura de hac editione obſervauit *Maſchius Bibliothec. ſacr. Part.* I. *Cap.* I. *Sect.* II. *pag.* 27.

Prophetae priores. Venet. 1493. et *Theſſalonicae* eodem anno. Cum vero annus hic memoratus non editionis tempus, ſed potius compoſitionis eiusdem terminum

[illegible]m designare videatur, merito a *Deroſſio* in *diſquiſit. de hebraicae typogra[illegible] origine et primitiis Cap.* VIII. §. 17. *pag.* 104. *edit. Erl[illegible]g.*

Idem hebr. *ſine punctis*, absque loci et anni mentione. Adiectus est in margine et infra textum huius editionis *R. Dauidis Kimchii commentarius.* Extat quoque in supellectile libraria *Reuchlini Carolsruhae*, qui istam editionem sibi coemit *Romae* 1498. unde coniicit celeb. *Brunſius*, esse omnino hanc editionem ante annum 1517. impressam.

Libri Regum. Leiriae 1494. fol. Asseruatur huius editionis exemplar in *bibliotheca Regia Pariſiis.*

Prophetae posteriores. Piſauri 1516. fol. Exstant in *bibliotheca Ioſephi Sanford* teste celeb. *Brunſio* in *Ephemeridibus Ienenſ. literariis* 1767. *Scid.* 89. *pag.* 752.

Ieſaias et *Ieremias hebraice.* 4. Sabionetae. Suppositiam esse hanc editionem, cuius mentionem fecit *le Longius*, et ab eo confusam esse Thessalonicam cum Sabioneta cum *Wolfio* (qui idem profitetur pag. 137. lin. 10.) existimat *Io. Bernhard. Deroſſi* in *Annalibus typographiae hebr. Sabionetenſ. Appendic.* pag. 51. sequ.

Prophetae minores. Witteberg. Zacharias Gratonis 1586. 8. Mentionem fecit huius editionis *Maſchius* in *Biblioth. ſacr. Part.* I. *Cap.* I. *Sect.* I. *pag.* 82.

Hoſeas hebraice et Chaldaice cum duplici verſione latina et tribus doctiſſimorum Iudaeorum commentariis, cum adnotationibus Guilielm. Codaei. Lugd. Batau. 1621. 4. Extitit haec editio quondam *Noribergae* in b. *Schadelookii* bibliotheca.

Ioel et Obadias hebr. cum Paraphraſi chaldaica, Maſora magna et parua, atque tribus Commentariis Rabbinicis illuſtratus. Vltraiecti 1657. 8.

Ionas illuſtratus hebr. cum Paraphraſi chaldaica, Maſora et commentariis Iarchii, Aben Ezrae et Dauidis Kimchii. Vltraiecti 1656. Quae duae editiones opera et studio *Io. Leusdenii* prodierunt.

Pſalmi hebr. Sabionet. 318. C. 1558.) Memorat hanc editionem *Deroſſi* in *Annalibus typograph. Sabionetenſis* num. XXIII. pag. 36. dubitari tamen merito affirmat, an revera existat. In appendice adiecta profitetur, esse in manibus suis hanc editionem. Constat, uti idem obseruauit, typis quadratis minoribus cum punctis et accentibus.

Pſalmi hebr. cum commentario Dauid. Kimchii, anno maioris supputationis Iudaeorum 237. C. 1477. fol. min. Primam editionem hanc Iudaicam memorat *Beniamin Kennicottus* in prolusione, qua editionem suam Bibliorum hebraicorum indicavit, quam deinceps accuratius et uberius descripserunt *Maſchius* in *Bibliotheca ſacra Part.* I. *Cap.* I. *Sect.* III. *pag.* 142. *Deroſſius de hebr. typographiae origine et primitiis Cap.* III. *pag.* 10. *edit. Parmenſis* et imprimis celeb. *Tychſinius*

Ienius in *Repertorio für bibliſche und morgenländiſche Litteratur. Part.* V. [illegible] 134. 158. ubi etiam iſte ſyllogeu variarum lectionum huius editionis inſeru[illegible]

Pſalterium hebr. cum punctis. Brixiae 1494. 24. charactere quadrat[illegible] plar huius editionis aſſeruatur in *Bibliotheca Medicaea Florentiae*, ex qua [illegible]nd accurate deſcripſit *Deroſſius* in *Tract. de hebraicae typographiae origine et pri[illegible]iis Cap.* VI. §. VIII. *pag.* 69. *edit. Erlangenſ.* Vid. quoque *Maſch. Bibliothec. ſacr. Part.* I. Cap. I. Sect. I. pag. 86.

Idem *hebr. Genuae* 1516. fol. Vna eſt ex diverſis editionibus impreſſis quinquaginta, quas *Kennicottus* operis ſui gratia ſibi coemit.

Idem *hebr. Baſileae apud Io. Frobenium. Baſil.* 1516. 16. Cui editioni in fine adiecta eſt *Wolfgangi Fabri Inſtitutiuncula in linguam hebraeam*, quae plagulis tantum duabus conſtat. Singulare quid eſt omnino, quod in hac editione *Pſalmi* CXIV. et CXV. in unum fuerint contracti. Pluribus hanc editionem recenſent *Maſchius* in *Bibliotheca ſacra Part.* I. *Cap.* I. *Sect.* I. *pag.* 85. et *Io. Bartholom. Riedererus* in Nachrichten zur Kirchen- Gelehrten- und Bücherge-ſchichte. *Volum.* IV. pag. 1. 10.

Idem *hebr. ſine mentione loci*, forma, uti vult *Io. Henr. Maius* in *vita Io. Reuchlini pag.* 541. *octava*, melius *duodecima*, ſine punctis, literis Rabbinicis. Exſtat haec editio in librorum *Io. Reuchlini* apparatu, ad quem olim pertinuiſſe affirmat etiam *Maius loc. citato*, licet *Reuchlini* nomen in illa non legatur. Etſi locus et annus impreſſionis hic deficiat, probabiliter tamen ante annum 1517. editum eſt hoc *Pſalterium*, quoniam poſſedit *Reuchlinus* anno 1522. mortuus. Haec de hac editione tradidit cel. *Brunſius* in *Ephemeridibus Ienenſibus literariis* ad annum 1767. *Scid.* 89. *pag.* 758.

Pſalmi hebr. 1547. Baſil. apud *Hier. Frobenium.* Varia de hac editione memorant *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* IV. *pag.* 206. et cel. *Paul. Iacob. Brunſius* in *Repertorio litteraturae biblicae et oriental. Part.* XII. *pag.* 284.

Prouerbia Salomonis hebr. et latine edita *cum annotationibus Sebaſt. Munſteri. Baſil.* 1525. quae editio uberius deſcribitur a *Io. Bartholom. Riederer. loc. cit. pag.* 11. 13.

Eadem 1497. Fuiſſe olim hanc editionem in *bibliotheca Oppenheimeriana*, ubi autem nunc ſit, ſe neſcire fatetur cel. *Brunſius* in *Ephemeridib. Ienenſ. literar. loc. citato.*

Libri quinque Megilloth cum Machſor ex ritu Synagogarum Italicarum. Soncini et Caſali 246. C. 1486. 4. quam editionem doctiſſime recenſuerunt *Maſchius* in *Bibliotheca ſacra Part.* I. *Cap.* I. *Sect.* I. *pag.* 77. et *Deroſſius* in *diſquiſitione de typographiae hebraicae origine et primitiis pag.* 28. *edit. Parmenſ.*

Threni hebr. cum verſione graeca et duplici latina Hieronymi et Sebaſt. Munſteri. Baſil. 1552. 4. min. apud *Henricum Petri*, quae editio conſtat plagulis 4. duer-

duernis. Instar appendicis adiecti sunt *David. Kyberi libri III. de re grammatica linguae hebraicae.*

Liber Iobi hebraice, cum Commentario *R. Isaac ben Salomo. Constantinopoli in domo Eliesер ben Gerſon Soncinatis.* 305. C. 1545. 4. Memorat hanc editionem *Maſchius* in *Bibliotheca ſacra Part.* I. *Cap.* I. *Sect.* II. *pag.* 147.

Id. *Pariſ.* 1546. 4. Obſervat hanc editionem celeb. *Brunſius* in *Epist. merid. Ienenſ. litterariis* ad annum 1767. *Scid.* 89. *pag.* 752. fatetur autem ſe neſcire, vbi aſſervetur.

Liber Eſdrae hebr. Pariſ. 1539. apud Robert. Stephanum. Memorat hanc editionem *Almeloveenius* in *Tract. de vita et ſcriptis Stephanorum. p.* 18. Interpretationem hebr. *Danielis* quoque et *Eſdrae* Chaldaicorum capitum, quam primum ex codice ſuo antiquo ſuae Bibliorum hebr. editioni inſeruerat *Benjam. Kennicottus*, ſeorſim edidit celeb. *Io. Ludouic. Schulzius* Halae 1782. cum commentatione de indole et vſu huius verſionis praemiſit. 8. de quo opuſculo legantur *Annales literarii Helmſtadienſes.* Iun. 1783. pag. 496. 504.

De *collectionibus diuersorum claſſicorum hebraicorum* praeter eas, quas *Wolfius* obſervavit *pag.* 414. 415. uberius conferendus eſt *Maſchius* in *Bibliotheca ſacra Part.* I. *Cap.* I. *Sect.* III. *pag.* 182. 186.

Tandem, ut finem demum imponam, merito hic addendi eſſent alii *libri catechetici, libri precum* et *hymni ſacri Chriſtianorum* in gratiam Iudaeorum hebraice expreſſi. De prioribus *Wolfius* noſter iam *Tom.* II. *pag.* 1066. nonnulla adduxit, quibus ſuo loco quaedam ſubiungam. Ad poſteriores pertinent, ut alios omittam.

Io. Boeſchenſteinii Oratio dominica et ſalutatio angelica hebraice. Colon. 1539. 8. de qua plura memorat *Baumgartenius* in Nachrichten vonmerkwürdigen Büchern. *Tom.* III. *Part.* XIV. *pag.* 118. *ſequ.*

Spectat huc etiam liber antiquiſſimus qui ſub titulo: *Libellus hora faciendi pro domino, ſcilicet filio virginis Mariae* auctore *Matthaeo Adriani*, Tubingae in aedibus *Thomae Anshelmi* Badenſis prodiit et plenius recenſetur a b. *Hirtio Bibliotheca orientali et exeget. Part.* VI. *pag.* 320. 326.

Ad *Canticorum ſacrorum* librorum olim Iudaeorum *hebraice* ſcriptos prae ceteris referri meretur *Georg. Leuſchneri* Faſciculus cantionum eccleſiae Lutheranae hebraice redditorum. Lipſ. 1661. Quo etiam ſpectat b. *Hirtii* Programma continens verſionem duplicem hebraeam rhythmicam cantici notiſſimi, Vom Tomm der Seyden Heyland, ex Manuſcripto et alio libello raro cum notis hiſtoricis et criticis. Witteberg. 1780. Fortaſſe haec verſio hebraica a Iudaeo converſo eſt compoſita, quam *Hirtius* in libro quodam compacto inuenisse teſtatur.

Caeterum ad totum hoc caput de editionibus cudicis hebraici vel totius vel ſingulorum eiusdem librorum ſupplendum poſt ea, quae cel. *Maſchius* in Bibliotheca ſacra praeſtitit, egregie pertinet cel. *Io. Bernh. Deroſſi* [illegible] de gno-

tis nonnullis antiquissimis hebr. textus editionibus et critico earum usu, qui una cum Appendice doctissima historico-critica ad Bibliothecam sacram Maschianam Erlangae 1782. 4. maiori prodiit.

Sectio VI.

DE VERSIONIBVS HEBRAEI CODICIS, QVAE A IVDAEIS VEL EX-IVDAEIS PROFECTAE SVNT.

De Versione Samaritana.

Pag. 420. Scriptis de *primaevo codicis hebraei V. T. charactere* a *Wolfio* memoratis addi merentur *Ia. Michael. Langii* dissert. de charactere primaevo Bibliorum hebraicorum, sub praesidio *Io. Christoph. Wagenseilii* defensa. Altorfi Noricorum 1685. *Iacob. Carpovii* Programmata duo de charactere quadrato originario Veteris Testamenti. Vinariae 1751. *Caroli Traugott. Kretschmari* Comment. de charactere codicis hebraei originario. Witteberg. 1775. 4.

Pag. 421. ad segmentum 1.) Adde: *Cornelii Dieterici Kochii* dissert. de nummorum hebraicorum inscriptionibus Samaritanis. Helmstadii 1712.

Pag. 425. lin. 8.) Vid. *Antiquitates Ecclesiae orientalis Epist.* XXXVIII. *pag.* 198. *sequ. edit. Londinens.*

Ad verba: *Codex alius trilinguis* cet.) Specimen huius ineditae versionis *Arabico-Samaritanae* Pentateuchi ex codice bibliothecae *Barberinianae* cum animadversionibus doctissimis adiectis edidit *Antonius Christianus Wheid* Romae 1780. 8. mai. quod doctissima recensetur a S. V. *Io. Christoph. Doederlino* in *Bibliotheca novissima selecta theologica Tom.* I. *Part.* IX. *pag.* 654. 661. et perill. *Michael. Bibliothec. oriental. et exegetic. Part.* XVI. *num.* 253. *pag.* 76. 106. Complectitur hoc specimen caput XLIX. Geneseos. Ad hunc codicem eiusque conditionem quod attinet, in pergameno scriptus et tribus columnis distinctus est, quarum ea, quae ad dextram vergit, *textum Hebraeo-Samaritanum*, media *versionem* eius *Arabicam*, et ea, quae ad sinistram directa est, *Samaritanam vetsionem* continet. Caeterum pertinet hic codex ad tempora saeculi decimi tertii, in quo ipso codice imprimis notanda est versio *Arabica* fidelissime ad textum Hebraeo-Samaritanum expressa.

translatum in Bibliothecam regiam Paris.) quod falsum esse commentum *Io. Morini*, *Lelongii* et aliorum, ex quibus *Wolfius* hausit, ostendit recentiori tempore *Iacobus Ionas Biornstählius* in *Repertorio für bibliſche und morgenlaendiſche Litteratur. Part.* III. *pag.* 86. Exstat potius adhuc idem *Romae*, in bibliotheca *Barberiniana*, ad quam ex legato *Peireſcii*, qui hunc codicem iam anno 1631. *Damasci* sibi comparat, pervenit.

Lin.

Lin. 5. a fine paginae: *in Antiquitatibus Eccleſiae Orientalis pag.* 19.) corrige: *pag.* 199.

Caeterum pluribus de hoc ipſo codice manuſcripto triglotto Samaritano doctiſſime commentati ſunt *Iacobus Ionas Biornſtählius* in *epiſtola ad Gabrielem Fabricy* eiusdem operi inſcripto: *Titres primitifs de la reuelation. Tom.* I. *pag.* 373. 385. prius inſerta, deinde a celeb. *Eichhornio* germanice translata et exhibita in *Repertorio für bibliſche und morgenlaendiſche Litteratur. Part.* III. *num.* 2. *pag.* 84. 102. et celeb. *Io. Bernhard. Deroſſi* in commentatione *de celeberrimo codice Samaritano tritaplo Bibliothecae Barberinae*, quae edicta eſt eiusdem *Specimina variar. lection. ex codice Pii* VI. *P. m.* (Tubing. 1788.) pag. 150. 196.

Pag. 425. Codex alius Samaritanus praeter eos, quos memorat *Wolfius*, aſſeruatur Pariſiis in bibliotheca S. Genouefae, quem uberius deſcripſit cel. *Io. Michael Lakſtinius* in libro, qui ſub titulo: *Codex Samaritanus Pariſinus S. Genouefae bibliothecae deſcriptus; cui praemiſſa eſt commentatio de Samaritanae gentis religione aeui recentioris.* Francofurti ad Moenum 1781. 8. prodiit.

Pag. 427. lin. 6. *Tom.* V. *Bibl. Polyglott. Pariſienſ.*) quam editionem uberius recenſuit *Maſchius* in *Bibliotheca ſacra Part.* I. *Cap.* I. *Sect.* I. *pag.* 75.

Ad finem numeri III. Rectius quoque legitur Pentateuchus Hebraeo-Samaritanus in Bibliis hebraicis *Houbigantii* et *Kennicotti*, Vid. *Maſchius loc. citato pag.* 76.

Praeter has editiones a *Wolfio* obſeruatas mentionem quoque meretur libellus, qui inſcribitur: Quatuor prima *capita Geneſeos Samaritana ex Waltoni bibliis polyglottis deſcripta et Glaſſario harmonico ornata a Fridrico Eberhard. Collino. Francof. ad Moen.* 1704. 4.

Conſilium quoque in animo habuit b. *Franciſcus Wolenius* novam *Pentateuchi Samaritani* editionem adornandi, in qua ſimul de varietatibus codicis hebraei et Samaritani agere conſtituit, quae ab ipſo detectae fuerint ex collatione codicis manuſcripti Academiae Lugduno-Batauae. Hoc ipſum propoſitum ſuum, cuius executionem dira mors eius impedit, uberius declaravit *Wolenius* tum in diſſertatione de utilitate novae Pentateuchi Samaritani edit. Witteb. 1728. tum in Alloquio ad eruditos de utilitate novae, quam parat, editionis Pentateuchi Samaritani. Ibid. 1729. 4. Vid. *Collect. novantiquorum theologicor.* ad annum 1729. *pag.* 844.

Ibid. ad IV. lin. 4. ad verba *Wolfii*: *poſt Hieronymum*) Sed hic tantum in loco adducto aſſeruit, eosdem in numero literarum inter ſe conuenire.

Pag. 429. ad ſegmentum prius.) Recentiori aeuo imprimis haec ipſa controuerſia ſtrenue agitata eſt. Cum enim *Houbigantius*, et poſt eum praecipue *Benjamin Kennicottus* in diſſertatione ſecunda de ſtatu textus Hebraici hodierno pag. 164. edit. Anglican. lectionem *Samaritani* aeque variis in locis, praeſertim in loco clariſſimo de montibus *Ebal* et *Garizim Deuteronom.* XXVII, 4. praeoc-

lisset textus masorethici hebraei lectioni, (Vid. *Ernestii Bibliothec. nov. theolog. Tom.* IV. *Part.* III. *pag.* 217. varios quidem nacta est haec sententia fautores, qui eandem omnibus modis propugnarent, ex quorum numero imprimis S. V. *Semlerus*, Perillust. *Io. David. Michaelis* et *Io. Matthias Hassencampius* nominari merentur, non defuerunt tamen, qui huic sententiae, qua textus *Samaritanus Pentateuchi* pro originali et masorethicus noster tantum pro eiusdem apographo venditatur, unde posterior ex priori omnino corrigendus sit, varia opponerent. Qui pertinent ex Anglis D. *Rutherforth* et *Richardus Parry*, ex Belgis *Sebaldus* [illegible] in *Exercitatione quarta* ad *Houbigantii Prolegomena in Scripturam sacram.* (Traiecti ad Rhen. 1765. vid. *Ernesti bibliothec. theologic. nov. Tom.* VII. *Part.* I. *pag.* 78. *sequ.*) A. F. *Buckersfelderus*, *Io. Henricus Verschuirius*. ex Germanis autem *Olaus Gerhardus Tychsenius*, *Io. Michael Lobsteinius*, *Gottlieb Traugott Zachariae*, *Fridericus Wilhelmus Dresdius* et *Zeffelius* in scriptis infra adferendis in fine materiae de Samaritana versione.

Pag. 432. lin. 2. Morin. Exerc.) cap. 20. editionis Parisiensis de anno 1631.

Ibid. de *versione Arabica*, altera Pentateuchi Samaritani translatione affirmat *Wolfius*, eandem post Saadianam versionem [illegible], hinc circiter circa saeculum decimum esse exaratum. Longius adhuc processit *Richardus Simon*, qui affirmat, Samaritanos et Iudaeos usque ad annum Christi 1160. versionem *Saadiae* adhibuisse, quo tempore demum *Abuzaid* hanc *Arabicam* versionem composuerit. Acutissime autem sententiae huius falsitatem demonstravit *Bioustählius* in *Repertorio* supra citato *Part.* III. *pag.* 99. 100. qui potius ipsum *Saadim* hanc *Arabicam* versionem ad manus habuisse, cum versionem suam *Arabicam* Pentateuchi conderet, liquidissime ostendit. Caeterum pluribus hac de re conferenda est celeb. *Christian. Friderici Schnurreri* dissert. *de Pentateucho Arabico polyglotto.* Tubing. 1780. quae recensetur a S. V. *Doederlino* in *Bibliothec. theol. selecta. Tom.* I. *Part.* IX. *pag.* 661. 665. et Perill. *Michael. Bibliothec. orientali. et exegetic. Part.* XVI. *num.* 252. *pag.* 62. 65.

Pag. 433. VI. lin. 4. *Petrus Illixius* — *cap.* 3.) *pag.* 17. versionis germanicae.

Pag. 434. lin. 13. memorantur *duae Samaritanorum epistolae ad Iob. Ludolfum* datae, quae scriptae sunt A. C. 1685. ad *Iobum Ludolfum* et *Robert. Huntingtonum.* Cum iam *Cellarius*, quod *Wolfius* noster statim post haec memorat, has duas epistolas in lucem publicam ediderat, quae etiam *Blasii Vgolini Thesauro Antiquitatum sacrarum Tom.* XXII. *pag.* 650. *sequ.* una cum *Hadriani Relandi* dissertatione doctissima de religione et numis *Samaritanorum* insertae sunt, celeb. *Paulus Iacobus Brunsius* recentissimo tempore iisdem adiunxit *Epistolam Samaritanam Sichemitarum tertiam ad Iob. Ludolfum*, quam ex autographo, quod in cel. *Büttneri* Professoris Goettingensis bibliotheca asseruatur, primum editam versione latina et notis doctissimis illustravit. Helmstadii 1781. plag. 4. quod scriptum doctissime

[illegible] recensuit Brill. *Michaelis* [illegible] *Bibliotheca oriental. et exeget.* Part. XVIII. [illegible] 168. 171. Recusa legitur haec epistola in *Repertor. bibl. et orient. Part.* [illegible], 9. *pag.* 277. *sequ.* Plura eaque egregia de his epistolis Samaritanis commentatus est [illegible] *Christian. Frid. Schnurrerus* in *Repert. für biblische und morgenlaendische Litteratur. Part.* IX. *num.* 1. *pag.* 1. 46.

Pag. 434. *Cellarii Collectanea cet. Cizae* 1688. 4.) Huc quoque spectat eiusdem Exercitatio *gentis Samaritanae historiam et ceremonias complexa*, post eiusdem Auctoris *collectanea Historiae Samaritanae* antea in Academia *Halensi* publicae disputationis forma descripta, revisa et castigatius edita Halae Magdeburg. 1707. 4.

Pag. 435. lin. 67. Appendicis loco scriptoribus a *Wolfio* memoratis syllabum scriptorum, qui partim ad notitiam et historiam gentis Samaritanae spectant, partim controversiam de valore et auctoritate textus et versionis *Samaritanae Pentateuchi* earumque editiones concernunt, subiiciam, quem in gratiam lectorum meorum secundum ordinem alphabeticum disposui. Quo spectant sequentia:

Anonymi *Nouveaux Eclaircissemens sur l' Origine et le Pentateuque des Samaritains par un Religieux Benedictin de la Congregation de S. Maur. Paris.* 1760. 8. Pluribus recensetur hic liber ab *Ernestio* in *Bibliotheca nov. theologica. Tom.* VI. *Part.* VII. *pag.* 590. 616.

P. *Alexii a S. Aquilino* Tract. de Pentateuchi Hebraeo-Samaritani praestantia in illustrando et emendando textu masorethico ostensa. — Dusseldorf. et Lipf. 1785. 8.

Iacobus Ionae Biornstahlius. Vid. Analecta mea ad pag. 425.

Io. Frideric. Cottae dissert. de calumnia Samaritanismi Christo e [illegible] dacis adspersa. Tubingae 1754. Cuius potiora capita exhibent Auctores der beständigen Nachrichten von kleinen akademischen Schriften ad annum 1755. *Part.* VII. *pag.* 593. 606.

Io. Matthiae Hassencampii scriptum germanicum, quod suppresso suo nomine edidit inscriptum: der wahre Ursprung der alten Bibelübersetzungen — und der gerettete Samaritanische Text. Minden 1775. 8.

Io. Henric. Hottingeri Exercitationes Anti-Morinianae de Pentateucho Samaritano eiusque udentica Authentia, oppositae canonizatae eiusdem authentiae a Io. Morino — temere assertae. Tiguri 1644. 4.

Cornelii Dieterici Koohii dissert. de nummorum hebraicorum inscriptionibus Samaritanis. Helmstadii 1712.

Io. Michael. Lobsteinii Commentatio de montibus Ebal et Garizim, ad locum Deuteronom. XXVII. 4. Argentorati 1772. 4. Vid. quoque Analecta mea supra ad pag. 426.

An-

Andreas Gottlib. Maſchius in *Bibliotheca ſacra. Tom.* II. [illegible] III. *pag.* 50. *ſequ.*

Io. Morini Exercitationes eccleſiaſticae in utrumque Samaritanorum Pentateuchum. Pariſ. 1631. 4. Idem quoque auctor animadverſionem [illegible] in cenſuram Exercitationum ſuarum ad P. S. ediuuxit ſuae diatribae elenchticae de ſinceritate hebraei graecique textus dignoſcenda, Pariſiis 1639. 8. editae.

Eiusdem Opuſcula hebraeo-Samaritica, quae continent Grammaticam Samaritanam, annotationes in *translationem Pentateuchii Hebraeo-Samaritican*, commentationem de Samaritici Legis Sectionibus, colis, periodis, aliisque notulis, variasque lectiones ex antiquis textus Hebraeo-Samaritani codicibus collectas, una cum Lexico Samaritano. Pariſ. 1657. 12.

Iohannis Meyeri diſſertatio de codice et calculo hebraico praeferendo Samaritano et graeco, quam praemiſit iſte Auctor ſuae editioni *Seder olam* ſive *Chronici Hebraeorum* (Amſtelod. 1699. 4.) *pag.* 206. 229.

Io. David. Michaelis variis in locis ſcriptorum ſuorum praeſertim in eius *Iure Moſaico Part.* I. *pag.* 69. *ſequ.*

Richardus Parry, Rector Wichamptonenſis, doctiſſimus Anglus in ſcripto contra Kennicottum evulgato Anglico, quod inſcribitur: *The Caſe between Gerizim and Ebal fairly ſtated.* 1764. 8.

Sebald. Ravii Exercitatio IV. in *Houbigantii* Prolegomena in Scripturam ſacram. Traiecti ad Rhen. 1765. 4. Vid. *Erneſtii Bibliothec. theolog. nov. Tom.* VII. *Part.* I. *pag.* 78. 88.

Hadrian. Relandi diſſert. de Samaritanis, quae legitur in eiusdem *diſſertationibus miſcellaneis. Part.* II. *pag.* 1. *ſequ.* 94. ubi eſt numero ſeptima.

Auguſt. Frideric. Ruckersfelderus in diſſertatione V. inſerta *Iacob. Maknighti* Commentario harmonico in IV. Evangelia. Vid. D. *Erneſtii Bibliothec. theologic. noviſſim. Tom.* II. *Part.* X. *pag.* 891.

D. Rutherforth Epiſtolae duae contra *Kennicottum* in cauſa Pentateuchi Samaritani publicatae. Londini 1761. et 1763.

Chriſtian. Frider. Schnurrer Commentatio de commercio epiſtolico Samaritanorum, quae inſerta eſt Repertorio *für bibliſche und morgenlandiſche Litteratur. Part.* IX. *num.* 1. *pag.* 1. 46. Vid. quoque obſervata mea ad *pag.* 432.

Io. Chriſtian. Schulzii Comment. de implacabili Iudaeorum aeque ac Chriſtianorum in Samaritanos odio. Witteberg. 1756. cuius argumentum recenſetur in vollſtändigen Nachrichten von kleinen akademiſchen Schriften ad annum. 1757. *Part.* III. *pag.* 220. 228.

D. Frider. Immanuel. Schwarzii Exercitationes hiſtorico-criticae ſex in utrumque Samaritanorum Pentateuchum, in quibus agitur de Samaria et Samaritanis. Exerc. I. et II. de forma *Pentateuchi* Samaritani externa, Exerc. III. de Authentia textus Ebraeo-Samaritani merito ſuſpecta, Exercit. IV. de antiquiſſima Pen-

tateu-

[illegible] verſione Samaritana Exerc. V. et de praeſtantia et uſu utriusque *Pentateuchi* Samaritani. Witteberg. 1750. 4.

Caroli Gottlob. Sperbachii Exercitationes in utrumque Samaritanorum Pentateuchium. Witteberg. 1753. 4.

Io. Friedrici Stiboritzii Commentatio germanica de antiquitate *Pentateuchi* Samaritani, quae appendicis loco ſubiuncta eſt eiusdem Betrachtungen über einige Gegenſtände der Schrift und Religion. Halae 1769. 8. mai.

Olai Gerhard. Tychſenii diſſert. de Pentateucho Ebraeo-Samaritano ab hebraeo eoque maſorethico exemplari deſcripto. Buetzovii 1765. quae doctiſſime recenſetur in Lübeckiſchen theologiſchen Nachrichten *Tom.* I. *Part.* VI. *pag.* 555. 560.

Eiusdem Appendix prior Tentaminis ſui de variis codicum hebr. manuſcript. generibus [illegible]i, (Roſtoch. et Lipſ. 1775. 8.) in quo ſcriptum *Haſſencampii* in ſuperioribus memoratum uberius diſquiritur. Conſ. b. *Hirtii Bibliotheca oriental. et exegetic. Part.* VIII. *pag.* 404. 412. et *Bibliotheca Mietauienſ. theologic. univerſal. Tom.* III. *pag.* 1. 13.

Io. Henric. Verſchuirii diſſertatio critica, qua lectio codicis Hebraei in loco celeberi *Deuteronom.* XXVII, 4. defenditur et lectio *Samaritani* textus tamquam ſpuria reiicitur. Franeckerae 1767. quae etiam inſerta eſt eiusdem diſſertationibus philologico-exegeticis, quibus varia ſacri codicis loca illuſtrantur. (Leouard. et Franeker. 1773. 4. mai.) num. 3. pag. 44. 65. et pluribus recenſetur a Perilluſtr. *Michaelis* in *Bibliotheca oriental. et exegetic. Part.* VI. *pag.* 45. 50. et *Erneſtio* in *Bibliotheca theologic. nouiſſim. Tom.* III. *Part.* IV. *pag.* 352. *ſequ.*

Andr. Conrad. Werneri diſſert. de *Samaritanis* eorumque templo in monte Garizim aedificato. Ienae 1723.

Iohann. Chriſtoph. Wichmannshauſii diſſert. de Samaria. Witteberg. 1724.

Franciſci Wokenii diſſert. de utilitate novae *Pentateuchi Samaritani* editionis. Witteberg. 1728. 1729.

Gotthilf Traugott. Zachariae Programma immunitatem textus hebraici Veteris Teſtamenti a lacunarum ſuſpicione vindicans. Buetzovii 1764.

Zeſſelii diſſert. exhibens vindicias *τοῦ Ebal*, ad locum *Deuteronom.* XXVII, 4. contra *Kennicottum*. Halae 1767.

De Codice Karaeorum.

Pag. 436. in medio, ad verba *Wolfii*: *Denique hinc manifeſtum eſt, Karaeos lectionem occidentalium illi, quae Orientalium eſt, praeferre.*) Contrariatur haec ſententia iis omnino, quae *Wolfius* noſter in ſuperioribus *Tom.* I. *pag.* 126. ad *num.* 193. obſeruauit, ſolos *Palaeſtinenſis* ſequi *R. Aſcher*, eosque, qui cum *Naphthali* legunt, *Orientalibus* inimi codicibus. Vid. quoque *Tom.* II. *pag.* 291. Quam etiam ſententiam, reiecta illa, quae hoc in loco exſtat, pro vera eſſe habe-

endam arbitratus b. *Carolus Henricus Zelbichius* in Diatribe *de codicum [illegible] Testamenti orientalium atque occidentalium diſſonantibus.* (Witteberg. 17[illegible] §. XII. apud *Io. Oelrichs* in *Collectione Opuſculorum hiſtorico-philologico-[illegible]gicorum. Tom.* II. *pag.* 27. *ſequ.*

De Verſione Arabica.

Pag. 437. *De verſione Arabica Pentateuchi R. Saadiae Gaonis* plura erudite obſeruarunt *Io. Henric. Hottingerus* in *Theſauro philologico Lib.* I. *Cap.* III. *Sect.* II. *pag.* 265. *ſequ. Io. Gottlob. Carpzovius* in *Critica ſacra Veteris Teſtamenti Part.* II. *Cap.* V. *pag.* 641. *ſequ. Maſchius* in *Bibliotheca ſacra. Tom.* II. *Vol.* I. *Sect.* V. *pag.* 118. 120. cel. *Eichhornius Introduct. in V. T. Part.* I. *pag.* 486. *ſequ.* et imprimis Perilluſtr. *Io. David. Michaelis* in *Bibliotheca oriental. et exegetic. Part.* IX. *num.* 152. *pag.* 153. 161. quibus [illegible] celeb. *Tychſenii* obſervata in *Repertorio literat. bibl. et oriental. Part.* XI. *pag.* 82. 112.

Omnes ac ſingulae *Pentateuchi Arabici* verſiones accuratiſſime recenſentur ab *Auguſto Antonio Georgio* in epiſtola ſua doctiſſima adiecta *Andreae Chriſtiani Whjidii Specimini verſionis ineditae Arabico-Samaritanae Pentateuchi*, cuius potiora capita enarrauit S. V. *Doederlinus* in *Bibliotheca theologica ſelecta. Tom.* I. *Part.* IX. *pag.* 659. 661. Quo etiam ſpectant ea, quae *Biornſtählius* in *Repertorio für bibliſche und morgenlaendiſche Litteratur. Part.* III. *pag.* 89. *ſequ.* egregie obſeruauit.

Pag. 439. Nonnullas *Pſalterii Arabici* editiones memorat et datas opera deſcribit b. *Io. Frideric. Hirtius* in *Bibliotheca oriental. et exegetic. Part.* IV. *num.* XXI. XXII. *pag.* 291. 316. Vberrimam autem atque literatiſſimam omnium [illegible] ſingularum *Pſalterii Arabici* editionum ſuppeditauit recenſionem S. V. *Io. Chriſtoph. Doederlinus* in *Repertorio für bibliſche und morgenlaendiſche Litteratur. Part.* II. *num.* VII. *pag.* 151. 179. *Part.* IV. *num.* III. *pag.* 57. 96.

Ibid. ad III.) De veris fontibus, ex quibus hauſta eſt verſio Arabica, quae in bibliis Polyglottis tam *Pariſienſibus* quam *Anglicanis* legitur, uberius et doctiſſime commentati ſunt celeb. *Olaus Gerhard. Tychſenius* in *Repertorio* citato *Part.* X. *num.* III. *pag.* 95. 110. et *Schnurrerus* in diſſertatione ſupra ad pag. 432. citata.

Pag. 440. lin. 4. ſeqq. Recenſetur haec editio *Pentateuchi Arabici* a *Baumgartenio* in Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothek. *Tom.* V. *Part.* XXVIII. *pag.* 283. *ſequ.*

De Verſione graeca.

Pag. 440. et IV. 106. Ad hiſtoriam de verſione *graeca Alexandrina* ſeu LXX. Interpretum, ut vulgo appellatur, quod attinet, liber ſacis antiquiſſus eſt,

qui

qui sub *Aristeae* nomine de origine et historia huius translationis agit. Duae eiusdem idiomate Anglico prodierunt editiones, altera quidem Londini 1633. altera vero ibidem 1715. 8. minori, quae data opera recensentur a *Baumgartenio* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* X. *Part.* 55. *pag.* 29. 32. Alias eiusdem libri editiones et translationes varii generis, quae in eruditorum manibus versantur, in medium adduxit *Io. Albert. Fabricius* in *Bibliotheca graeca Lib.* III. *cap.* XII. §. 2. *Volum.* II. *pag.* 318. Conferas hic quoque ea, quae infra ad pag. 441. de historia in hoc libro narrata obseruabo.

Ibid. lin. 3. a fine, *Humphred. Hodius*) Dissertatio eius contra historiam *Aristeae* de LXX. Interpretibus prodiit Oxonii 1685. 8. et uberius recensetur in *Actis eruditorum Lipsiens. latin.* ad annum 1686. *pag.* 205. Hanc excepit liber eius de Bibliorum originalibus textibus, versionibus graecis et inprimis vulgata. *Oxonii* 1705. fol. quem uberius et doctissime recensent *Io. Clericus* in *Bibliotheca selecta. Tom.* VIII. pag. 345. *Reimannus* in *Catalogo Bibliothec. theologic. select. pag.* 259. et *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* X. *Part.* LV. *pag.* 26. 28. Varia contra *Hodii* asserta de *versione graeca Alexandrina*, quae *Wolfius* pag. 341. sequ. adduxit, erudite obseruavit *Anonymus* in *Symbolis literariis Bremensibus. Tom.* II. *fascic.* I. *pag.* 152. sequ.

Pag. 441. lin. 16. ad verba: *explosa sit hodie inter eruditos*) Horum, nisi me omnia fallunt, primus fuit *Ludovicus Viues* in *notis ad Augustinum de Civitate Dei Lib.* XVIII. *cap.* 42. Interim fuerunt nostris temporibus doctissimi viri, qui licet, dum legerent *Aristeae* historiam, fabulam cogitarent, per omnia tamen eandem fictam esse asserere non auderent, sed media potius via incedendum esse perhiberent, et a re certo gesta originem eius figmentis et mendaciis deformatam repetendam esse affirmarent. Quo referendus est praeter alios b. *Io. Ernest. Faber* in *Descriptione Commentarii in Septuaginta Interpretes dissert.* I. *pag.* 10. ubi coniicit, septuaginta istis viris, qui vulgo huius versionis auctores feruntur, ab *Alexandrinis* religione et reverentia erga codicem hebraeum plenis curam legis Mosaicae in graecam linguam transferendae quidem commissam fuisse, qui vero postea quinque tantum viris ex suo medio hunc laborem iniunxerint, a quibus absolutam *Pentateuchi* versionem cum LXX. isti viri approbauerint, reliquos libros Veteris Testamenti hebraicos ab aliis viris e suo medio ad id negotium selectis non multo postea, fortasse aetate *Ptolomaei Philometoris* graece translatos fuisse, unde versio ista populi iussu et auctoritate scripta publicam auctoritatem deinceps obtinuerit. Eadem fere ratione ante eundem *Carolus Ludovicus Runkelius* in dissertatione, quam de quaestionibus nonnullis criticis et philologicis sub praesidio *Io. Henric. Majii* Giessae 1707. defendit. *Thes.* I. negat, versionem hanc procurante *Ptolomaeo Philadelpho* prodiisse, id quod neque *Iosephus* affirmare voluerit, sed potius *Pentateuchum* saltem per viros LXXII. a *Iosepho* commemoratos graece esse translatum, quod postea occasionem aliis dederit, ut tota deinde versio graeca successive et ab

incertis auctoribus quoad reliquos libros compoſita verſionis Septuagintaviralis [illegible] a primis *Pentateuchi* graeci auctoribus obtinuerit. Idem vir doctus ſimu[illegible] ſententiam *Io. Lightfoothi*, prodiiſſe hanc ipſam verſionem iuſſu [illegible] nedrii Hieroſolymitani, et liquido demonſtrat, teſtimonium *Talmu[illegible]* ter alia idem *Lightfoothus* in *Horis* ſuis *hebraicis et Talmudicis*, in *[illegible] priorem epiſt. ad Corinthios cap.* VIII. adduxit, ita comparatum eſſe, [illegible] non probet, quae ipſi eſſent probanda. Vid. *Miſcellanea Groninganar. [illegible] faſcic.* II. *pag.* 323. 325. Varia quoque contra ea, quae de transmiſſo ab Eleazare Pontifice Iudaeorum maximo ad Ptolomaeum Regem exemplari ſacri codicis hebraei literis aureis conſignato narrat *Ioſephus Antiquitat. Iudaicar. Lib.* XII. *cap.* 2. obſeruavit *Io. Iacob Quandtius* in diſſertat. *de Atramento Hebraeorum.* (Regiom. 1713.) §. XIII. *pag.* [illegible] ſequ. Caeterum fontes, ex quibus derivanda eſt univerſa, quae de graeca *Alexandrina* verſione circumferri ſolet, hiſtoria, clariſſime detegere ſtuduit, et accuratiſſima omnium fere antiquorum ſcriptorum de origine eiusdem ſententiarum collatione optime meritus eſt celeb. noſter *Io. Gothofred. Eichhornius* in *Repertorio für bibliſche und morgenländiſche Litteratur. Part.* I. *num.* IX. *pag.* 266. *ſequ.*

Pag. 442. ad III. lin. 5. *in tredecim locis cet.*) De quo argumento plura obſeruarunt *Io. Lightfoothus* in *Horis hebraicis et Talmudicis*, in *Appendice ad priorem epiſtolam Pauli ad Corinthios cap.* VIII. et *S. V. Frideric. Wilhelm. Dresdius* in Programmate, *quo examini ſubiicitur ſententia Benjamin. Kennicotti de locis tredecim a Iudaeis in codice Ebraeo Ptolomaeo regnante praetermiſſis.* Witteberg. 1773. quod poſtea inſertum eſt eiusdem *Trigae commentationum academicarum criticam textus hebraei hodierni concernentium num.* 1. Vid. D. *Hirtii Bibliothec. oriental. et exeget. Part* III. *pag.* 145. 152.

Pag. 444. ad finem numeri III. *Tempus*, quo compoſita eſt haec verſio graeca, quod attinet, de eo etiam non una eademque eſt eruditorum ſententia. Vulgo a plurimis creditur, adornatam eſſe eandem longe ante tempora nati Chriſti, quod vero negavit recentiori tempore S. V. *Semlerus* in *Apparatu ad liberalem V. T. interpretationem Lib.* II. *cap.* 1. affirmans, tempus iſtud haud procul ab iſtis temporibus diſcedere.

Ibidem ad IV.) In numero *codicum verſionis graecae ſeptuagintaviralis* prae reliquis tum ob antiquitatem tum ob praeſtantiam ſuam ſeſe commendat *codex Coiſlinianus* III. qui hoc tempore aſſeruatur *Pariſiis* in *bibliotheca Sangermanenſi*, quem uberius deſcripſit *Montfauconius* in *Bibliotheca Coiſliniana pag.* 1. 32. et cuius potiores varias lectiones ſatis accurate et diligentiſſime excerpſit S. V. noſter D. *Io. Iacobus Griesbachius*, quae excerpta ex hoc codice idem poſtea *Repertorio für bibliſche und morgenländiſche Litteratur. Part.* I. *num.* III. *pag.* 83. 141. *Part.* II. *num.* IX. *pag.* 194. 240. inſeruit, quorum continuationem omnes harum rerum periti mecum optabunt.

Alius

Alius codex graecus huius verſionis aſſeruatus fuit quondam in *bibliotheca Colbertina Pariſienſi*, qui hodie exſtat in bibliotheca Regia Pariſienſi teſte celeb. *Friderico Andrea Strothio* in *Indice manuſcriptorum huius verſionis codicum* infra citando *num.* 39. qui continet fragmenta nonnulla ad textum ſeptuaginta Interpretum, prouti in *Hexaplis Origenis* exſtitit, pertinentia. Foliis tantum XXII. in pergameno ſcriptis conſtat, quorum ſeptem ad *Exodum*, tredecim ad *Leviticum*, et duo ad *Numerorum* librum ſpectant. Memorat hunc codicem praeter *Montefalconium* qui eundem in *Palaeographia graeca pag.* 187. ſeq. uberius deſcripſit, quoque *Io. Erneſtus Grabius* in epiſtola ad *Millium* infra adferenda, eumque in plurimis locis Alexandrino codici reſpondere contendit. Plura de eodem in medium adduxit *Daniel Maichelius* in Tractatu *de praecipuis Bibliothecis Pariſienſibus Part.* I. *cap.* II. *pag.* 54. 55.

Codex graecus Veteris Teſtamenti tenetur *Venetiis* in *bibliotheca S. Marci*, cuius lectiones nonnullas et recenſionem doctiſſimam ſuppeditarunt celeb. *Frideric. Andr. Strothius* tum in Programmate doctiſſimo, quod *lectiones nonnullas codicis graeci V. T. qui in bibliotheca S. Marci Venetiis aſſervatur*, exhibet, Quedlinburg. 1775. tum in *Repertorio für bibliſche und morgenländiſche Litteratur. Part.* II. *pag.* 67. 68. et Anonymus in eodem opere *Part.* IV. *pag.* 279. 282. Vid. quoque Perill. *Michaelis Bibliothec. orient. Part.* XVI. *pag.* 184. 190.

Alius codex graecus V. T. exſtat in *bibliotheca academica Lipſienſi*, qui Exodi particulam, *Leviticum*, *Numeros* et *Deuteronomii* partem continet, quae graecae verſionis fragmenta ex hoc codice collecta cum notis ſuis doctiſſimis duobus voluminibus in lucem publicam edidit celeb. *Io. Frideric. Fiſcherus* Lipſiae 1767. 1768. 8. Excerpta huius codicis quoque nonnulla celeb. *Carolus Fridericus Bahrdtius* editioni ſuae *Hexaplorum Origenis* inſeruit. Caeterum ipſe hic codex eſt venerandae antiquitatis, et *Fiſchero*, eiusmodi rerum iudice competente, teſte ad aetatem ſeptingentorum annorum exſurgit.

Vberiorem *catalogum omnium ferme codicum verſionis graecae Alexandrinae* manuſcriptorum orbis eruditus in acceptis refert celeb. *Frideric. Andr. Strothio*, qui eundem in *Repertorio* ſaepius memorato *Part.* V. *num.* II. *pag.* 94. 134. *Part.* VIII. *num.* VI. *pag.* 177. 205. exhibuit, quo in loco ſimul plurium codicum, quos recenſuit, deſcriptio doctiſſima et critico acumine ſe maxime commendans ſuppeditatur.

Recentiori aetate ante aliquot demum annos *Romae* in *bibliotheca Chiſiana* repertus eſt codex manuſcriptus exhibens verſionem *Alexandrinam* graecam libri *Danielis*, quae hactenus in vulgaribus huius verſionis editionibus deſiderata fuit. Editio eiusdem, quae in libro Gallorum periodico *Bibliothèque des Sciences* inſcripto *Tom.* XXXII. *pag.* 233. promiſſa fuit, tandem non ſine plauſu orbis eruditi edita eſt ſub titulo: *Daniel ſecundum* LXX. *Interpretes ex Tetraplis Origenis nunc primum editus e codice Chiſiano. Romae* typis Societatis de propaganda fide 1772.

plagul. 173. fol. Quam editionem iterum recudi curavit Perillustr. *Io. David Michaelis* tum sine notis *Goettingae* 1773. 8. tum vero cum annotationibus ubiorib[illegible] bus *Romanae* editionis et appendice dissertationum quarundam. *Goettingae*, 17[illegible]. Continet haec editio posterior praeter dedicationem et praefationem *Romanae* editioni praefixas testimonia eruditorum virorum de hoc ipso *Danielis* codice, [illegible] *Danielis* addita versione latina cum notis, Chronologiam *Danielis* secundum LXX. Interpretes, *Hippolyti* Interpretationem in *Danielem*, dissertationem de titulo versionis *Theodotioneae*, *Danielem* iuxta *Theodotionem* cum variis lectionibus ex codice *Chisiano*, comparationem versionis *Danielis* septuagintaviralis cum fragmentis *Theodotionis* ad *Danielem* spectantibus et Apologiam sententiae Patrum ecclesiasticorum de versione LXX. Interpretum, cum indicibus necessariis. Plura, quae de hoc codice graeco *Danielis* memoratu digna sunt, et quae imprimis ad conditionem eius spectant, legi possunt in Perill. *Michaelis Bibliotheca orientali et exegetica Part.* IV. *num.* 50. *pag.* 1. 44. *Ernestii Bibliotheca theologica novissima Tom.* III. *Part.* III. *pag.* 195. 211. *Bibliotheca Lemgovien[illegible] litteratur. germanic. selecta Tom.* IV. *pag.* 343. 360. VIII. 83. 109. et *Maschii Bibliotheca sacra Tom.* II. *Volum.* II. *Sect.* I. *pag.* 320. *sequ.* Egregie quoque de notitia huius codicis promeritus est celeb. *Io. Gothofredus Scharfenbergius* in *Specimine animadversionum, quibus loci nonnulli Danielis et interpretum eius veterum praesertim graecorum illustrantur et emendantur.* Lipsi. 1774. 8. quod pluribus recensuit D. *Hirtius* in *Bibliotheca orientali et exegetic. Part.* VII. *pag.* 232. 243. Plura de hoc argumento in medium satis erudite adduxit clariss. M. *Samuel Theophilus Wald*, in dissert. quae sistit *Specimen* I. *curarum in historiam textus vaticiniorum Danielis.* Lipsi. 1783.

Ad *editiones* versionis graecae LXX. Interpretum quod spectat, inter rariores omnino referendae sunt imprimis eae, quae prodierunt una cum Novo Testamento graeco *Venetiis* apud *Aldum* 1518. fol. et *Wecheliana Francofurti* 1597. fol. quas uberius recensent *Theophilus Sincerus* in *Collectione nova librorum antiquorum et rariorum. Tom.* II. *Part.* III. *pag.* 255. 257. et in *Analectis litterariis de scriptis rarioribus pag.* 4. *sequ.* *Io. Fabricius* in *Historia Bibliothecae Fabricianae Tom.* I. *pag.* 6. 8. *Frideric. Gotthilf. Freytagius* in *Apparatu litterario Tom.* I. *pag.* 138. *sequ.* et *Knochius* in historischcritischen Nachrichten von einer Braunschweigischen Bibelsammlung. *Part.* II. *pag.* 157. 166.

Editio *Io. Ernest. Grabii*, quae prodiit Oxonii 1707. 1709. uberius recensetur quoad Partem eius secundam in *Museo librorum noverum. Part.* II. pag. 89. 98. Ibidem quoque Part. X. *pag.* 761. 771. reperitur insertum iudicium *Theologi* cuiusdam *Hispani* in epistola eius ad Abbatem *Bignonium* expressum. Plura de eadem observavit *Io. Henric. Bohnius* in dissertat. *de codice ebraeo restituendo. pag.* 14. seq.

Alias easque longe plures versionis huius editiones praeter *Fabricium* a *Wolfio* citatum copiose recensent *Io. Georg. Schelhornius* in *Amoenitat. litterar. Tom.*

III.

III. *pag.* 24. *sequ.* *Io. Georg. Walchius Bibliothec. theologic. select. Tom.* IV. *pag.* 51. sequ. *Baumgartenius Bibliothec. Halens. Tom.* VII. *Part.* XLII. *pag.* 481. 488. et *Maschius* in *Bibliotheca sacra Tom.* II. *Volum.* II. *Sect.* I. *pag.* 256. *sequ.*

Caeterum, quibus hodierna aetate instructus esse debeat futurus huius versionis editor, et qua ratione haec versio tandem sit accuratissime et emendatissime edenda, pluribus docuit *Iosephus White* in scripto Anglico inscripto: *A letter to the rigth reuerend the Lord Bishop of London (Lowth) suggesting a plan for a new edition of* LXX. — *Oxford* 1779. 8. cuius argumentum doctissime delineavit S. V. *Doederlinus* in *Bibliotheca theologica selecta. Tom.* I. *Part.* V. *pag.* 342. 352. Quo etiam spectant ea, quae de vitiis editionum versionis Alexandrinae praestantissimarum Perill. *Michaelis* in *Bibliothec. oriental. et exegetic. Part.* IX. *num.* 153. *pag.* 162. 166. doctissime observavit.

Pag. 445. lin. 25. ad verba *Wolfii. Hebraeo codice usos cet.*) Ab hac sententia, quae priscis temporibus maxime inter Philologos obtinuit, varii eruditi antiquiorum et recentiorum temporum in alias partes discesserunt. Alii enim cum *Hottingero* a *Wolfio* citato sibi persuadent, interpretes *Alexandrinos* in adornanda sua graeca versione, praesertim in *Pentateucho* secutos fuisse textum *Samaritanum*, quo pertinent *Wilhelmus Postellus*, *Ludovicus de Dieu*, *Iohannes Buxtorfius* iunior in dissertat. *de litteris hebraicis* §. 4. aliique, quibus recentiori aetate accessit celeb. *Io. Matthias Hassencampius* in dissertat. *de Pentateucho* LXX. *Interpretum non ex hebraeo, sed ex Samaritano textu conuerso. Marburgi* 1765. quae doctissima dissertatio recensetur ab *Ernestio Bibliothec. theologic. nov. Tom.* VI. *Part.* IV. *pag.* 379. 384. Vrget hic ipse Auctor pro adstruenda hac sententia imprimis miram convenientiam, quae inter hanc versionem et *Samaritanum* textum obtinet, praesertim iis in locis, in quibus haec versio a textu hebraeo discrepare videtur. Licet autem sententiam suam idem Auctor ingeniosissime ornauerit, varia tamen loco citato ab *Ernestio* contra hanc sententiam mouentur. Alii contra propugnant sententiam, interpretes *Alexandrinos* neque ex exemplari pure hebraeo neque ex *Samaritico* textu, sed potius ex codice hebraeo-graeco, qui hebraicum textum graecis literis exhibuerit, versionem suam confeciſſe. Fovent hanc sententiam imprimis *Io. Lightfoothus* apud *Waltonum* in *Apparatu biblico. Cap.* VII. §. XII. *pag. m.* 282. *edit. Tigur. Io. Henric. Hüpedenius* in Tractatu von der wahren Ursache und Bedeutung der ausserordentlichen Punkte in der hebräischen Bibel. (Hannouer. 1751. 4.) pag. 53. S. V. *Io. Sal. Semlerus* in *Apparatu ad liberalem V. T. interpretationem. Lib.* II. *cap.* 1. et, qui prae ceteris eandem uberius confirmare studuit, celeb. *Olaus Gerhard. Tychsenius* tum in Tentamine *de variis codicum hebraeorum manuscript. generibus* pag. 53. sequ. tum in suo *Tentamine liberato*, quo hanc sententiam suam ab obiectionibus Perill. *Michaelis*, S. V. *Dathii* et aliorum vindicare sustinuit. Argumenta eius potiora pro hac sententia in medium adduxit b. *Hirtius* in *Bibliotheca orientali et exegetica Part.* III. *pag.* 89. *sequ.* Caeterum

terum plura de hac ipſa ſententia in medium adduxerunt *Erneſtius* in *Bibliotheca theologic. nouiſſim. Tom.* II. *Part.* IV. *pag.* 375. ſequ. *Io. Grauemannus* in diſſert. quae exhibet *Hypomnemata critica ad illuſtrationem hypotheſeos de codicibus hebraeo-graecis V. Teſtam. Halae* 1771. *Michael Merckelius* in freyen Abhandlungen und Prüfungen einiger neuen Meinungen. *num.* 2. *Maſchius* in *Bibliotheca ſacra Part.* II. *Vol.* II. *pag.* 54. *Praefat.* et cel. *Eichhornius* in *Introductione in V. T. Part.* I. *pag.* 33 - 338.

Pag. 446. lin. 7. et IV. pag. 168. ad *Wolfii* verba: *Verſionem, qualis hodie exſtat, deprauatiſſimam eſſe cet.*) Vitia et varia menda huius verſionis, variasque eiusdem diſcrepantias a textu hebraico Veteris Teſtamenti pluribus obſeruarunt *Io. Erneſt. Grabius* in Tractatu *de variis vitiis verſioni* LXX. *Interpretum ante Origenis aevum illatis.* Oxonii 1710. 4. et in *annotationious ad Geneſ.* XLIX. ex codice manuſcripto *Bibliothecae Bodlejanae* a celeb. *Paulo Iacobo Brunſio* editis et inſertis *Repertorio für bibliſche und morgenländiſche Litteratur. Part.* IV. *num.* 1. *pag.* 1. 40. celeb. *Ioh. Gottfrid. Eichhornius* in eodem *Repertorio Part.* I. *num.* IV. *pag.* 141. 168. vir doctus Anonymus *ibidem Part.* VI. *pag.* 104. 125. 208. 263. et alii bene multi ſcriptores. Saepiſſime haec ipſa verſio diſcedit a conſueta accentuum hebraicorum conſecutione, quod praeter alios *Io. Uhre* in diſſert. *de uſu accentuum hebraicorum* (Vpſal. 1737.) inde derivandum eſſe cenſet, quod hi Interpretes graeci *Alexandrini* adhibuerint codicem hebraeum non punctatum. Confundunt hi ipſi interpretes ſaepius unam vocem hebraicam cum altera, quod variis exemplis in medium adductis clariſſime demonſtrarunt *Io. Gottlibius Bidermannus* in Heſſiſchen Hebopfer. *Tom.* IV. *pag.* 38. et *Io. Rudolph. Battierius* in *Miſcellaneis Duisburgenſibus. Tom.* II. *Faſcic.* I. pag. 128. 129. Deceptos eſſe praeterea LXX. Interpretes *transpoſitionibus* crebrioribus vocum in hebraeo Veteris Teſtamenti codice obviis, luculenta ratione demonſtravit *Io. Friſchmuthius* in diſſert. *de flebili Meſſiae in cruce pendentis gemita Eli cet. cap.* I. §. 16. Simili ratione quoque idem *Friſchmuthius* in *diſſertatione de Proſopographia Meſſiae ad Ieſ.* IX, 6. in hoc ipſo loco *Cap.* I. §. 26. diſcrepantiam *Alexandrinae* verſionis a textu hebraico atro carbone notavit. Forte ex hoc ipſo fonte deriuandum eſt, quod Patres eccleſiae priſcae dicta Teſtamenti veteris in Novo Teſtamento citata non ex LXX. in quibus interdum corrupta ſunt, ſed potius eodem fere modo, quo in Novo Teſtamento leguntur, adduxerint, quod praeter alios de dicto Zachar. XII, 10. egregie obſeruavit *Io. Friſchmuthius* in diſſert. *de Meſſia confixo* ad *Zachar.* XII, 10. *Cap.* III. §. 15. ubi quoque §. 13. potiores cauſae diſcrepantiae huius verſionis a textu hebraico notantur. Vid. quoque *Io. Georgii Geret Comment. de cauſis diſcrepantiae verſionis* LXX. *viralis a textu hebraico. Witteberg.* 1742. Certiſſime de *Hieronymo* hebraice et graece doctiſſimo conſtat, eundem in interpretationibus ſuis limpidis textus hebraici maſorethici potius fontibus quam verſioni *Alexandrinae* immanere voluiſſe, cuius rei clariſſima ſpecimina praeter alios adduxit *Wagenſeilius* in *Commentatione*

de

de dicto cluſſeo Geneſ. XLIX, 10. *pag.* 123. *ſequ.* Interim, licet ipſe hic *Hieronymus* interdum in ſcriptis ſuis de textu hebraeo ſatis honorifice loquatur, quod praeter alios teſtatur *Io. Friſchmuthius* in *diſſert. de perforatione manuum pedumque Meſſiae. Cap.* II. *pag.* 18. in nonnullis locis ſacri codicis Veteris Teſtamenti tamen ab eodem in gratiam *Alexandrinae* verſionis textum hebraicum deſeri iampridem obſervavit *Arnoldus Bootius* in *Vindiciis ſeu apodixi apologetica pro hebraica veritate.* (Pariſ. 1653. 4.) *pag.* 185. 214. *ſequ.* Subinde quoque idem *Hieronymus* verſionem *Aquilae* vehementer laudare eamque verſioni *Alexandrinae* praeferre ſolet. Sic enim, ut ſaltem unicum hic adiiciam locum, in *quaeſtionibus* ſuis *ad Geneſ.* III. *ſcripſit*: „*Melius puto illud, quod habetur in hebraeo, Aquila tranſtulit.*„ Cui loco addantur verba eiusdem *Hieronymi*, quae exſtant in *epiſtola* eius *ad Marcellam* de voce *Diapſalma*, *Tom.* II. *Operum pag.* 707. *edit. Martianaei.* Eadem fere ratione *Origenes in Philocalia ſua. Cap.* XIV. *pag.* 114. edit. *Tarini* de *Aquila* interprete graeco haec perhibet: ὁ κυριώτατα ἑρμηνεύειν φιλοτιμούμενος Ἀκύλας, quibus verbis *Aquilam* aptiſſimum hebraei codicis interpretem fuiſſe haud obſcure innuitur. Quid reliqui Patres de lectionibus verſionis huius et reliquarum verſionum graecarum ſtatuerint, abunde conſtat ex ſymbolis criticis ad verſionem *Alexandrinam* ex *Iuſtino Martyre* aliisque Patribus eccleſiaſticis collectis a celeb. *Frider. Andrea Strothio*, quae inſertae ſunt *Repertorio für bibliſche und morgenländiſche Litteratur. Part.* II. *num.* III. *pag.* 66. 124. *Part.* III. *num.* VI. *pag.* 213. 258. *Part.* VI. *num.* IV. *pag.* 124. 163. ex quibus ſimul clariſſime patet, qua ratione ex ſcriptis Patrum primitivae eccleſiae emendandae ſint reliquiae verſionum graecarum Veteris Teſtamenti. Quid *Flauius Ioſephus* de hac verſione ſenſerit, uberius diſquirunt *Io. Frideric. Cotta* in *diſſert. de nova hypotheſi Guilielm. Whiſtoni de codice hebraeo ex Flauii Ioſephi libris emendando.* Goettingae 1736. Perilluſtr. *Io. David Michaelis* in praeſtantiſſima *commentatione* germanica *de uſu ſcriptorum Ioſephi in re critica Veteris Teſtamenti*, quae inſerta eſt eius *Bibliothecae orientali et exegeticae Part.* V. pag. 221. 251. VII. *pag.* 189. 216. ſequ. *Ludouicus Timotheus Spittlerus* in *programm. de uſu verſionis Alexandrinae apud Ioſephum.* Goetting. 1779. et *Io. Gottfrid. Scharfenbergius* in *Proluſ. de Ioſephi et verſionis Alexandrinae conſenſu.* Lipſ. 1780. 8. Omnino mirandum eſt propter vitia, quibus haec ipſa verſio ſcatet, *Bellarminum* aliosque romanae eccleſiae doctores auctoritatem *Alexandrinae* verſionis adeo euehere, ut affirmare non erubuerint, LXX. Interpretes emendatiora, quam hodie proſtent, exemplaria manuſcripta textus hebraei ſecutos fuiſſe, quod *Pontificiorum* commentum praeter alios ſolide refutarunt *Bartholom. Mayerus* in *diſſertat. de* LXX. *Hebdomadibus Danielis* (Lipſ. 1628.) *pag.* 164. ſeq. et *Chriſtian. Kortholtus de variis Scripturae ſacrae editionibus pag.* 55. ſequ. Obſeruarunt quoque iampridem doctiſſimi viri, *Iſaacum Voſſium* huic ipſi translationi maiorem, quam par eſt, tribuiſſe auctoritatem, dum eandem pro authentica habendam arbitratur, et textui hebraeo utpote corrupto praeferendam

eſſe

esse, de qua hypothesi *Vossii* conferendus est *Wolfius Tom.* II. *Biblioth. hebr. pag.* 30. quae sententia, cum a plurimis iisque doctissimis viris satis et abunde confuta sit, hodie ab omnibus exsibilatur tefte *Christ. Matth. Pfaffio* in *Introductione in Historiam Theol. litterariam. Tom.* I. *pag.* 63. Tempus ipsum, quo varia menda et corruptelae in hanc versionem irrepserunt, licet maxime sit incertum, id tamen negari vix poterit, Christi et Apostolorum temporibus hanc versionem satis accurate textui hebraico respondisse, quod b. *Io. Gottlob. Carpzouius* in *Vindiciis criticis codicis sacri hebraei contra Guilielm. Whistonum.* (Lipſ. 1724. 4.) pag. 4. 8. solide comprobauit. Forte originem suam traxerunt hae corruptelae versionis *Alexandrinae* ab ipsis Iudaeis, qui versioni *Alexandrinae* alias in maximo pretio ab ipsis habitae sacrilegas manus inferre ausi sunt, quod ipsum *Iustinus Martyr* in *dialogo cum Tryphone*, *Origenes Homilia* XVI. *in Ieremiam*, *Hieronymus* aliique Iudaeis exprobrarunt, et illi ipsi ingenue confessi sunt. Loca quaedam Patrum huc spectantia et *R. Asarjae* in medium adduxit *Iohannes Balthasar Burkhardus* in *Miscellaneis Duisburgensibus. Tom.* II. *Fascic.* I. *pag.* 99. 100. Plura de vitiis et interpolationibus, quae in versione graeca *Alexandrina* deprehenduntur, in medium adduxerunt *Io. Eberhard. Busmannus* in Oratione *de genio linguae hebraeae*, *Io. Frider. Cotta* in dissertat. *de codice hebraeo ex Flavii Iosephi libris emendando.* (Goetting. 1736.) §. 20. Perillustr. *Io. David Michaelis* in *Bibliotheca orientali et exegetica. Part.* IX. *pag.* 166. *sequ.* celeb. *Georg. Christian. Knappius* in dissertationibus duabus *de versione Alexandrina in emendanda textus hebraei lectione caute adhibenda.* Halae Magdeburg. 1775. 1776. *Io. Christlieb. Koenneke* in programmate *de variis causis dissensus versionis Alexandrinae ab Archetypo.* Magdeburg. 1771. et alii, quos in superioribus iam adduxi.

Interim, licet multa omnino menda in hac versione graeca LXX. Interpretum a doctissimis viris deprehensa fuerint, tantum abest, ut ei omnem usum in interpretatione sacri codicis denegarent, ut potius haec ipsa versio a nonnullis pro primario fere adminiculo eiusdem habeatur. Singularis omnino usus est, quem imprimis haec versio in interpretando *Novo Testamento* exhibet, de quo etiam *Wolfius* noster hoc in loco verba fecit. Quo etiam spectant *Io. Henr. Michaelis dissert. de usu* LXX. *Interpretum in Novo Testamento*, a *Wolfio* citata, quae prodiit Halae 1709. et *Christian. Frideric. Schmidii dissertationes duae de versione Alexandrina optimo interpretationis sacrorum librorum N. T. praesidio*, in quibus loca plurima epistolae ad *Hebraeos* et *Iacobi* doctissime ex hac versione illustrantur. Lipsiae 1763. 1764. Neque minorem usum exhibent versiones graecae *Alexandrinorum* et reliquorum Interpretum graecorum in indaganda vera et genuina tum significatione tum interpretatione vocum hebraicarum, quod argumentum prae caeteris doctissime pertractauit celeb. *Io. Frideric. Fischerus* in *Prolusionibus de versionibus graecis librorum V. T. literarum hebraicarum magistris.* Lipsiae 1772. 8. cuius argumentum a me indicatum est in b. *Hirtii Bibliotheca orientali et exegetica.*

Part. V. pag. 165. 185. Caeterum pluribus de hoc usu versionis Alexandrinae conferenda est *Iohannis Pearsonii Commendatio et defensio septuaginta interpretum versionis*, quam *Bibliis graecis Cantabrigiae* 1665. impressis idem praemisit, quae postea una cum *Philippi Melanchtonis epistola eiusdem argumenti* Bibliorum graecorum editioni recusa est *Helmstadii* 1694. 4.

Varia sunt, quae eruditi viri de versione graeca LXX. Interpretum observarunt, quae vero hic loci non in medium adferam, cum nimis longum esset. Vnicam saltem iis, quae memorata sunt, adiungo obseruationem, quam infra testimoniis Hieronymi confirmabo. Interpretes *Alexandrini*, quotiescunque vocem אלהים de Deo vero adhiberi reperirent in hebraeo textu, pro eodem substituunt unitatis numerum, unde suis lectionibus subduxerunt id, quod hebraea legentibus conceptum pluralitatis personarum in divina essentia suppeditare poterat, quod praeter alios obseruauit b. *Io. Andreas Danzius* in *dissert. de divina inter coaequales de primo homine condendo deliberatione ad Genes.* I, 26. (Ien. 1711.) §. 21. Causam, quare LXX. hoc fecerint, indicat *Hieronymus* in *Praefatione in Pentateuchum*, *Operum Tom.* III. *pag.* 10. *edit. Lipsiens.* his verbis: „*Iudaei prudenti factum dicunt esse consilio, ne Ptolemaeus unius Dei cultor etiam apud Hebraeos duplicem divinitatem deprehenderet. Quod maxime idcirco faciebant, quia in Platonis dogma cadere videbatur. Denique ubicunque sacratum aliquid Scriptura testatur de Patre, Filio et Spiritu sancto, aut aliter interpretati sunt, aut omnino tacuerunt, ut et Regi satisfacerent et arcanum fidei non vulgarent. Et nescio, quis primus auctor septuaginta cellulas Alexandriae mendacio suo exstruxerit, quibus divisi eadem scriptitarint, cum Aristaeas — et multo post tempore Iosephus nihil tale retulerint, sed in una basilica congregatos contuliisse scribant, non prophetasse. Aliud est enim vatem, aliud est esse interpretem. — Aut aliter de eisdem libris per septuaginta Interpretes, aliter per Apostolos Spiritus Sanctus testimonia texuit, ut, quod illi tacuerunt, hi scriptum esse mentiti sint. — Illi interpretati sunt ante adventum Christi, et, quod nesciebant, dubiis protulere sententiis. — Sicubi in translatione tibi videor errare, interroga Hebraeos, diversarum urbium magistros consule. Quod illi habent de Christo, nos codices non habent.* „ Idem in *praefatione in Iesaiam Operum loc. citat. pag.* 11. scripsit: „*Apud Latinos tot sunt exemplaria, quot codices, et unusquisque pro arbitrio suo vel addidit vel subtraxit, quod ei visum est. — Dolere Iudaeos ibidem* memorat, *quod eis calumniandi et irridendi Christianos ablata sit occasio. cet.*„ Idem in *praefatione in translationem latinam Esaiae Operum loc. citat. pag.* 18. profitetur, *ex sua coniectura noluisse septuaginta Interpretes tunc temporis fidei suae sacramenta perspicue Ethnicis prodere, ne sanctum canibus et margaritas porcis darent.*

Pag. 447. De versionibus *Aquilae*, *Symmachi*, *Theodotionis*. *quinta*, *sexta* et *septima* graeca versione plura obseruarunt *Io. Drusius* in Tractatu *de quaestionibus per epistolam.* (1695.) *Epist.* XLI. XLII. *pag.* 74. 84. *Masius* in *Bibliotheca sacra. Tom. II. Volum. II. Sect. pag.* 220. *sequ.* et celeb. *Bentleius* in *Introduct.*

duct. in V. T. Part. I. *pag.* 338. *sequ.* et alii scriptores, quos infra memorabo. Vid. quoque b. *Walchii Bibliothec. theolog. select. Tom.* IV. *pag.* 145. Omnes has versiones graecas, quae suo tempore integrae reperiebantur, in unum corpus collegit *Origenes* Saeculo IV. quod opus diuersis sub nominibus *Tetraplorum*, *Hexaplorum* et *Octaplorum Origenis* celebritatem maximam est assecutum. Equidem nolo hic omnia veterum de hoc opere adferre testimonia. Quaedam saltem verba Hieronymi adiungam de ratione et conditione harum omnium versionum, et de stupendo studio, quod *Origenes* in iisdem ordine disponendis suscepit, ex quibus simul clarissime patebit, quid iste doctissimus Pater de auctoritate harum versionum graecarum senserit. Sequenti ratione iste scripsit in *praefatione in Pentateuchum Oper.* Tom. III. pag. 10. „*Origenes editioni antiquae translationem Theodotionis miscuit, asterisco et obelo omnia distinguens, dum aut illucescere facit, quae minus ante fuerant; aut superflua quaeque iugulat et confodit; maxime quae Euangelistarum et Apostolorum auctoritas promulgauit, in quibus multa de veteri Testamento leguntur, quae in nostris codicibus non habentur.*„ Idem *in praefatione in Iobum Oper. Tom.* III. *pag.* 17. haec scribit: „*Origenes obelis astericisque omnia veteris instrumenti volumina distinxit, quos vel additos, vel de Theodotione sumtos antiquae translationi inseruit, probans defuisse*, quod additum est.„ In alio loco satis illustri simul de depravatione τῶν LXX. testimonium perhibens in *praefatione ad lib. Paralipom. Oper. Tom.* III. *pag.* 14. scribit: „*Cum pro varietate regionum diversa ferantur exemplaria, et germana illa antiquaque translatio corrupta sit atque violata — Origenes non solum exempla composuit quatuor editionum, e regione singula verba describens, ut unus dissentiens statim caeteris inter se consentientibus inter se arguatur; sed, quod majoris audaciae est, in editione τῶν* LXX. *Theodotionis editionem miscuit, asteriscis videlicet designans, quae minus fuerant, virgulis, quae ex superfluo videbantur apposita.*„ Idem in *praefatione in Danielem Oper. pag.* 19. *Tom.* III. de versione *Danielis*, *Theodotioni* quae tribuitur, obseruat, eandem *multum a veritate discordare, unde eadem recto iudicio repudiata sit.* Alia eiusdem loca silentio praetermitto, cum ex adductis satis constet, quid *Hieronymus* de versionum graecarum antiquarum indole et studiis *Origenis Hexaplaribus* iudicauerit.

Cum vero, quod omnino dolendum est, vastum opus *Origenis*, in quo permulta simul ad emendandam versionem *Alexandrinam* congesserat, iniuria temporis quoque perierit, tantum fragmenta versionum *Aquilae* et reliquorum graecorum Interpretum ad nostra usque peruenerunt tempora, quae prius multo studio ex Patrum ecclesiasticorum, qui tempore *Origenis* et post eum scripta consignaru t et opere *Hexaplari* uti potuerunt, monumentis literariis impressis fuerunt co quirenda et in ordinem redigenda. Desudarunt imprimis in hoc labore satis m lesto et operam maxime laudandam collocauerunt, qui primo loco hic nominari merentur, *Flaminius Nobilius* et *Iohannes Drusius*. Prioris notas in varias le-

ctiones

ſtiones verſionis graecae ſeptuaginta interpretum *Waltonus* in *biblijs polyglottis Anglicanis* Tom. VI. num. 9. ſuis notis auxit, quae etiam poſtea editioni *Romanae Alexandrinae* verſionis adiectae ſunt. Poſterior longe auctiora edidit veterum interpretum graecorum in totum V. T. fragmenta verſione et notis illuſtrata *Arnhemiae* 1622. 4. His ſubſidiis inſtructus *Bernhardus Montefalconius* veſtigia antecеſſorum ſuorum ſedulo preſſit, eademque, quod ab eius doctrina in literis graecis facile exſpectari poterat, longe ſuperavit, in opere egregio, quod ſub titulo: *Hexaplorum Origenis quae ſuperſunt, multis partibus auctiora, quam a Flaminio Nobilio et Io. Druſio edita fuerunt. Pariſiis* 1713. 1714. duobus Tomis fol. edidit, de qua editione uberius legantur Auctores *Actorum eruditorum Lipſienſ. germanic. Volum.* II. *Part.* XXIV. *pag.* 1013. 1028. *Muſei librorum novorum Tom.* III. *Part.* XXXIII. *pag.* 589. 600. 665. 683. et b. *Baumgartenius* in Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothek. *Tom.* VII. *Part.* XLII. pag. 491. ſequ. Quam editionem *Montefalconii* recentiſſimo tempore celeb. *Carolus Fridericus Bahrdtius* ſ. t. *Hexaplorum Origenis quae ſuperſunt auctiora et emendatiora, quam a Flaminio Nobilio, Io. Druſio et tandem Bernhard. de Montfaucon concinnata fuerunt, adiectis ſuis notis. Lipſiae et Lubecae* duobus Tomis, 1769. 1770. 8. mai. denuo in lucem publicam prodire curauit, in qua editione haec omniſſae verſionis latinae graecorum fragmentorum a *Montefalconio* ſuae *Hexaplorum Origenis* editioni adiectae acceſſerunt variae lectiones codicis graeci particularum V. T. manuſcriptarum ex codice bibliothecae academicae *Lipſienſis*, de quo ſupra ad pag. 444. IV, quaedam obſeruata ſunt. Spem quoque fecit celeb. Autor huius editionis ſuae duabus partibus addendi Partem tertiam, in qua edere promiſit *Lexicon* duplex in uſum verſionum graecarum earumque fragmentorum conſcriptum, cuius editionem mecum optabunt omnes, quibus res critica Veteris Teſtamenti curae cordique eſt. Ceterum uberius haec ipſa *Bahrdtiana* editio recenſetur ab *Erneſtio* in *Bibliotheca theologica nova Tom.* IX. *Part.* VI. *pag.* 483. 494. et in *Bibliotheca theolog. noviſſima Tom.* I. *Part.* III. *pag.* 195. 199. et ab Auctoribus der Lübeckiſchen Nachrichten von theologiſchen Schriften. *Tom.* II. *Part.* XII. *pag.* 1062. 1079. Memorari quoque hoc in loco merentur *Curae Hexaplares* varii generis ad emendanda et reſtituenda verſionum graecarum fragmenta potiſſimum ſpectantes, in quibus habita ſimul ratione ad *verſionem Alexandrinam* multa cum laude verſati ſunt *Io. Auguſt. Erneſtius* paſſim in *Bibliotheca theologica*, *Io. Fridericus Fiſcherus*, *Io. Salomo Semlerus*, *Io. Chriſtoph. Doederlinus*, *Io. Erneſtus Grabius*, *Io. Gothofredus Scharfenbergius*, *Paulus Iacobus Brunſius*, *Fridericus Andreas Strothius* et alii permulti doctiſſimi viri, quorum ſcripta huc pertinentia in Appendice ſtatim adiicienda memorabo.

His omnibus, quae a me huc usque ad ſupplendas *Wolfii* mei curas de verſione graeca V. T. prolata ſunt, adiungo tandem appendicis loco *Indicem ſcriptorum de verſionum graecarum V. T. ratione et indole, auctoritate, uſu et emendatio-*

dationibus, qui quidem, licet ob multitudinem scriptorum huius argumenti absolute perfectus a mea notitia limitibus suis circumscripta haud exspectari possit, tamen est compositus, ut omni qua fieri posset, accuratione secundum ordinem alphabeticum dispositus appareret, nullumque scriptum memoratu dignum minus maius sive minus, in eodem omitteretur. Sequentia vero huc pertinent scripta:

Anonymi scriptum *Anglicum* sub titulo: *A Vindication of the History of the Septuagint from the Misrepresentations of the learned Scaliger*, Dupin, Doct. *Hody*, *Prideaux and other modern Criticks. Londini* 1736. 8. Pluribus hunc librum recensuit *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* XI. *Part.* LXIV. *pag.* 329. 334.

Anonymi, qui sub literis I. S. S. latere voluit, Notae ad observata *Humphred. Hodii Lib.* II. *de Versionibus* una cum eiusdem animadversionibus in versionem LXX. Interpretum, quae leguntur inserta *Symbolis litterariis Bremensibus* a *Conrad. Ikenio* editis *Tom.* II. *Part.* I. *pag.* 152. 178.

Bahrdtii, D. *Carol. Frideric.* Annotationes editioni suae *Hexaplorum Origenis* adiectae. Vid. quae observata sunt in his Analectis ad pag. 447.

Eiusd. Apparatus criticus ad formandum interpretem Veteris Testamenti congestus. Volumen I. Lipsiae, 1775. 8. mai.

Bernardi, *Dauid.* dissert. de locis quibusdam LXX. Interpretum ex sententia *Lamb. Bosii* emendandis. Witteb. 1721.

Io. Henric. Bolmii dissert. de restituendo codice hebraeo. Ienae 1770.

Arnoldi Bootii et *Francisci Taylori* Examen praefationis *Io. Morini* in Biblia graeca de textus ebraici corruptione et graeci autoritate. Lugd. Batau. 1636. 12.

Eiusd. Vindiciae seu apodixis apologetica pro hebraica veritate contra —, *Io. Morinum* et *Ludouicum Cappellum*. Paris. 1653. 4. mai.

Pauli Iacobi Brunsii Curae *Hexaplares* in *librum* IV. *Regum*, quae insertae leguntur in *Repertorio für bibliſche und morgenländiſche Litteratur. Part.* VIII. *num.* IV. *pag.* 85. 112. IX. *num.* IV. *pag.* 157. 196. X. *num.* II. *pag.* 58. 95. Quo etiam spectant eiusdem *Additamenta ad Montefalconii Hexapla*, quae continent variantes lectiones codicis graeci antiquissimi Psalmorum, qui asseruatur in bibliotheca Bodlejana Oxonienſi, et leguntur in *Repertorio litteraturae biblicae et orientat. Part.* XIII. *num.* VI. *pag.* 177. 199. Vid. quoque, quae infra obseruabo de versione *Syriaca* Veteris Testamenti.

Antonii van Dale dissertatio super *Aristeam* de septuaginta interpretibus. Amstelodami 1705. 4. qui liber uberius recensetur in *Actis erudit. Lipsiens. latinis* ad annum 1705. pag. 519. et a *Reimmano* in *Catalogo bibliothecae theologic. pag.* 25.

Io. August. Dathii dissert. de *Aquilae* reliquiis interpretationis *Hoseae*. Lipsiae 1757. quam doctissimam dissertationem sub eius praesidio a celeb. *Moro*

defen-

defenſam pluribus recenſent Auctores der vollſtändigen Nachrichten von kleinen akademiſchen Schriften ad annum 1758. *Part.* IV. *pag.* 373. 384.

Eiusd. progr. de difficultate rei criticae in veteri Teſtamento caute diiudicanda. (Lipſ. 1762.) §. III. IV. V.

D. *Io. Chriſtoph. Doederlini* Specimen collationis textus hebraei hodierni cum verſione graeca *Alexandrina* variantiumque lectionum ex iis collectarum, quod reperitur in eiusdem Viri ſummae Venerabilis Specimine curarum exegeticarum et criticarum in quaedam Veteris Teſtamenti oracula. (Altorf. 1770. 8.) num. IV. pag. 122. 136.

Eiusd. Specimen emendationum in verſionem graecam *Alexandrinorum* LXX. Interpretum, quod ibidem legitur *num.* V. *pag.* 137. ſequ.

Eiusd. Supplementa et emendationes ad Origenis Hexapla in libros *Iudicum* et vaticinia *Ieremiae*, quae inſerta ſunt *Repertorio für bibliſche und morgenländiſche Literatur. Part.* I. *num.* VII. pag. 217. 256. qui et eandem operam *Threnis Ieremiae* conſecravit. Vid. *Repertor. memorat. Part.* VI. num. VIII. pag. 195. 207.

D. *Frider. Wilhelm. Dresdii* Programma, quo examinatur *Beniamin. Kennicotti* ſententia de locis tredecim a Iudaeis in codice hebraeo *Ptolomaeo* regnante praetermiſſis. Witteberg. 1773. quod inſertum etiam legitur eiusdem *Trigae commentationum academicarum criticam textus hodierni Ebraei concernentium.* (Lipſ. 1773. 8.) Pluribus recenſetur hoc ſcriptum a. b. *Hirtio Bibliothec. oriental. Part.* III. *pag.* 145. 152.

Io. Gottfrid. Eichhornii Obſervationes ad textum prophetae *Ieremiae*, quas inſeruit iſte Vir celeb. ſuo *Repertorio litterat. oriental. Part.* I. *num.* IV. *pag.* 141. 168.

Eiusd. Comment. de fontibus, ex quibus derivandae ſunt variae narrationes de ortu et hiſtoria verſionis graecae *Alexandrinae*, quae legitur in *Repertorio* citato, *num.* IX. *pag.* 266. 280.

Eiusd. *Introduct. in V. T. Part.* I. *pag.* 286. 385.

Io. Erneſt. Fiſcheri diſſertationes ſ. t. Deſcriptio commentarii in LXX. Interpretes. Diſſert. I. II. Goetting. 1768. 1769. quas pluribus recenſuit *Erneſtius* in *Bibliothec. theologic. nov. Tom.* X. *Part.* VI. *pag.* 574. ſeq.

Io. Frideric. Fiſcheri Exodi particula atque *Leviticus*, graece edita ex manuſcripto codice bibliothecae *collegii Paulini Lipſienſis.* Lipſ. 1767. 8.

Eiusd. *Numeri* et *Deuteronomii* particula ex eodem codice edit. Lipſ. 1768. 8. Vid. ſupra obſervata ad pag. 444. num. IV.

Eiusd. Clavis reliquiarum verſionum graecarum V. Teſt. *Aquilae*, *Symmachi*, Theodotionis ſpecimen, Lipſ. 1758. 8. quod recenſetur ab Auctoribus der vollſtändigen Nachrichten von kleinen akademiſchen Schriften ad annum 1758. *Part.* IX. *pag.* 861. 872.

Eiusd. Praelectiones de versionibus graecis librorum V. T. literarum hebraicarum magistris, quibus accessit prolusio, qua nonnulli loci versionum graecarum oraculorum *Malachiae* illustrantur et emendantur. Lipsiae 1772. 8. mai. Quem librum doctissimum pluribus recensent Perillustr. *Io. David Michaelis* in *Bibliothec. oriental. et exegetic. Part.* V. *pag.* 243. seq. *Ernestius* in *Bibliothec. theolog. recentiss. Tom.* II. *Part.* VI. *pag.* 493. 508. *Illustius Bibliothec. oriental. et exegetic. Part.* V. *pag.* 165. 185. et Auctores der Lübeckischen Nachrichten von theologischen Schriften. *Tom.* III. *Part.* VI. *pag.* 540. 550.

Io. Georgii Geret Diss. historico-critica de causis discrepantiarum Versionis LXXviralis a textu originali. Wittebergae 1742.

Io. Ernest. Grabii Tract. de variis vitiis LXX. Interpretum versioni ante *Origenis* aevum illatis et remediis ab ipso in *Hexaplari* eiusdem versionis editione adhibitis, deque huius editionis reliquiis tam manuscriptis quam prelo excusis. Oxonii 1710. 4. Perrarus liber est teste *Io. Vogtio* in *Catalogo librorum rariorum pag. m.* 315. qui pluribus recensetur ab Auctoribus *Actorum erudit. Lipsiens. germanic. Tom.* I. *Part.* II. *pag.* 95. seq.

Eiusd. Epistola ad *Io. Millium*, qua ostenditur, libri *Iudicum* genuinam LXX. Interpretum versionem eam esse, quam Ms. *codex Alexandrinus* exhibet, *Romanam* autem editionem huius libri ab illa prorsus diversam, neque eandem cum *Hesychiana* esse. Oxonii 1705. fol. quod opusculum doctissimum recensetur a *Baumgartenio* in Nachrichten von einer hallischen Bibliothek. *Tom.* VII. *Part.* XLII. pag. 489.

Eiusd. Notae manuscriptae, in apparatu codicum bibliothecae *Bodlejanae* latitantes ad *Geneseos* caput XLIX. in publicam lucem editae a *Paulo Iacobo Brunsio* et exhibitae in *Repertorio litteraturae oriental. Part.* IV. *num.* 3. *pag.* 1. 40.

Io. Grauemanni dissert. exhibens hypomnemata critica ad illustrationem hypotheseos de codicibus hebraeo-graecis Veteris Testamenti. Halae Magdeburg. 1771.

D. *Io. Iacob. Griesbachii* Excerpta ex *Codice Coisliniano* reliquiarum versionis graecae V. T. quae inserta sunt *Repertorio litterar. oriental. Part.* I. *num.* III. *pag.* 83. 141. *Part.* II. *num.* IX. *pag.* 194. 240. Vid. observata mea supra ad pag. 444. num. IV.

Michael. Grouert dissert. de versione LXX. Interpretum, a quibus sit adornata. Regiom. 1706.

M. *Io. Godofred. Hasse* Specimen *libri* IV. *Regum Syro-Hexaplaris*, e Manuscripto *Parisiensi Syriace* editum, cum textu versionis *Alexandrinae* hexaplaris restituto et notis. Ienae 1782. 8. mai. Vid. quae infra observabo de versione V. Testam. Syriaca.

Io. Matthiae Hassencampii dissert. de *Pentateucho* LXX. Interpretum graeco, non ex hebraeo, sed *Samaritano* textu conuerso. Marpurgi 1765. quae re-

cense-

censetur ab *Ernestio* in *Bibliothec. theolog. nou. Tom.* VI. *Part.* IV. *pag.* 379. 384.

Eiusd. Tractatus germanicus inscriptus: der wahre Ursprung der alten Bibelübersetzungen. Mindae 1775. 8.

Claudii Frees Hornemanni Specimen I. exercitationum criticarum in versionem LXX. Interpretum ex *Philone Alexandrino.* Goetting. 1773. 8. mai. Doctissime recensetur hic liber a Perill. *Io. Dauid. Michaelis* in *Bibliotheca oriental. et exegetic. Part.* IV. *num.* 59. *pag.* 160. 169. et *Ernestio* in *Bibliothec. theolog. nouissim. Tom.* III. *Part.* V. *pag.* 461. 469. *Specimen* II. harum exercitationum prodiit Hafniae 1776. 8. cui praemissae sunt obseruationes ad illustrationem doctrinae de canone V. T. ex *Philone*, et adiecta est in fine sylloge variarum lectionum textus versionis Alexandrinae ex editionibus *Complutensi*, *Aldina*, *Romana* et *Grabiana*, quod pluribus recensuerunt *Ernestius Bibliothec. theolog. nouissim. Tom.* IV. *Part.* IV. pag. 243. 250. Autores *Bibliothecae Berolinensis uniuersal. Tom.* XXXI. *Part.* II. *pag.* 563. sequ. et Autores *Bibliothec. Mietauiens. uniuersal. theolog. Part.* IX. *pag.* 21. 29.

Antonii Hulsii Authentia codicis ebraei sacri contra criminationes *Isaac. Vossii* vindicata. Roterod. 1662. 4.

Georg. Christian. Knappii dissert. I. et II. de versione *Alexandrina* in emendanda lectione textus hebraei caute adhibenda. Halae Magdeburg. 1775. 1776. Pluribus argumentum harum doctissimarum dissertationum recensent Perill. *Michaelis* in *Bibliothec. oriental. et exegetic. Part.* IX. *num.* 136. *pag.* 17. seq. et vir doctus Anonymus in *Bibliotheca Mietauiensi uniuersal. theolog. Part.* VIII. *pag.* 347. sequ.

Io. Christlieb. Koenneke Programma de variis causis dissensus versionis *Alexandrinae* ab archetypo. Magdeburg. 1771. Vid. *Bibliothec. select. Lemgouiens. litterat. german. Tom.* I. *pag.* 520.

Maschius Bibliothec. sacr. Tom. II. *Volum.* II. *Praefat.* et ibidem *Sect.* I. tota.

Christian. Frider. Matthaei Animaduersiones ad *Origenis Hexapla* ex codice *Bibliothecae Synodi Mosquensis* excerptae ad *Genesin* et partem *Exodi*, insertae *Repertorio litterat. oriental. Part.* IV. *num.* VI. *pag.* 257. 278.

Christian. Ernest. Meerheimii Historia critica de septuaginta Interpretum graeca versione. Lipsiae 1754. 8. de qua conferenda est b. *Kraftii Bibliotheca theologica Volum.* IX *pag.* 605. *sequ.*

Gerhard. Mayeri Historia de versione quam vocant LXX. virali. Witteberg. 1708. 8.

Io. Henric. Michaelis dissert. de usu LXX. Interpretum in Novo Testamento. Halae Magdeburg. 1709.

Io. Dauid. Michaelis Programma germanicum, quo sunt in LXX. *Interpretum*

pretum verſionem praelectiones ipdixit. Goetting. 1768. 8. et in *Bibliotheca orientali et exegetica* variis in locis, imprimis *Part.* IX. *num.* 154. *pag.* 166. ſeq.

Io. Morini Exercitationes biblicae de hebraei graecique textus ſinceritate, germana LXXII. Interpretum translatione dignoſcenda, illiusque cum Vulgata conciliatione. Pariſ. 1633. 4. quae poſtea altera Parte auctae ibidem ſ. t. *Exercitationes biblicae* 1669. fol. prodierunt.

Henrici Oweni ſcriptum Anglice exaratum ſ. t. *Enquiry into the preſent ſtate of the ſeptuagint verſion of the old Teſtament, by D. Henry Owen.* — Londini 1769. 8. Auctor huius libri in ea verſatur ſententia, verſionem *Alexandrinam* una cum textu hebraeo Veteris Teſtamenti a Iudaeis ſtudioſe corruptam eſſe, unde maximopere deſiderat, ut omnes, quotquot conquiri poſſint, verſionis huius graecae codices manuſcripti ſtudioſe et accurate inter ſe conferantur. Caeterum prodiit quoque germanica huius libri translatio, quae recenſetur in Brittiſchen theologiſchen Magazin. *Tom.* III. *Part.* I. *pag.* 72. *ſequ.*

Iohannis Pearſonii Commendatio et defenſio Septuaginta Interpretum verſionis, cui ſubiuncta eſt *Philipp. Melanchtonis* Epiſtola fere eiusdem argumenti. Helmſtad. 1694. 4.

Io. Gottfrid. Scharfenbergii Programma de *Ioſephi* et verſionis *Alexandrinae* conſenſu. Lipſ. 1780.

Eiusd. Specimen animaduerſionum, quibus loci nonnulli *Danielis* et interpretum eius veterum praeſertim graecorum illuſtrantur et emendantur. Lipſiae 1774. 8. quod recenſetur a b. *Hirtio* in *Bibliotheca oriental. et exegetic. Part.* VII. *pag.* 232. 243.

Eiusd. Animaduerſiones, quibus fragmenta verſionum graecarum V. T. a *Bernhard. Monteſalconio* collecta illuſtrantur. *Specimen* I. Lipſ. 1776. II. 1780. 8. mai. Primum ſpecimen doctiſſime recenſuit *Erneſtius* in *Bibliotheca theologic. recentiſſ. Tom.* IV. *Part.* VI. *pag.* 447. 456.

Schleusneri, Io. Frider. collationis Proverbiorum Salomonis cum Bibliis polyglottis Londinenſibus et Hexaplis Origenianis Specimen. Lipſ. 1782.

Schmidii, D. Chriſtian. Friderit. diſſert. I. et II. de verſione *Alexandrina* optimo interpretationis librorum ſacrorum praeſidio. Lipſ. 1763. 1764.

Chriſtian. Schotani Diatribe de Auctoritate verſionis graecae LXX. Interpretum, contra *Iſaac. Voſſium.* Franecker. 1692. 4.

Io. Ludouic. Schulzii diſſert. qua mutationes in textu *Alexandrino* a *Grabio* factae ex coniectura, ad examen reuocantur. Halae Magdeburg. 1768.

Io. Nicol. Schwebelii Progr. de *Pſeudo-Ariſtea.* Onoldi 1770.

D. *Io. Salom. Semleri* Epiſtola ad D. *Io. Iacob. Griesbachium* de emendandis graecis V. T. Interpretibus. Halae Magdeburg. 1770. 8. mai. de quo doctiſſimo plura memorat *Erneſtius* in *Bibliotheca theolog. nouiſſim. Tom.* I. *Part.* III. *pag.* 200. 208.

Ludou.

Ludou. Timoth. Spittleri Programma de uſu verſionis *Alexandrinae* apud *Ioſephum*. Goetting. 1779. de qua proluſione plura in medium adduxit S. V. *Doederlinus* in *Bibliotheca ſelecta theologic. Tom.* I. *Part.* I. *pag.* 68. 73.

Io. Auguſt. Starckii diſſert. de uſu verſionum antiquarum interpretationis Scripturae ſ. ſubſidio. Regiom. 1773.

Frider. Andr. Strothii Programma, quod lectiones nonnullas codicis graeci V. Teſtamenti exhibet, qui *Venetiis* in bibliotheca *S. Marci* aſſeruatur. Quedlinburg. 1775.

Eiusd. Symbolae criticae ad illuſtrandam et emendandam *Alexandrinorum Interpretum* verſionem ex *Iuſtino Martyre* aliisque patribus eccleſiaſticis collectae, quae leguntur in *Repertorio litteraturae oriental. et biblicae Part.* II. *num.* III. *pag.* 66. 124. *Part.* III. *num.* VI. *pag.* 213. 258. et *Part.* VI. *num.* IV. *pag.* 124. 163. *Part.* XIII. *num.* IV. *pag.* 158. 168.

Eiusd. Index criticus omnium codicum verſionis Alexandrinae manuſcriptorum, qui inſertus eſt *Repertorio* citato *Tom.* V. *num.* II. *pag.* 94. 134. *Part.* VIII. *num.* VI. *pag.* 177. 205. *Part.* XI. *pag.* 45. 72.

Franciſc. Taylor. Vid. ſupra ſub voc. *Arnold. Bootius.*

Caroli Theophili Tetzelii Comment. de verſionis graecae *Alexandrinae* in gratiam *Helleniſtarum* confectae auctoritate et genuino charactere. Lipſiae 1766.

Caroli Auguſt. Thieme diſſert. pro puritate *Symmachi*. Lipſiae 1755. Argumentum doctiſſimae huius commentationis academicae exhibetur ab Auctoribus der vollſtändigen Nachrichten von kleinen akadem. Schriften ad annum 1756. *Part.* IX. *pag.* 833. 841.

Iſaaci Voſſii Tract. de LXX. Interpretibus, eorumque translatione et chronologia. Hagae-Comitum 1661. 4. Eiusd. Appendix ad librum de LXX. Interpretibus, continens reſponſiones ad obiectiones variorum Theologorum. Plura de hoc libro memorant *Loeſcherus* in Tract. de *cauſis linguae hebraeae. pag.* 181. et *Walchius* in *Bibliothec. theologic. ſelecta. Tom.* IV. *pag.* 142. Vid. quoque *Wolf.* ſupra *Tom.* II. *Bibliothec. hebr. pag.* 30.

Iacob. Vſſerii Syntagma de graeca LXX. Interpretum verſione. Londini 1665. Lipſ. 1695. 4. Quem librum uberius recenſent *Reimannus* in *Catalogo bibliothec. theologic. pag.* 266. et in *Acceſſionibus ad eundem pag.* 158. et *Iacob. Wilhelm. Blaufuſius* in Beyträgen zur Erweiterung der Kenntniß merkwürdiger und ſeltener Bücher. *Part.* II. *pag.* 244. 253.

Chriſtian. Samuel. Weiſii Epiſtola, qua veteres Interpretes graecos literarum hebraicarum magiſtros, linguarum quoque cognatarum in hebraica uſus moderatores eſſe, exemplo verbi בלה docuit. Lipſiae 1763.

Iohannis Wowerii Syntagma de graeca et latina Bibliorum interpretatione. Hamburgi 1617. 8.

Neque defuerunt literatiſſimi viri, qui *Concordantias* et *Lexica* verſionum graecarum, ſpeciatim *Alexandrinae* in lucem publicam ederent. Quo ſpectant ſequentes libri itidem ordine alphabetico diſpoſiti:

Io. Chriſtian. Bielii Lexicon in LXX. quod omnibus reliquis huius generis libris palmam praeripuit. Prodierant iam anno 1740. eiusdem Auctoris *ſpecimina novi Theſauri philologici, ſive Lexici in* LXX. *et alios V. T. Interpretes, ut et in ſcriptores apocryphos Veteris Teſtamenti*, quae Tractatui eius doctiſſimo de lignis ex Libano ad templum Hieroſolymitanum aedificandum petitis appendicis loco fuerunt adiecta. Quae cum partim propter inſignem copiam et ubertatem obſervationum criticarum, partim propter eximiam graeci idiomatis et gloſſarum antiquarum graecarum notitiam, quae in iſtis reperiebantur coniunctae, vehementer ſe commendarent doctis viris, inde natum eſt deſiderium, ut totum hoc opus tandem in lucem publicam prodiret. Cum vero varia impedimenta fuerint, quae editionem huius *Theſauri philologici* remorarentur, tandem celeb. *E. H. Mutzenbecher*, verbi divini Miniſter eccleſiae Lutheranae Haganae meritiſſimus editionem huius operis a multis diu ſatis expetiti in ſe ſuſcepit. Conſtat haec editio, quae nondum finita eſt, quatuor partibus. Prodiit autem ſub titulo: *Iohannis Chriſtiani Biel*, Paſtoris quondam ad D. Vlric. et Ioann. Brunovicenſ. *Novus Theſaurus philologicus, ſive Lexicon in* LXX. *Interpretes et ſcriptores apocryphos Veteris Teſtamenti. Ex b. Auctoris Manuſcripto edidit et praefatus eſt E. H. Mutzenbecher. — Pars* I. et II. *Hagae-Comit.* 1779. 8. mai. *Pars.* III. ibid. 1780. 8. mai. et *Pars.* IV. adhuc eſt in promiſſis. Plura de conditione praeſtantiſſimi huius operis in medium adduxit S. V. *Doederlinus* in recenſione eiusdem, quae legitur in eiusdem *Bibliotheca theologica ſelecta. Tom.* I. *Part.* I. *pag.* 1. 25. et *Tom.* II. *Part.* V. *pag.* 339. *ſequ.* Partem primam et ſecundam eiusdem quoque doctiſſime recenſuit Perill. *Michaelis* in *Bibliothec. oriental. et exeget. Part.* XVI. *num.* 255. *pag.* 168. 178.

Io. Frideric. Fiſcheri Clavis reliquiarum verſionum graecarum V. T. *Aquilae, Symmachi, Theodotionis* Specimen. Lipſiae 1758. 8. Vid. ſupra in Indice ſcriptorum de verſionibus graecis V. T. Idem auctor celeb. in hoc libello ſpem fecit edendi tum clavem *Alexandrinae* verſionis integrae tum clavem *ſex caeterarum verſionum graec.* fragmentorum, quae ſcripta ut mox prodirent, valde optandum eſt.

Conrad. Kircheri Concordantiae Veteris Teſtamenti graecae, hebraeis vocibus reſpondentes. Francofurti 1607. 4. duobus voluminibus. Librum hunc, quem *Vogtius* in *Catalogo* ſuo *librorum rariorum pag. m.* 382. raritate ſua eximia ſe commendare affirmat, pluribus recenſent *Baumgartenius* in Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothek. *Tom.* VII. *Part.* XLII. *pag.* 493. 495. et *Walchius* in *Bibliothec. theolog. ſelecta. Tom.* IV. *pag.* 311. *ſequ.*

Zacha-

Zachariae Roſenbachii Lexicon breve in LXX. Interpretes et libros apocryphos V. Teſtamenti. Herborn. Naſſou. 1634. 8.

Abraham. Trommii Concordantiae graecae Veteris Teſtamenti LXX. Interpretum. Volum. II. Amſtelodami et Traiecti ad Rhenum 1718. fol. de quo libro plura memorat *Baumgartenius* in *Relationibus de Bibliotheca Halenſi Tom.* VII. *Part.* XLII. *pag.* 495. 497.

Plura, quae ad hiſtoriam verſionum graecarum Veteris Teſtamenti ſpectant, dabunt *Io. Henric. Hottingerus* in *Theſauro philologico Lib.* I. *Cap.* III. *Sect.* III. *pag.* 278. 376. et *Io. Gottlob. Carpzouius* in *Critica ſacra Veteris Teſtamenti Part.* II. *Cap.* II. et III. *pag.* 481. 585.

Verſio Perſica.

Pag. 448. De auctore eius *Ioſepho Tauos*, cuius hoc in loco fecit mentionem *Wolfius*, idem nonnulla memorat in *Bibliotheca hebr. Tom.* I. *pag.* 597. *num.* 1052. ad quem locum varia in Analectis his obſeruata ſunt, quae verſionem *Perſicam* Veteris Teſtamenti ab hoc auctore compoſitam concernunt.

Verſio Turcica.

Pag. 449. Addatur in fine ſequens editio particulae biblicae: Quatuor prima *Geneſeos* capita *Turcice* et *latine*, ex gemino *Pentateuchi* manuſcripto codice eruta, notulis inſtructa, auctore *Nicol. Guilielm. Schroedero.* Lipſ. 1739. 4.

Verſio Hiſpanica.

Pag. 452. ſegment. 2. *Eadem charactere Romano — Amſtelod. in domo Ioſeph. Athiae)* Plura de hac editione memorant *Clement. Bibliothec. curieuſ. et crit. Tom.* III. *pag.* 452. *Hagemannus* in Nachrichten von den Ueberſetzungen der heiligen Schrift. *pag.* 64. et *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* II. *Part.* X. *pag.* 283. 287.

Integris editionibus translationis *Hiſpanicae* Bibliorum ſacrorum a *Wolfio* memoratis addenda eſt omnino alia, quae inſcribitur: *La Biblia, que es los ſacros Libros del viejo y Nuouo Teſtamento - Secunda Edition reuiſta y conferida con los textos Hebreos y Grecos y con diuerſos translaciones, par Cypriano de Valera. Amſtelod. typis Lorentii Iacobi.* 1662. fol. quam editionem in oris Germaniae omnino rariſſimam pluribus deſcripſerunt *Chriſtian. Kortholtus* in *Tract. de variis Script. ſ. editionibus. Cap.* XXIV. *pag.* 317. *Fabricius* in *Hiſtoria Bibliothecae Fabricianae Tom.* I. *pag.* 13. 14. et *Theophilus Sincerus* in *Collectione nova librorum antiquorum et rariorum. Tom.* II. *Part.* III. *pag.* 257. 259.

Ibid. lin. penult. *Pſalmi Hiſpanice* 12. *Ferrariae* 313. C. 1553.) Procul dubio haec editio prodiit ex officina *Ferrarienſi Abrahami Oſqui* ſeu *Vſque* typographi clariſſimi, qui reliquos libros quoque *Ferrariae* typis Hiſpanicis impreſſit,

quod obſeruauit doctiſſimus *Iohannes Bernhardus Deroſſi* in Tractatu *de typographia hebr. Ferrarienſi Cap. V. pag. 81. edit. Erlangenſ.*

Pag. 453. *Pſalmi hebr. cet. per Iacob. Iehuda Arieh Amſtelod. 431. C. 1671.*) Plura de hac verſione in medium adduxerunt *Wolfius Tom. III. Bibliothec. hebr. pag. 466.* et *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom. IX. Part. LI. pag. 203. 206.*

Verſio hebraeo-germanica.

Pag. 454. IV. 182. *R. Iekuthiel ben Iſaac Blitz*) Plura de eiusdem verſione Iudaeo-germanica obſeruauit *Wolfius Bibliothec. hebr. Tom. I. pag. 698. III. 621. num. 1287.* ſimulque conferantur ſupplementa mea ad priorem locum.

Pag. 456, lin. 9. Addatur ad hunc locum verſio Iudaeo-germanica *Pentateuchi*, quam clariſſimus *Moſes Mendelſohnius* recentiſſimo tempore adornauit, cuius ſpecimen germanice additis adnotationibus *Rabbinicis* in lucem publicam edidit *Chriſtianus Gottlob. Meyerus*, quod recenſetur pluribus a S. V. *Seilero* in gemeinnützigen Betrachtungen der neueſten theologiſchen Schriften, ad annum 1780. *Part. II. pag. 479. ſequ.*

Pag. 459. *Novum Teſtamentum Iudaeo-germanicum. Cracouiae 1540. fol.*) Librum hunc rarioribus adnumerandum eſſe literaturae monumentis obſervat *Vogtius* in *Catalogo librorum rariorum. pag. m. 666.*

Novum Teſtamentum Chriſtian. Molleri. Francof. ad Viadr. 1700. 4.) Exempla huius editionis perrara eſſe, quod ipſi Iudaei pleraque ſuis ſumtibus comparata flammis tradiderint, ne ſibi fraudi eſſent, memorat *Vogtius loc. citato pag. 666. 667.* Caeterum pluribus hanc editionem recenſuit *Baumgartenius* in Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothek. *Tom. III. Part. XIV. pag. 111. ſequ.*

Eliae Schadei) Vberius hanc editionem deſcripſit idem *Baumgartenius loc. citato. Tom. V. Part. XXIX. pag. 377. ſequ.*

Memorat adhuc *Wolfius Tom. IV. Bibliothecae hebraeae pag. 202. ſequ.* exemplar verſionis Iudaeo-germanicae *Pſalmorum* mutilum, quod ipſe poſſedit. Eandem editionem integram quondam poſſedit *Baumgartenius*, quam paucis recenſuit in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom. VII. Part. XLI. pag. 389. 390.* ubi obſeruat, non *Mantuae*, uti *Wolfius* coniicit, ſed potius *Tiguri* anno minoris ſupputationis 318. Chriſti 1558. forma ſedecima impreſſam eſſe hanc editionem, quam anni et loci mentionem quoque ſubſcriptio ipſius libri, quae in fine exſtat, valde confirmat.

Pag. 460. IV. 206. Iis, quae *Wolfius* de verſionibus Veteris Teſtamenti commentatus eſt, appendicis loco nonnulla de verſione *Armenica*, *Syriaca*, et *Aethiopica* ſubiungo:

Exemplar integrum *verſionis Armenicae* Bibliorum ſacrarum quondam exſtitit in bibliotheca *Roymundi Kraftii de Delmenſingen-Vlmenſi*, cuius editio anno

1706.

1706. elegantissimis typis et nitidissima charta impressa est, quod memorat *Io. Georg. Schelhornius* in *Amoenitatibus literariis. Tom.* III. *pag.* 24.

Ad singulos libros *Armenice* versos quod attinet Veteris Testamenti, nullus eorum mihi innotuit praeter *Obadiam Armenum*, quem *Andreas Acoluthus* Lipsiae 1680. 4. cum multis iisque doctissimis annotationibus edidit, in cuius praefatione idem Auctor de historia et conditione *versionis Armenicae* sacri codicis plura in medium adduxit. De qua etiam prae ceteris conferantur *Io. Ioachimus Schroederus* in dissertatione *de antiquitate, fatis, indole et usu linguae Armenicae, Thesauro* suo *linguae Armenicae*, qui Amstelodami 1711. 4. prodiit, praefixa. *Cap.* IV. §. V. seq. pag. 58. *Maschius* in *Bibliotheca sacra. Tom.* II. *Volum.* I. *Sect.* IX. *pag.* 169. 181. *celeb. Eichhornius Introduct. in V. T. Part.* I. Pag. 540. 545. et *Io. Henric. Bohnius* in dissert. *de codice hebraeo restituendo. pag.* 16. *seq.*

Versionem Syriacam Veteris Testamenti quod attinet, iam supra observatum est, eandem in *bibliorum polyglottorum Parisiensium* et *Londinensium* editionibus exstare, cuius *excerpta* adiectis simul adnotationibus et nova versione latina edidit *Christ. Cellarius* Cizae 1682. 4. quo anno etiam prodierunt eiusdem *excerpta Novi Testamenti Syriaci*, quae anno sequenti excepit eiusdem *Cellarii Glossarium Syro-Latinum* utriusque Testamenti excerptis memoratis accommodatum.

Codex egregius *Syro-hexaplaris* ineditae Bibliorum sacrorum versionis *Syro-Estrangelae* asseruatur *Milani* in *bibliotheca Ambrosiana*, quem uberius et satis accurate descripsit *Io. Bernhard. Derossius* in *Specimine ineditae et hexaplaris Bibliorum versionis Syro-Estrangelae cum simplici atque utriusque fontibus graeco et hebraeo collatis*, cum duplici latina versione, notis et *praemissa dissertatione de hoc ipso codice rarissimo Ambrosiano. Parmae* 1778. 4. mai. quem libellum a Peril. *Michael.* in *Bibliothec. oriental. Part.* XIII. *pag.* 149. 160. uberius descriptum praemissis quibusdam observationibus de eodem argumento *Repertorio* suo *oriental. litterat. Part.* III. *num.* V. *pag.* 187. 212. inseruit cel. *Io. Gottfrid. Eichhornius.* Praeter *Derossium* quoque de hoc ipso codice egregie commentatus est celeb. *Paulus Iacobus Brunsius* in *Repertorio* memorato. *Part.* III. *num.* IV. *pag.* 166. 187. De auctore versionis *Syriacae hexaplaris* doctissime commentatus est cel. *Eichhornius* in *Repertorio. Part.* VII. *num.* VII. *pag.* 225. 250. quae varia quoque, quae huc spectant, egregie illustrat.

Versatur praeterea in *Bibliotheca Regia Parisiensi* codex manuscriptus *Syro-Heptaplaris*, qui librum IV. Regum, Hebraeorum secundum, cuius apographon cel. Brunsius quondam in usum *Kennicotti* descripsit. Plura de auctore, aetate, praestantia huius codicis doctissime observarunt celeb. *Brunsius* in *Curis Hexaplaribus* in *librum* IV. *Regum* insertis *Repertorio litteraturae oriental. Part.* VIII. *num.* IV. *pag.* 85. 112. IX. *num.* IV. *pag.* 157. 196. X. *num.* II. *pag.* 58. 95. et celeb. *Eichhornius* ibidem *Part.* VII. *num.* VII. *pag.* 225. 250. Specimen huius codicis libri IV. Regum Syro-Heptaplaris ex apographo huius codicis

Syriace edidit cum textu versionis *Alexandrinae hexaplari* inde restituto et adiectis notis suis clariss. M. *Io. Godofred. Hasse* Ienae 1782. 8. mai. quod caput nonum libri huius exhibet, in cuius praefamine spem fecit aliquando integrum hunc codicem notis suis instructum in lucem publicam edendi.

Caeterum de ratione insignis consensus, qui inter *Syriacam* et *chaldaicam Proverbiorum Salomonis* versionem intercedit, egregie commentatus est celeb. *Io. August. Dathius* in Prolusione peculiari, quae Lipsiae 1764. prodiit.

Plura de versione *Syriaca* V. T. egregie observarunt *Maschius* in *Bibliotheca sacra Tom.* II. *Volum.* I. *Sect.* IV. *pag.* 54. 71. et celeb. *Eichhornius Introduct. in V. T. Part.* I. *pag.* 435. 484.

Aethiopice quoque versos esse nonnullos sacri codicis Veteris libri constat. Sic Prophetiam *Ionae* aethiopice cum latina versione edidit in lucem publicam *Theodorus Petraeus Lugduni Batau.* 1660. 4. mai. et postea *Benedictus Andreas Staudacherus* prodire fecit Ionam vatem Aethiopice et latine cum glossario Hethiopico-harmonico in eundem et Geneseas priora capita *Francofurti ad Moen.* 1706. 4. Simili ratione *Io. Georg. Nisselius librum Ruth.* aethiopice ex vetusto manuscripto ex oriente ad se adlato edidit *Lugduni Batauorum* 1660. 4. mai. de qua editione ut et de *Petraei* curis in versionem Ionae supra memoratis quaedam attulit *Baumgartenius* in *Relationibus de Bibliotheca Halensi Tom.* IV. *Part.* XXIV. *pag.* 477. nonnulla refert.

Psalterium quod attinet, de eo Aethiopice edendo praeclare meruit *Io. Potkenius*, cuius editio polyglotta Psalterii huc spectans prodiit *Coloniae* 1513. 1518. de qua editione plura memorant *Wolfius Bibliothec. hebr. Tom.* II. *pag.* 358. et S. V. *Io. Dieteric. Wincklerus* in Κειμηλίοις *Bibliothecae regiae Berolinensis Aethiopicis pag.* 63. *sequ.* quam excepit postea *Iobi Ludolfi* Psalterium aethiopice et latine editum, adnexis hymnis et orationibus Veteris et Novi Testamenti, ut et *Cantico Canticorum* cum variis lectionibus et notis. *Francof. ad Moen.* 1701. 4. Vid. *Baumgarten. loc. citat. Tom.* VIII. *Part.* 48. *pag.* 477. 479. Plura de aethiopica translatione tamquam egregio codicem hebraeum restituendi subsidio in medium adduxit *Io. Henric. Bohnius* in *dissertat.* I. *de restituendo codice hebraeo pag.* 18. 22. *Maschius* in *Bibliotheca sacra Tom.* II. *Volum.* I. *Sect.* VI. *pag.* 140. 143. *sequ.* et celeb. *Eichhornius Introduct. in V. T. Part.* I. *pag.* 545. 550.

Ad Librum III. De Masora.

Pag. 461. *lin.* 5. *Ierem.* III, 7. פָּרוֹכֶת sed hoc est pro פרוֹכֶת ex Piel.

Pag. 462. Commentum hoc, *Masorae* originem ad *Mosen* ipsum referendam esse, quod nonnulli Rabbinorum finxerunt, solide discussit praeter alios *Michael Merckelius* in freyen Abhandlungen und Prüfungen verschiedener Meinungen einiger Gelehrten. (Leipzig 1776.) num. 5.

Pag.

Pag. 465. Inter recentiores aevi noſtri Philologos quoque eel. *Tychſenius* in differt. ſua doctiſſima *de Pentateucho Samaritano ab Ebraeo eoque Maſorethico exemplari deſcripto*, quae *Buetzovii* 1765. prodiit, *Maſoram* recentius inventum nonnullorum privatorum fuiſſe perhibet, de quibus tamen haud ſtatuendum ſit, illos textum hebraicum depravaviſſe. Vid. quoque eiusdem Buetzowiſche Nebenſtunden *Part.* II. *pag.* 29. *ſequ.* et conferas ſimul Lübeckiſche Nachrichten von gelehrten Leuten und Schriften *Tom.* II. *Part.* VII. *pag.* 652.

Pag. 469. *R. Iacob Ben Chajim*) Huic acceptam refert totam Maſoram, et originem eius ad Saeculum poſt C. n. XV. referre maluit S. V. *Semlerus* in *Inſtitutione breuiori ad liberalem doctrinam theologicam pag.* 23. Vid. b. *Erneſtii Bibliothec. theolog. nov. Tom.* VII. *Part.* VII. *pag.* 621.

Pag. 471. *ad finem Capitis primi*) Recentiori tempore quoque b. *Io. Chriſtian. Wibelius* conſilium in animo ſibi propoſuit *Maſoram parvam* in lucem edendi, quod palam profeſſus eſt in ſuo *Conſilio de procuranda nova editione Maſorae parvae, una cum addito ſpecimine eandem Maſoram quoad tria priora Geneſeos capita exhibente. Noriberg.* et *Wilmersdorfii* 1738. 8. quod ſcriptum recenſent Auctores der frühaufgeleſenen Früchte von alten und neuen theologiſchen Sachen ad A. C. 1738. *Part.* 30. Vid. quoque b. *Erneſt. Frid. Neubaueri* Nachrichten von den ietztlebenden Evangeliſchen Lehrern in und um Deutſchland. *Part.* II. *pag.* 1028. *ſequ.*

Pag. 473. lin. 8. שמונה) Pro hac voce in editione Francofurtenſi de anno 1720. exſtat vox חמשה.

Pag. 475. Dinumerationis literarum hebraicarum in codice ſacro exſtantium veſtigia egregia, quae in Talmudis Pandectis exſtant, collegit diligenter *Chriſtoph. Hauemannus* in *Symbolis literariis Bremenſibus Tom.* III. *Part.* III. *p.* 483. *ſeq.*

Ibid. not. f. Labori huic *Cornelii Pittelii* ſimilem quoque ſuſcepit *Io. Buxtorfius Tiberiad. cap.* XVIII. ex carmine heroico, cuius auctor habetur *Elias Raf Saadias Gaon*, quod exhibuit *Buxtorfius* loco citato *pag.* 171. 174. et computus eius exſtat *pag.* 176. 179. qui ita a *Pittelii* computo differt, ut ſummam conficiat computatam a *Wilhelm. Schickardo* in ſuo *Bechinath happeruſchim pag.* 47. nempe ſummam 815280. Sic enim apud *Buxtorfium* memoratur ו reperiri vicibus 47154 ב 11052. etc. In reliquis vero congruit cum numero a *Pittelio* computato.

Pag. 479. Scriptoribus a *Wolfio* memoratis, qui punctorum vocalium codicis hebraei antiquitatem indubitatam confirmare ſtuduerunt, addantur *Henric. Wilhelm. Clemmius* in der theologiſchen Unterſuchung der Frage, ob die heilige Schrift des Alten Teſtaments dunkel und zweydeutig wäre, wenn die hebräiſchen Punkte kein göttliches Anſehen hätten. *Tubingae* 1752. 8. *Ludou. Hercules Daſerus* in differt. qua *origo et auctoritas punctorum hebraicorum*

divina

divina asseritur. Tubingae 1729. quae opposita est b. D. *Cottae* dissertationi, cujus summam exhibuit *Wolfius* noster *Tom.* IV. *pag.* 207. *Daserianam* vero scriptionem uberius recensent Autores *collectionis novae antiquorum theologic.* ad annum 1729. *pag.* 1044. *Ioseph. Cooperus* in Clave domus Mosaicae seu sepimento. *Londini* 1673, 8. cuius operis pleniorem titulum exhibuit *Wolfius* infra *pag.* 493. *Anton. Driessenius* in Tractatu *de divina origine et autoritate* signorum vocalium et accentuum biblicorum, cuius summam recensuit *Gerdesius* in *Miscellaneis Groninganis Tom.* II. *Fascic.* II. *pag.* 362. *sequ. Laurent. Iacob. Ibenthalius* im Beweiß, daß der Ursprung von den Selbstlautern und Tonzeichen in der hebräischen Sprache göttlich aus dem Wortverstand der Stelle 2 Mos. XXXII, 15. 16. geführet. Hamburgi 1771. 8. *Iacobus Robertsonius* in dissert. de genuina punctorum vocalium hebraicorum antiquitate ex ipsius hebraicae linguae dialectorumque eius, praesertim Arabicae indole deprompta, quae est secunda appendicis loco adiuncta eiusdem *Clavi Pentateuchi.* Vid. b. *Erneſtii Bibliothec. theolog. noviſſ. Tom.* I. *Part.* V. *pag.* 397. *sequ.* ut alios taceamus.

Ibid. ad *num.* VII. *Humphred. Prideaux) Part.* I. *Lib.* V. *pag.* 438. vers. german. Eiusdem sententiam praeter alios amplexus est *Georg. Wolfgang. Panzerus* in dissert. de origine punctorum et vocalium hebraicorum. Altorf. 1747. cuius summam et argumentum strictim indicarunt Autores der vollständigen Nachrichten von kleinen akademischen Schriften, ad annum 1749. *Part.* X. *pag.* 927. *sequ.*

Pag. 481. Testimoniis hic a *Wolfio* memoratis addi omnino meretur egregium testimonium *Perezii de Valentia*, quod in medium adduxit S. V. *Semlerus* in historischtheologischen Anmerkungen. *Part.* I. *num.* 4. *pag.* 177. de quo conferatur pluribus b. *Erneſtius* in *Bibliothec. theologic. nov. Tom.* II. *Part.* III. *pag.* 230.

Pag. 483. *num.* X. Hoc in loco *Wolfius* noster *Loescherum*, secutus b. *Luthero* tribuit sententiam, puncta vocalia esse recens inventum. Contrarium vero, quod idem confirmaverit sententiam, puncta vocalia iam antiquitus exstitisse, tum ex loco *Commentarii* eius *ad Geneſ.* XXXVI, 24. *fol.* 540. *col.* b. tum ad *cap.* XLVII, 31. *fol.* 700. *col.* b. *fol.* 701. a. comprobari posse, recte observavit b. *Heumannus* in *Conspectu reipublicae literariae Cap.* III. *§.* 14. *pag. m.* 44.

Pag. 486. Media fere via inter sententiam *Io. Buxtorfii* et *Ludovici Cappelli* de origine et antiquitate punctorum hebr. codicis vocalium incedit via ista, quam proposuit celeb. *Tychsenius* in *Tentamine de variis codicum hebr. manuscript. generibus pag.* 182. *sequ.* ubi affirmat, Hebraeos hubuisse simul cum literis eorum consonantibus vocales, id quod e graeco scribendi genere a Phoeniciis et inde ad Hebraeos originem suam derivante liquido manifestum sit, defuisse autem ipsis a primis eorum temporibus figuras vocalium eorumque signa, quae interiecto demum tempore fuerint inventa.

Caeterum pluribus de hoc argumento, quod antiquitatem et originem punctorum vocalium hebraei codicis concernit, conferenda sunt scripta sequentia: *Depuy*, anditi Galli, *Dissertation philologique et critique sur les voyelles de la langue hebraique & des langues Orientales*, quae doctissima dissertatio inserta est Operi periodico Gallorum, *Histoire de l'Academie des Inscriptions et des belles lettres* inscripto *Tom.* XXXVI. *pag.* 239. 291. cuius excerpta exhibuit Perill. *Michaelis* in *Bibliothec. oriental. et exegetic. Part.* IX. *num.* 144. *pag.* 67. *sequ.* Neque hic praetermittenda est translatio germanica Capitis III. huius scripti de vocalibus hebraicis in codice manu exarato, quo usus est *Hieronymus*, quae legitur in *Repertorio literaturae oriental. et biblicae Part.* II. *num.* XI. *pag.* 270. 290. D. *Io. Gottfrid. Hauptmanni* Programma germanicum *de punctorum vocalium codicis hebraei aetate.* Gerae 1777. *Ernest. August. Guilielm. Hoerschelmanni* differt *de divina punctorum vocalium et accentuum codicis hebraei antiquitate et auctoritate haud satis evicta.* Ienae 1764. *Michael. Merckelius* in den vermischten Anmerkungen *Part.* I. num 3. Vid. b. *Ernestii Bibliothec. theolog. Tom.* II. *Part.* VI. *pag.* 558. sequ. *Io. Dau. Michaelis* in *vermischten Schriften Part.* II. *pag.* 19. *sequ. Olai Gerhard. Tychsenii* Comment. de *antiquitate punctorum hebraicorum vocalium*, quam insertam legimus in *Repertorio literaturae Oriental. et biblic. Tom.* III. *num.* 3. *pag.* 103. seq.

Pag. 488. De explicatione dicti Salvatoris optimi, quod hic tangit *Wolfius* omissis aliis, qui in eodem illustrando operam collocarunt, imprimis conferantur *Michael. Bechii* differt. *de duobus minimis legis Iota et apice ad Matth.* V, 18. Vlmae 1693. *Conrad. Ikenius* in *dissert. de uno Iota et apice non expungendo*, quae exstat in eius *dissertationibus philologico-exegeticis Tom.* I. *num.* 20. Vid. S. V. *Froriepii Bibliothec. theolog. Tom.* I. *Part.* V. *pag.* 530. sequ. M. *Philipp. Nicol. Wolfius* in dissertationibus duabus *de integritate sacri codicis ex loco Matth.* V. *demonstrata.* Giessae 1751. cuius argumentum strictim exhibent Auctores der vollständigen Nachrichten von kleinen akadem. Schriften. de anno 1753. *Part.* IX. *pag.* 800. 808. Plures scriptores de hoc loco adduxerunt in medium b. *Io. Christoph. Wolfius* in Curis ad h. l. et b. *Parens* meus in *Analectis ad h. l.*

Pag. 492. Quid Iudaei antiquiores de Accentuum hebraei codicis antiquitate et prima origine statuerint, praeter alios ex ipsis Talmudis Pandectis diligenter exposuit *Christoph. Hausmannus* in *Symbolis literariis Bremens. Tom.* III. *Part.* III. *pag.* 480. sequ.

Circa medium fere huius paginae, ad verba: *dubium faciant.*) Fecerunt hoc praeter alios quoque *Alexander Morus* in Axiomatibus theologicis interpretationi inservientibus, Axiom. 2. *Conrad. Ikenius Antiquitat. hebraic. Part.* I. *Cap.* III. §. 10. et plerique recentiorum Philologorum, quos supra in materia de antiquitate punctorum vocalium codicis hebraei adduxi.

Pag. 496. lin. 14.) Idem etiam *Valent. Schindlerus* affirmat in *Inſtitution. hebraicis Lib.* IV. *pag.* 357.

Pag. 497. ad XX.) Sententiam *Eliae Levitae Germani* de antiquitate et divina auctoritate accentuum codicis hebraei ex locis quibusdam ſcriptorum [illegible] inter ſe collatis accuratiſſime eruit et copioſe illuſtravit b. *Io. Frider. Hirſch* in Commentatione in memoriam Eliae Levitae recolendam edita Lipſiae et Wittenbergae 1777. §. XIII. de qua commentatione in Supplementis meis ad *Tom.* I. *pag.* 160. nonnulla dixi.

Pag. 498. lin. antepenult. ibidem) nempe in *Megilla Babylonica fol.* 3, col. a.

Ibid. lin. penult. *inſtitutam*) Mallem pro hac voce ſcribere reſtitutam, poſtquam oblivioni tradita fuiſſet.

Pag. 500. lin. 3. ad verba *Loeſcheri: mole accentus ornaret*) addantur in parentheſi ſequentia: Imo vero praeter regem unum tres tantum alias diſtinctivorum accentuum claſſes conſtituit. Hinc non maiori titulorum mole, quam *Waſmuthius*, ornavit accentus, unde non apparet, qua ratione haec ſcribere potuerit *Loeſcherus*.

Ibid. ad XXII.) Vid. *Wolf. Tom.* IV. *pag.* 221. *ſequ.*

Ibid. lin. 26. *Anonymi demonſtratio lectoris*) h. e. inſtructio lectoris, quomodo rite vocem moderare debeat.

Ibid. lin. 30. *R. Iehuda ben Bileam*) qui Saeculo XVI. claruit.

Lin. antepenult. *infra ſuo loco dicemus*) Vid. infra de ſcriptis Hebraeorum anonymis *Tom.* II. *pag.* 1289. *num.* 156.

Pag. 501. lin. 7. *Aſcher ben Meſche ben Aſcher*) cuius liber huc ſpectans hebraice שער המעמי eſt inſcriptus.

Lin. 10. *curatae*) Auctor hic ex Tiberiade Aſiatica ad mare Cinnereth ſitus oriundus fuit, uti ex titulo patet. Vid. *Io. Georg. Abichtii* verſio Portae accentuationis Anonymi Iudaei pag. penult. et *Wolf. Biblioth. hebr. Tom.* I. *pag.* 126. ſeqq.

Pag. 505. *Reuchlin. Io.*) Memorat huius libri de accentibus Hebraeorum aliam editionem *Io. Petrus Niceronius* in *Memoriis ſuis de vita et ſcriptis eruditorum virorum*, *Tom.* XXIII. *pag.* 149. quae prodiit anno 1518. 4. apud *Badium*, ad quem locum *Niceronii* autem b. *Baumgartenius* monuit, typographum potius innui *Badenſem*, cuius nomen expreſſum iam ſit in fine editionis *Hagenoenſis* a *Wolfio* memoratae. Caeterum liber iſte inſignis eſt raritatis, ſicut omnia fere reliqua *Reuchlini* ſcripta, quod praeter alios teſtantur *Daniel Gerdeſius* in *Florilegio librorum rariorum pag.* 240. edit. ſecundae et *Daniel. Salthenius* in *Catalogo librorum rariorum Bibliothecae ſuae pag.* 189. Plura de hoc libro in medium adduxit b. *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* I. *Part.* XIV. *pag.* 117. *ſequ.* Caeterum vitam *Reuchlini*, primarii ſane literarum hebraicarum reſtauratoris elegantiſſime conſcriptam in lucem publicam edidit *Io. Henric.*

Ma-

[redacted] prodiit *Durlaci* 1687. 8. Neque hic silentio praetereundum est eulab. *Paul. Iacob. Brunsii Elogium Io. Reuchlini*, quod legitur in *Actis Societatis latinae Marchico-Badensis*, quae Carolsruhae floret, num. 5. Varia quoque de vita et scriptis *Reuchlini* memoratu digniora refert *Io. Georg. Schelhornius* in *Schediasmate de eximiis Suevorum in literaturam orientalem meritis*. Vid. eiusdem *Amoenitat. literar. Tom.* XIII. *pag.* 207. *sequ.*

Pag. ead. *Rufii* scriptum hic adductum quoque prodiit Ienae 1704. 8. et 1732. 4. et continet plagulas septem et dimidiam.

Pag. 506. *Weimari doctrina accentuationis hebraicae* prodiit quoque Ienae 1717. 4. et *Vsus Accentuum eiusdem auctoris* praeter memoratas a *Wolfio* editiones in lucem publicam editus est Ienae 1708. 4.

Pag. ead. et *Tom.* IV. pag. 224. adiiciantur scriptoribus de Accentibus Hebraeorum sequentes:

Hieronymi ab Alphen Inquisitio brevis et modesta, qua investigatur usus accentuum in libris biblicis V. T. metricis et prosaicis, Hebraeis et Chaldaicis ad Analysin singulorum commatum instituendam, eique exegesin superstruendam. Traiecti ad Rhenum 1739. 4. de quo libro plura memorauit *Daniel Gerdesius* in *Miscellaneis Groninganis Tom.* III. *P.* IV. *pag.* 699.

Boston, *Thom.* Tractatus stigmologicus Hebraeo-biblicus, quo Accentuum hebr. doctrina traditur, variusque eorum usus in explananda Scriptura sacra exponitur, cum praefatione *Dav. Millii*. Amstelod. 1738. 4.

Büttneri, *Christian. Andr.* Introductio ad Accentuationem Hebraeorum. Halae 1736. 8.

Hirtii, *D. Io. Frider.* Einleitung in die hebräische Abtheilungskunst. Jena, 1762. 8. quem librum pluribus recensuit b. *Ernestius Bibliothec. theolog. nou. Tom.* III. *Part.* VI. *pag.* 561. sequ. Eiusdem *Systema accentuationis hebraicae*. Ienae 1752. 4. quod dissertationes eius de Accentibus Hebraeorum antea seperatim editas omnes ac singulas complectitur.

Ihre, *Io.* dissert. de Vsu accentuum hebraicorum. Vpsaliae 1737. in quo scriptione simul antiquitas accentuum sermonis hebraici defenditur. Recensetur haec dissertatio pluribus in *Hamburgischen Berichten von gelehrten Sachen*, de anno 1737. *Scid.* 37. *pag.* 295. *seq.*

Kirchneri, *Christoph. Henr.* Principia accentuationis codicis hebraei V. T. Ian. 1747. qui liber recensetur in b. *Krafftii* Nachrichten von theolog. Büchern und Schriften. *Tom.* V. *Part.* 40. *pag.* 745. *sequ.*

Michaelis, *Io. David.* Anfangsgründe der Hebräischen Accentuation; nebst einer kurzen Abhandlung von dem Alterthum der Hebräischen Punkte, qui liber utilissimus cum praefatione b. *Christian. Bened. Michaelis* prodiit *Halae Magdeb.* 1753. 8.

Mulleri, D. Fridr. Theodoſ. diſſ. de Theoria Accentuum apud [illegible] qui Legati, Vicarii et Barones appellari conſueverunt. Ienae 1745.

Rechenbergeri, Io. Leonhard. Compendium doctrinae de Accentibus Hebraeorum ex ſuis deductae principiis, praemiſſa commentatione de divina [illegible] codicis ſacri V. T. origine. Ienae 1738. 8.

Tympii, Io. Gottfrid. Tabulae univerſae Accentuationis hebraeo-chaldaicae, tam profaicae tum metricae. Ienae 1740. fol.

Venzky, Georg Proſaiſche Accentuation der Hebräer, nebſt einer kritiſchen Hiſtorie der Accente. 1724. 8.

Pag. 513. Iis, quas *Wolfius* huc usque recenſuit, ſententiis Criticorum duas adhuc addam, quarum alteram *Houbigantius* ſupra iam nominatus, alteram vero *Kanticottus* ſuam fecerunt. Prior affirmat, Iudaeos codices ſuos ſaepius ad Maſorethicum textum mutaviſſe et emendaviſſe, quod nimis honorificum *Houbigantii* de Maſora veterum Iudaeorum iudicium cum integritate codicis Hebraei inviolata, quam in ſuperioribus ſtabilivit *Wolfius* noſter, pugnare eique valde adverſari viderur. Hinc non immerito commentum iſtud *Houbigantii* diſcuſſum et confutatum eſt a *Sebaldo Ravio* in *Exercitationibus in Houbigantii Prolegomena in Scripturam ſacram.* Vid. b. *Erneſtii Bibliothec. theolog. Tom.* V. *Part.* II. *pag.* 162. Alter, quem ſupra iam nominavi, ſententiam amplexus eſt, codices manu exaratos multoties diſcrepare a textu hebraico maſorethico Veteris Teſtamenti, et magis conuenire cum verſionibus antiquiſſimis, quam cum textu maſorethico, uti refert b. *Erneſtius. Bibliothec. theolog. Tom.* III. *Part.* X. *pag.* 921. Ex hoc fonte quoque derivanda eſt ſententia *Richard. Simonii*, quod codices hebraici recentiores mil 300. vel 400. annorum tantum cum textu maſorethico conueniant, quippe qui a Iudaeis ad normam textus Maſorethici, quem ſolum modo probabant, ſuo calculo exarati fuerint. Vid. b. *Erneſtii Bibliothec. theolog. Tom.* II. *Part.* X. *pag.* 923.

Pag. eadem fere in fine) Sententiae *Loeſcheri* a *Wolfio* hic memoratae calculum quoque ſuum adiecit *Albert. Schultenſius* in *diſſert. I. de Authentia ſelectionum Cethibhim.* §. XII. apud *Io. Oelrichs.* Tom. II. Collectionis ſuae Opuſculorum philologico-theologicarum pag. 85. ubi affirmavit idem, fundamentum plurimorum Kerioth Veteris Teſtamenti et lectionum maſorethicarum quaerendum eſſe in Critica Maſorethatum coniecturali, quas adnotationes criticas ipſi illi *Maſorethae* occaſione vocum hebraicarum, quarum ſignificatus et forma inuſitatior vel ſaltem rarior fuit, textui ſacro diverſis temporibus adiecere ſolebant, ex quo eorum ſtudio poſtea uniuerſa collectio notarum Maſorethicarum, quae *Krijan* ſeu *Krijath* appellantur, enata eſt. Hinc quoque veriſimillima fit eorum ſententia, qui affirmant, quod eiusmodi formae vocum apud Hebraeos inuſitatae et rarius obviae ex cognatis dialecti hebraicae linguis derivari et commodiſſime illuſtrari queant, quod pluribus exemplis demonſtrarunt *Schultenſius* loc citato et S. V. *Iuſt-*

Vrider. Froriepius in diſſert. I. quae ſpecimen I. continet de utilitate linguae Arabicae in defendendis nonnullis τοῦ Cethibh locis. Lipſ. 1767.

Pag. 515. lin. 25.) De *Hilleri* libro a *Wolfio* hic commemorato nonnulla quoque in medium attulit *Io. Georg. Schelhornius Amoenitat. literar. Part.* XIII. *pag.* 221.

Pag. 519. *lin.* 4. *Danzii* ſcriptum a *Wolfio* hic memoratum conſtat 16. plagulis. Plura de eodem memorant Auctores *Actorum erudit. german. Lipſienſ. Tom.* II. *Part.* XX. *pag.* 702. 710. Aſſerto eius, quod Talmudiſtae ſemper iuxta Keri in ſacro codice legerint, nonnulla oppoſuit b. *Erhard. Andr Frommannus* in diſſert. an variae lectiones ad codicem V. T. ex Miſchna colligi poſſint. Coburg. 1760. §. 6. Vid. b. *Erneſtius Bibliothec. theolog. nov. Tom.* II. *Part.* III. *pag.* 286. *ſequ.*

Pag. 520. Patronis ſententiae b. *Danzii* ex recentioribus addendi ſunt S. V. *Io. Auguſtin. Dietelmaierus* in translatione germanica operis Anglici biblici germanici et b. *Io. Simonis* in Lexico hebraico. Docta quoque obſervatio de Cthibh τῷ Keri praeferendo occurrit in b. *Conrad. Nahnmacheri* Erklärung der Leidensgeſchichte Jeſu *pag.* 179. not. Interim non defuerunt quoque ex Criticis et Philologis aeui recentioris, qui lectionem Keri in omnibus locis, in quibus occurrat, τῷ Cthibh, quod ſemper ad ſphalmata et menda typothetarum referendum ſit, praeferendam eſſe cenſuerunt. Id quod praeter alios fecerant *Sectinus Amama* in *Antibarbaro biblico Lib.* III. §. 21. *pag.* 471. *Daniel Erneſt. Iablonskius* in *praefatione editionis ſuae Bibl. hebr. maioris* de anno 1699. §. 10. *ſequ.* et imprimis hoc aſſertum contra obſeruata b. *Io. Simonis* multa eruditione propugnare ſtuduit *Benamin. Wilhelm. Daniel Schulzius* in der vollſtändigern Kritik der gewöhnlichen Ausgaben der hebräiſchen Bibel. *Berolini* 1766. 8. Ea impugnat, quae ad lectiones Kri et Cthibh ſpectant, ſtrictim propoſuit, eiusque ſententiam quodam modo refutare ſtuduit S. V. *Froriepius* in *Lübeckiſchen Nachrichten von den neueſten theologiſchen Schriften. Tom.* II. *Part.* VIII. *pag.* 764. *ſequ.* ubi quoque vera *Schulzii* ſententia *pag.* 750. *ſequ.* expreſſa legitur. Interim varia ſunt, quae in hac doctiſſima recenſione diſſentiuntur cel. *Schulzio*, qui contra eandem varia obſervavit in *nova Bibliotheca Hagana claſſ.* I. *Faſcic.* I. *pag.* 151. ſequ. ubi v. g. negat ſe ſtatuere, quod Kri in omnibus locis, in quibus occurrat, ſit praeferendum, quippe quod tantum in iis locis, in quibus Cethibh manifeſtum ſit ſphalma, τῷ Cthibh palmam praeripiat. Vid. b. *Erneſtii Bibliothec. theolog. nov. Tom.* VII. *pag.* 117. *Tom.* IX. *Part.* VIII. *pag.* 749. *ſequ.*

Pag. 521. ad S. XXXIV. et *Tom.* IV. *pag.* 225. Sententiae b. *Wolfii* noſtri, cuius patronum ipſe poſteriori in loco nominauit b. *Carpzouium*, quoque patrocinantur *Sal. Glaſſius Philolog. ſacr. Part.* I. *Tract.* I. *pag. m.* 9. *ſequ. Auguſt. Pfeifferus Critic. ſacr. V. T. Cap.* VI. *quaeſt.* V. *pag. m.* 203. ſ. *Chriſt. Nagel. Buddeus* in *Iſagog. hiſtor. theolog. Lib.* II. *Cap.* VIII. §. 3. pag. 1470. et *Dieter. Sim. Wolffradius* in ſcripto infra citando apud *Io. Oelrichs Collect. Opuſculorum philologico-*

gico-theologicorum Tom. II*s faſtic.* I. *pag.* 60. Idem; quod *Wolfius* hoc in loco affirmat, non uno eodemque tempore ſed ſenſim ſenſimque omnem iſtam varietatum Maſorethicarum ſarraginem ſuccreuiſſe affirmat, ſimulque ex eo colligit, quod recentiores Rabbini ſaepius lectiones ad textum hebraeum adnotauerint, quarum uſus haud fuerit penes Maſorethas Tiberienſes, ſtatuit *Io. Petr. Bambergerus* in *translatione commentarii Desvoeux in Coheleth pag.* 182. *Vid. b. Erneſtii Bibliothec. nou. theolog. Tom.* VI. *Part.* III. *pag.* 199. 200.

Ibid. ad §. XXXV: *lin.* 11. *Ezech.*) ſcribe potius: Eſdrae.

lin. 13. et 15. pro loco *Iſ.* XLIX, 15. ſcribe potius *Iſ.* XLIX, 5.

Pag. 521. *lin.* 5 a fine paginae: 2. *Sam.* XVI, 18.) forte vers. 28.

lin. antepenult. Iſ. IX, 5.) forte vers. 2.

Pag. 522. lin. 7. ad verba *Wolfii: Suſpicor tamen cet.*) Adſcripſit b. *Danzius* in ſuo exemplari bibliothecae *Wolfianae*, quod in bibliotheca publica Ienenſi academica aſſeruatur, ſequentia his verbis: Maſora textualis maior determinat ad Leuitic. XI, 21. ס. autem facile tranſire potuit in נ ſuffixo per virgulam indicato, ſphalma exſtat in editione Talmudis *Venета*, *Amſtelodamenſi* et *Francofurtana*.

Pag. 524. Conſuetudinem Maſoretharum, loco vocum pro ſua opinione obſcoenarum in Kri textui hebraei codicis adiecto honeſtiores ſubſtituendi, ex Talmudis pandectis doctiſſime illuſtrauit *Chriſtoph. Hauemannus* in *Symbolis literariis Bremenſibus. Tom.* III. *Part.* III. *pag.* 497. Notanda quoque hic eſt ſingularis obſeruatio *Maſoretharum* circa voces הוּא et היא in Keri occurrens, ad quam priorem הוּא ſaepe monent, legendum eſſe pro ea היא, ubi tamen non auſi ſunt, lectionem ſcriptam היא loco ſuo mouere, ſed tantum puncta [illegible] in textu occurrenti ſubiecerunt.

Pag. 525. IV. 225. ſequ. *Litterarum maiuſcularum* in ipſo *Talmude* veſtigia quaedam collegit *Chriſtoph. Hauemannus* in *Symbolis Bremenſib. literariis loc. cit. pag.* 487. ſequ. Huc etiam conferenda eſt Anonymi *Coniectura* doctiſſima *de literis in ſacro codice ſuſpenſis*, quae exſtat inſerta iisdem *Symbolis literariis Bremenſibus, Tom.* I. *Part.* II. *pag.* 1. 41.

Pag. 526. lin. 5. *Ludou. Cappellus*) et praeter hunc *Elias Leuita*, *Io. Morinus* aliique.

a Moſe) Natales Maſorae adiectae textui hebraico adſcriptae repetunt ipſi *Talmudiſtae* in codice *Nedarim cap.* IV. *fol.* 37. *col.* b. *Megilla fol.* 27. col. b. *Schabbath fol.* 115. *col.* b. *inſcripta ad Leuitic.* I, 1. et 9. et *obſeruat. loc. cit.* et *Io. Henric. Hottingerus* in *Theſauro philologic. Lib.* I. *cap.* III. *Sect.* 4. *pag.* 398. Caeterum pluribus hoc ipſum commentum confutauit *Michael Merckelius* in freyen Abhandlungen und Prüfungen neuerer Meinungen einiger Gelehrten (Lipſ. 1776.) *num.* 5.

Pag. 527. *lin.* 11. *in Talmude aliquae earum memorantur*) tam in *Miſchna cod. Megilla cap.* XIII. *theſ.* 4. *Berachoth. cap.* II. *theſ.* I. quam in *utraque Gema-*

ra

ra, in codice *Megillae Hieroſolymitan. ad Cap.* IV. *thes.* I. *Fol.* 74. *col.* 4. *Midraſchim Babylonit. Fol.* 3. *col.* a. circa finem, *Megilla Babylon. Fol.* 3. ad codicem *Nedarim ſol.* 37. et *Bereſchith Rabba Sect.* 36. in fine *Fol.* 40. *col.* b. Alia loca Talmudis, quae idem comprobant, collegit *Hauemannus* in *Symbolis literariis Bremenſibus Tom.* III. *Part.* III. *pag.* 477. *ſequ.* ex quo ſimul conſtat veneranda antiquitas harum lectionum Maſorethicarum.

Pag. 529. Potiores cauſas, quare Maſora appelletur *legis ſepimentum*, enarravit b. *Io. Friſchmuthius* in *diſſert. de ſepimento legis divinae. Cap.* I. §. 2. Praeterea nonnulla Iudaeorum de Maſora egregia ſane teſtimonia in medium adduxit *Io. Henric. Maius* in *Synopſi Theologiae Iudaicae. pag.* 22.

Pag. 532. Ex Chriſtianis praeter eos, quos *Wolfius* memorat, *Maſoram* magno in pretio habuerunt b. *Friſchmuthius* in diſſert. *de perforatione manuum pedumque Chriſti cap.* II. §. 1. et *Io. Frider. Haenerus* in *Miſcellaneis philologico-criticis* §. VIII. Plura de uſu et auctoritate *Maſorae* in rebus fidei doctiſſime obſervarunt *Bartholom. Meyerus* in *Tract. de* LXX. *Hebdomadibus Danielis pag.* 372. ſequ. et *Theodor. Hackſpanius* in *Miſcellaneis ſacris Lib.* II. *cap.* 6.

Ad III. pag. 542. *Buxtorfi Tiberias*, 1665. fol.) Varia de hac editione memorat b. *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* III. *Part.* XIV. *pag.* 103. *ſequ.* Commendatur vtique haec editio a b. *Reimanno* in *Catalogo bibliothecae theologicae hiſtorico-criticae pag.* 192. *ſequ.* tum propter commentarium criticum, qui totus deſideratur in editione *Baſileenſi* de anno 1620. tum propter menda in hac editione ſedulo correcta. Prodiit autem haec ipſa *Tiberias Baſileae* alia vice ſumtibus et impenſis *Io. Buxtorfii* ex officina *Iohannis Iacobi Deckeri*, accurante hanc editionem *Iohanne Buxtorfio*, quae etiam commentario criticoeſt inſtructa, et prioribus longe eſt emendatior. Obſeruavit nonnulla, quae de hac editione memoranda ſunt, Anonymus in *freywilligen Beyträgen zu den Hamburgiſchen Nachrichten aus dem Reiche der Gelehrſamkeit. Tom.* IV. *Scid.* 9. *pag.* 750.

Pag. 544. Scriptoribus chriſtianis de Maſora, ſpeciatim de Kri et Cthibh addantur ſequentes:

Ackermanni, Erneſt. Sebaſtian. Maſora ad finem totius legis, Prophetarum et Hagiographorum ſeminara. Ienae 1759. 4.

Boltenii, Io. Gottfr. diſſert. exponens quinque in locis voces Kri et Cthibh tanquam oppoſitas. Flensburgi 1768.

Eichhornii, Io. Gottfrid. Introduct. in V. T. Part. I. *pag.* 252. 282.

Froriepii, D. Iuſt. Frider. diſſ. exhibens Specimen I. de utilitate linguae Arabicae in defendendis nonnullis locis toti Cthibh. Lipſiae 1767. cuius doctiſſimi ſcripti recenſio exquiſita legitur in *Lübeckiſchen theologiſchen Nachrichten. Tom.* II. *Part.* XI. *pag.* 1042. 1048.

Mexkelii, Michael. diſcuſſio quaeſtionis, an Kerioth textus hebraeo V. T. ſint

ſint traditio Maſſe de monte Sinai, quae legitur in eiusdem freyen Abhandlungen und Prüfungen neuerer Meinungen einiger Gelehrten. *num.* 5.

Leſſii, Gottfr. Tract. de cura, quam praeſens textus hebraei conditio requirit, variis in locis. Vid. *b. Erneſti bibliothec. theolog. nov. Tom.* IV. *Part.* VIII. *pag.* 748. *ſequ.*

Schulzii, Beniam. Wilh. Daniel. Commentatio et diſſertatio apologetica, qua inquiritur, num puncta vocalia τῷ *Kethibh* ſubiecta ad *Keri* ſint referenda, quae inſerta eſt *Bibliothecae Haganae hiſtorico-philologico-theologicae Claſſ.* I. *faſcic.* I. num. 4. Vid. *b. Erneſtii bibliothec. nov. theolog. Tom.* IX. *Part.* VIII. *pag.* 749. 755.

Schultens, Albert. diſſertationes duae doctiſſimae de Authentia ſelectiorum [illegible]im, quae ſeparatim prodierunt Franequerae 1725. poſtea vero etiam a *Io. Oelrichs Opuſculis ſuis hiſtorico-philologico-theologicis Tom.* II. *Faſc.* I. *num.* 3. et 4. pag. 63. 160. inſertae ſunt.

Schwarzii, D. Frider. Imman. diſſert. de Maſora Scripturae ſacrae V. T. polyglotta. Witteb. 1754. cuius argumentum ſtrictim exhibent Auctores der vollſtändigen Nachrichten von kleinen akademiſchen Schriften de anno 1755. *Part.* XII. *pag.* 1076. *ſequ.*

Silligii, M. Io. Gottfried. Triga regularum criticarum, quae multis V. T. locis varie vellicatis prodeſſe videntur. Lipſiae 1762. quae recenſetur a b. *Erneſtio Bibliothec. nov. theologic. Tom.* III. *Part.* I. *pag.* 95. *ſequ.*

Stichtii, Io. Chriſtoph. diſſert. de Keri et Cethibh vocabulis compoſitis ac divinae dignitatis. Altonauiae 1760.

Wolffradtii, Dieteric. Sim. diſſert. de origine atque indole τοῦ Keri et Cthibh, ſub *Kaempferi* praeſidio habita. Roſtoch. 1739. quae etiam [illegible] *Io. Oelrichs Collectioni opuſculorum hiſtorico-philologico-theolog. Tom.* II. [illegible] *pag.* 31. 60. cuius argumentum ſtrictim exhibent Autores der Auszüge aus Diſputationen ad annum 1740. *Part.* I. *pag.* 49. ſequ.

Anonymi Cogitata de Kri et Cthibh, ubi hae variae [illegible]es Maſorethicae in quinque claſſes diſpeſcuntur, quae inſertae ſunt b. *Io. Phil. Freſenii* Paſtoral-Sammlungen. *Part.* XIII. p. 311.

Quibus addas meum *Specimen* I. *ſtricturarum anti-maſorethicarum in Krijan et Cethibim ad librum Iudicum.* Ienae 1780. 8. Praeterea quoque doctus quidam Paſtor Gallicus nomine *Ieſaias Aubry* elaborationem operis in animo habuit, in quo omnes variationes Maſorethicas nomine τῶν Kerioth et Cethibhim venientes ſolidis rationibus inſtruere, ſimulque Hillelum ſaepius caſtigare voluerit, nec Iota vel apicem inanem, ſed iuxta *Buxtorfii* Tiberiadem ſingula a Synagoga magna adiecta fuiſſe demonſtraturus fuit, uti memoratur in Hamburgiſchen gelehrten Berichten de anno 1739. *pag.* 330.

Ad

[illegible] V. *de Lexicographis hebraicis Iudaeorum. Tom.* II. *pag.* 546. [illegible]tur sequentia:

[illegible] II. *pag.* 546. Inseratur post prius Lexicon *Aruch* dictum, quod W[illegible] memorat, aliud Lexicon hebraeum Aruch inscriptum, et a Rabbino *Menachem* pluribus in locis auctum, cuius operis iacturam maxime dolet *Christoph. Arnoldus* in *Epistola ad Wagenseilium* in *Appendice ad eius Sota pag.* 1181.

Pag. 547. *Nathan ben Iechiel.* Vid. *Tom.* I. *bibliothec. hebr. pag.* 921. *num.* 1727.

Ad num. VI. *de Lexicographis hebraicis Christianorum.*

Pag. 548. *Tom.* IV. 233. *Alabastri*) *Compendium* eius *Lexici maioris Schindleriani* rarissimum est, quod testatur *Daniel Salthenius* in *Catalogo librorum Bibliothecae suae rariorum. pag.* 193.

Pag. 549. IV. 233. *Phil. Aquinatis*) De eius *Dictionario* varia memoratu digna refert b. *Baumgartenius* Nachrichten von merkwürdigen Büchern, *Tom.* VII. *Part.* 41. *pag.* 399. 401. Praeter hoc opus idem edidit librum inscriptum: *Veterum Rabbinorum in exponendo Pentateucho modi tredecim. Paris.* 1620. 4. librum rarissimnm teste *Salthenio loc. citat. pag.* 225. *num.* 1102.

Pag. 550. IV. 234. *Buxtorfi, Io. Lexicon hebraeo-Chaldaicum.* 1639. fol. Supplementa quaedam huius operis dedit *Io. Buxtorfius* in *Catalectis* suis *philologico-theologicis num.* 132. Vberius hoc opus recensetur a *Io. Fabricio Histor. Bibliothec. Fabrician. Tom.* III. *pag.* 239. 241. Hic ipse *Buxtorfius* aliud praestantissimum opus edidit huc pertinens sub titulo: *Concordantiae Bibliorum hebraicorum. Basil.* 1632. *fol.* de quo plura memoratu digna adduxerunt in medium *Buxtorfius* in *Catalectis philologico-theologicis pag.* 341. *num.* 262. et *Fabricius loc. citat. Tom.* I. *pag.* 41. 42.

Pag. eadem, *lin. ult. repraesentantur*) Idem hoc institutum fuit *Henric. Vulpii*, cuius librum huc pertinentem *Wolfius* infra *pag.* 361. adduxit.

Pag. 551. *Castelli. Edmund.*) Prius adiunctum fuit *Bibliis polyglottis Anglicanis*, deinde separatim editum. Licet autem huic operi gloriam promeritam detrectare noluerim, neque herculeam fere, quam Auctor huic operi elaborando adhibuit, in dubium vocare voluerim operam, nonnulla tamen vitia in eodem commissa notantur ab eruditis viris. Quo spectant, ut saltem duo exempla adferam, quae *Io. Helvicus Willemerus* in *dissert. de tunica Adami pellicea* Witteberg. 1680. *pag.* 20. et *Io. Frischmuthius* in *dissert.* 1. *de Messiae hostia pro reatu se tradentis Coroll.* 1. circa voces עוד et כלאים observarunt. Plura de eodem opere memoratu digna observarunt *Io. Vogtius* in *Catalogo librorum rariorum pag. m.* 178. b. *Baumgartenius* in Nachrichten von der Hallischen Bibliothek. *Part.* VIII. *fasc.* 47. *pag.* 404. 410. et Perill. *Michael. Bibliothec. oriental. Part.* XIII. *pag.* 124. 126.

Pag. eadem et *Tom.* IV. *pag.* 234. *Io. Coccei*) Recen[illegible] *Lexicon* plenius, auctius et emendatius prodiit sub titulo: *Lexic[illegible] tius hebraici et Chaldaici sermonis, post Io. Coccejum et Io. Henr[illegible] quam antehac correctius et emendatius edidit Io. Christian. Guilielm. Sch[illegible]* I. et II. Lips. 1777. 8. mai. de qua editione plura memorat Perill. *Mich[illegible] bliothec. oriental. Part.* XIII. *pag.* 119. 139. et vir doctus in *Bibliotheca Mi[illegible] uiensi uniuersali theol. Part.* X. *pag.* 1. 44.

Pag. eadem, *Crucigeri Harmonia*) Ad libros rariores refertur a *Vogtio Catalog. libror. rarior. pag.* 225. Plura de hoc opere memorat b. *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern, *Tom.* VII. *Part.* 41. *pag.* 397. 399.

Forsteri, Io. Lexicon) Vberiorem huius Lexici hebr. recensionem suppeditarunt *Io. Fabricius Histor. Bibliothec. Fabric. Tom.* III. *pag.* 235. *sequ.* et b. *Io. Frider. Hirtius* in *Bibliothec. oriental. et exeget. Part.* I. *pag.* 45. 53. ex quibus posterior imprimis varia, quae *Wolfius* noster minus accurate de hoc scripto observauerat, sedulo emendavit. Sic, quando *Wolfius Lipenio* errorem obiicit, quod iste editionem eius de anno 1564. attulerit, idem hoc eius assertum confirmavit *Hirtius loc. cit. pag.* 48. eamque editionem secundam huius operis ex rationibus non spernendis comprobavit. Caeterum plura de *Io. Forsteri* in rem orientalem meritis observavit *Io. Georg. Schelhornius, Amoenitat. literar. Tom.* XIII. *pag.* 210. *sequ.*

Pag. 552. *Tom.* IV. *pag.* 235.) *Iac. Gussetii.*) Repetita vice Lexicon eius maius editum est cura et studio *Io. Christoph. Clodii* Lipsiae 1743. 4. quae editio recensetur in zuverlässigen Nachrichten von gelehrten Schriften. *Part.* XLVII. *num.* 4. Praeterea ab eodem auctore hoc Lexicon maius in compendium redactum est, quod sub titulo: Lexicon hebraicum selectum Lipsiae 1744. 8. mai. prodiit, et recensetur in *Collection. novantiqu. theologic.* de A. 1743. *pag.* 278. *sequ.* Plura de hoc *Gussetii* opere memorarunt Auctores *Actorum erudit. Lipsiens. latin.* ad annum C. 1740. *pag.* 516. et *Geraesius* in *Miscellan. Groningan. Tom.* III. *fascic.* IV. *pag.* 672. *sequ.*

Pag. 553. *Hutteri Cubus Hamburg.* 1588.) Recensuit hanc secundam eius libri editionem b. *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* IV. *Part.* XIX. *pag.* 6. *sequ.* Praeterea prodiit quoque tertia vice germanice s. t. *S. linguae cubus hebraicogermanicus*, das ist ein hebräisches *Dictionarium*, aus welchem ein ieglicher, so nur hebräisch lesen kann, eines ieglichen *radicis* deutsche Bedeutung ergründen, und also die hebräische Sprache in weniger Zeit mit geringer Mühe lernen und verstehen kann. Hamburg 1683. fol. quam editionem recens[illegible] *[illegible]mgartenius loc. citato pag.* 2.

Pag.

pag. 554. *Tom.* IV. *pag.* 238.) *Leuſdenii*:) Huius Lexici parandi conſilium [illegible] eruditis communicauerat ad calcem clauis ſuae linguae hebr. V. T. ex editione [illegible] anno 1653. 4.

[illegible] Verſionem huius libri non in uniuerſum, ſed tantum quoad partem [illegible] donauit *Ludouic. Wolzogenius* teſte *Io. Chriſtoph. Mylio* in [illegible] *morum et Pſeudonymorum. Part.* I. *pag.* 1253. *num.* 52.

[illegible] IV. *pag.* 239. *Munſteri*, *Sebaſt. Lexicon hebraicum* non, uti [illegible] erat *Baſil.* 1508. ſed demum A. C. 1523. in lucem publicam prodiit, [illegible] ex praefatione operi huic praemiſſa clariſſime evincit *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* V. *Part.* XXVI. *pag.* 104. ubi exſtat recenſio huius libri editionis de anno 1525. Praeterea editum eſt *Baſileae* 1564. 8. per Io. Frobenium et Epiſcopium, quae editio complectitur 2. Alphab. et plagulas 15. De raritate huius operis teſtatur *Daniel Salthenius* in *Catalogo librorum Bibliothecae ſuae rariorum pag.* 193. his verbis: „*Proximum* „*a Io. Reachlini Lexico locum tenet hoc Munſteri opus.*" Neque minoris raritatis eſt eius *Dictionarium trilingue* a *Wolfio* adductum, quod obſervavit *Salthenius loc. citat. num.* 943.

Pag. 556. IV. 239. *Noldii*:) Prior editio huius operis uberius recenſetur a b. *Reimanno* in *Catalogo bibliothecae theolog. hiſtor. critico Tom.* I. *pag.* 216. *Frid. Gotthilf. Freytagio* in *Apparatu literario Tom.* II. *pag.* 1266 *ſequ.* Recentiori aetate novam eamque copioſiſſimis augmentis et emendationibus pariter atque novis obſervationibus inſtructam in lucem publicam edidit b. *Io. Gottfrid. Tympius* Ienae 1734. 4. mai. de qua plura eaque memoratu digna refert b. *Erneſt. Frider. Neuhauerus* in der Nachricht von den ietztlebenden evangeliſchen Theologen in Deutſchland. *Part.* I. *pag.* 403. *ſequ.*

Pag. 557. IV. 240. *Othonis*) *Lexicon* eius *rabbinico-philologicum*, quod poſteriori in loco adduxit *Wolfius*, valde commendatur a *Mich. Lilienthalio Bibliothec. theolog. Part.* XI. *pag.* 105. *ſequ.* et de eiusdem raritate inſigni teſtimonium perhibent Auctores *Relationum innoxiarum de A. C.* 1706. *pag.* 162. *num.* 23. Eiusdem doctiſſimi viri *Hiſtoria doctorum Miſchnicorum Bibliothecae hebraeae Wolfii Tom.* IV. *pag.* 336. 437. cum adiectis doctiſſimis *Hadrian. Relandi* adnotationibus legitur inſerta.

Ibid. Pagnini anno 1548.) Vid. infra ſub voc. *Robert. Stephanus pag.* 560. Vberiorem huius Lexici hebraei dederunt b. *Wolfius* in *Hiſtoria Lexicorum hebraicorum Claſſ.* II. §. VII. *pag.* 90. *ſequ.* et *Freytagius* in *Apparatu literario. Tom.* III. *pag.* 178. 182. Inſuper hic ipſe *Freytagius* obſervat, optimas editiones huius *Theſauri* eſſe editiones, quae *Lugduni* 1575. et *Genevae* 1614. in folio prodierunt.

Pag. 559. *Io. Row*, *Paſtoris eccleſiae Abdus*) forte ſcribendum eſt Aberdonenſis.

Schrödi, Bartholom.) Liber eſt valde infrequens et perrarus, qui [illegible] bliothecis exquiſitiſſimo ſtudio collectis b. *Io. Frider. Mayeri, Ittigii* et *Vffe[illegible]* non exſtitit, quod obſervat *Daniel Salthenius* in *Catalogo librorum ra[illegible]* pag. 195.

Schindleri, Valent.) Vberius hoc Lexicon recenſetur [illegible] *bibliothec. Fabrician. Tom.* III. *pag.* 236. 239. In epitomen [illegible] eſt a *Guilielm. Alabaſtro Londini* 1635. *fol.* qui liber in numer[illegible] fertur a *Salthenio Catalog. librorum Bibliothecae ſuae rariorum. pag.* 19[illegible] 949. Vid. quoque *Wolf.* ſupra *Tom.* II. *pag.* 348.

Pag. 560. *Stephani* 1558.) Conſtat haec editio Alphabetis duodus et plagulis 14.

Pag. 561. IV. 243. Lexicis a *Wolfio* obſervatis adiungantur adhuc ſequentia:

Anonymi Linguae ſanctae cubus hebraeo-germanicus. Baſil. apud Frobenium 1603. Fol. Recenſuit hunc librum plenius b. *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern, *Tom.* IV. *Part.* XIX. *pag.* 21. *ſequ.*

Bougeti, Io. Salmurienſis, in eodem Collegio linguae hebraicae et in Archigymnaſio Romanae et graecae linguae Lectoris Lexicon hebraicum et chaldaicum ordine alphabetico ad uſum Collegii urbani de propaganda fide in tres partes diviſum. Romae 1738. Vehementer laudatur in *Hamburgiſchen gelehrten Berichten de anno* 1738. *num.* 99. *pag.* 859. 860. Vid. quoque de hoc opere *Collect. nouantiquor. theologic. ad annum* 1744. *pag.* 414. et *Pauli Theodor. Carpouii Animaduerſiones philolog. critic. pag.* 51.

Burgeri, Nicol. Lexicon breue Hebraeo-chaldaeo-latinum. Hafniae 1733. 8. Varia de hoc libro memorantur a *Carpouio Animaduerſ. modo citatis pag.* 51.

Bürklini, Georg. Chriſtian. Lexicon hebraicum in compendium redactum. Francof. 743. 4.

Calaſio, Mar. a. Vid. Supplementa mea ad *Tom.* I. *pag.* 681. *num.* 1247.

Haſelbaueri, R. P. Lexicon hebraico-chaldaicum. Pragae 1743. fol.

Meinii, C. G. Lexicon hebraicum in compendium redactum. Lipſ. 1712. 4.

Houbigantii, Presbyteri Oratorii Pariſienſis, Racines hebraiques ſans Point-voyelles, ou Dictionnaire hebraique par Rabbines, ou ſont expliqués ſouuent les anciens et nouueaux interprétes, tous les mots hebreux et chaldaiques du Texte original des liures ſaints. Paris 1732. 8. qui liber recenſetur in ſcripto Gallico periodico *Iournal des Sauans de anno* 1733. *menſe Ianuario num.* 6. et in *nouis literariis Lipſienſ.* de anno 1733. *pag.* 438. Vid. quoque *Io. Chriſtoph. Mylii Bibliotheca Anonymor. et Pſeudonymorum. Part.* I. *pag.* 639. 640.

Lexicon hebraicum auctore P **. Auenioni 1765. fol. Varia memoratu digna de hoc ſpiſſo opere adduxit b. *Ernaſtius* in *Bibliothec. theolog. nov. Tom.* VI. *Part.*

Part. V. *pag.* 465. *ſequ.* Forte hoc libri eſt Lexicon, quod in *novis Ienenſibus literariis de anno* 1766. *pag.* 319. Carmelitarum Monacho doctiſſimo *Iohanni Mariae a Vlliane* tribuitur. Promiſit adhuc eius Auctor partem Operis huius tertiam, in quo nomina propria ex Hiſtoria, Geographia et Chronologia ſacra Veteris Teſtamenti occurrent.

Reckenbergeri, Io. Leonhard. Liber Radicum ſive Lexicon hebraicum. Ienae 1749. 8. mai. Cum laude recenſetur a b. *Krafftio Bibliothec. theologic. Tom.* III. *Part.* XXX. *pag.* [illegible]

Reuchlini, Io. Lexicon hebraicum et in Grammaticam hebraicam Commentarii, cura *Sebaſtian. Munſteri* editi. *Baſil.* 1737. fol. qui liber antea iam prodierat *Pforzheimii* 1506. fol. Vtraque editio rarioribus libris eſt adnumeranda teſte *Daniel. Salthenio* in *Catalogo librorum rariorum pag.* 193. *num.* 943.

Simonis, Io. Lexicon hebraico-chaldaicum. Halae 1756. 8. mai. quod recenſetur a *Krafftio Bibliothec. theologic. Tom.* VII. *pag.* 817. *ſequ.* et *Baumgartenio* Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* IX. *Part.* LIV. *pag.* 539. Noviſſime et longe auctius hunc librum edidit celeb. *Io. Ludou. Schulzius Halae* 1771. 8. mai. Huc quoque ſpectant eiusdem *Simonis* Obſervationes Lexicae in ſupplementum Lexici ſui hebraici manualis editae Halae Magdeburg. 1764. 8.

Zanolini, Anton. Lexicon hebraicum. Patauii 1732. 4. Valde laudatur hic liber in ſcripto periodico inſcripto *Bibliotheque Italique Tom.* XIV. *pag.* 240. *ſequ.* Interim varia tamen in eo reprehendenda obſervavit *Paul. Theodor. Carpovius* in *Animadverſionibus philologico-criticis pag.* 52. 55.

Pag. 562. lin. 24. *Diſſonii Lexicon emphaticum V. T.*) Varia de eodem libro memoratu digna referantur in *Hamburgiſchen gelehrten Berichten* de anno [illegible] *pag.* 566. Poſt eius mortem pervenit hoc κειμήλιον emtionis iure in Bibliothecam [illegible] V. *Io. Dieteric. Winckleri*, qui etiam ſpecimina huius operis manuſcripti appendicis loco *Animadverſionibus* ſuis *philologico-criticis* [illegible] *codicis loca* adiecit.

Io. Behem lin. 1. et *Tom.* IV. *pag.* 234. Non omittendus eſt hic codex manuſcriptus charraceus continens Gloſſarium Chaldaeo-Hebraeo-Teutonicum, qui quondam pertinuit ad bibliothecam Vlmenſem *Raymundi Krafftii de Delmenſingen.* Cuius in publicam lucem aliquando edendi propoſitum b. *Matth. Frider. Beckius* tenebat, quem in finem eidem codici ſequentem titulum, ex quo indoles et ratio tatius operis abunde patebit, praefixerat: ספר ערוך *ſeu Gloſſarium Chaldaeo-hebraeo-Teutonicum Anonymi Iudaei Germanici in privatis hactenus Bibliothecis delitescens, nunc publica luce dignissimum, accurante Matthia Frider. Beckio, in cuius manus poſtremo venit, cum adiectis verſione latina et Scholiis in communem uſum publicatum, ſiue Gloſſarium Hebraeo-Barbarum, in quo praeter vocabula hebraea difficiliora quamplurimae voces barbarae, utpote Perſicae, Arabicae,*

Graecè, imprimis Latinae aliae, quae a Iudaeis in diſperſione ſunt receptae, et in Turgumico Talmude, Rabboth (ex exemplari Bibliothecae publicae Academicae Ienenſis), *Tanchuma aliisque priſcis monumentis occurrunt, Chaldaice, Hebraice — et Teutonice incerto Auctore recenſentur*, cet. De quo codice amplius obſervavit b. *Io. Georg. Schelhornius Amoenitat. literar. Tom.* III. *pag.* 87. manum ſibi ignotam his verbis ſequentia adſcripſiſſe: „*Iſtiusmodi Aruch manuſcri-*„*ptum quoque habuiſſe videtur Buxtorfius praeter ea, quae leguntur in eius* „*Lexico Talmudico pag.* 999. *Quid ſi hoc Lexicon Ioannis Behem Vimenſis, a* „*Iudaeo Anonymo Germaice redditum eſſet?*“ Plura de hoc codice manuſcripto obſervavit *Franciſc. Dominc. Haeberlinus* in *Notitia codicum manuſcriptorum Bibliothecae Raymundi Krafftii de Delmenſingen, pag.* 106. *ſequ.*

Praeterea vir doctus Neapoli vitam degens, nomine *P. D. Caſimirus Carreale* in animo habuit edere Lexicon hebraicum et chaldaicum, quod propoſitum ſuum ipſe in commentatione, quae inſcribitur: *Prodromus in Lexicon hebraeo-chaldaeo-biblicum, quo Commentarius perpetuus et clavis Scripturae ſacrae conſtituetur. Neapoli* 1764. 4. declaravit. Collegiſſe ſe ſcribit in hoc opere farraginem plurimarum obſervationum philologicarum, quae partim genium ſermonis hebraici, partim ſenſum vocum hebraicarum literalem concernunt. Vid. *nova Lipſienſia literaria de anno* 1765. *pag.* 312.

Hanſchius, Mich. Gottlieb. edere voluit Phraſeologiam linguae hebraicae Veteris Teſtamenti, cuius operis Buxtorfii labori, cuius mentionem fecit *Wolfius Tom.* IV. *pag.* 234. ſimilis, recenſio et ſpecimen exhibetur in *Neuen Bücherſaal. Tom.* II. *Part.* XXIII. *pag.* 820. *ſequ.*

Aliud Lexicon hebraicum in Manuſcripto latens memoratur in *Vitae Theſauro epiſtolico Lacrotziano. pag.* 156.

Specimina quoque *Lexici emphatici Hebraei* exhibentur [illegible] *novantiquorum theologicorum Collectionis ad A. C.* 1702. *pag.* [illegible] *pag.* 56. 737. 1704. *pag.* 686. *ſequ.* 1705. *pag.* 561. *ſequ.*

Huc etiam ſpectant ſcripta minora, in quibus tam Obſervationes ad ſupplendos Lexicorum hebraicorum defectus exhibentur per ſatis [illegible] collectae, quam ſingularum quarundam vocum hebraearum, quae in ſacro [illegible]ce Veteris Teſtamenti occurrunt, genuina ſignificatio paulo accuratius exp[illegible]r et inveſtigatur. Ex prioribus iam ſupra adductae ſunt b. *Io. Simonis* obſervationes lexicae. Halae 1764. 8. Collectanea quoque ad Lexicon hebraicum edere promiſit Perill. *Michaelis Bibliothec. oriental. Part.* XIII. *pag.* 139. Ex poſteriorum numero hic tantum quaedam, cum eorundem fere infinitus ſit numerus, adducam. Quo ſpectant ſequentia:

Io. Gottlieb. Bidermanni Meletemata philologica, quorum Faſciculus I. Numburgi 1746. II. Fribergae 1748. et III. 1749. prodiit. Vid. Vollſtändi-

ge Nachrichten von kleinen a[illegible]en Schriften, *de anno* 174[illegible]. *Part.* XI. *pag.* 995. s. 1749. XI. [illegible]750. *Part.* III. *pag.* 281. *sequ.*

Eiusd. Progr. de vo[illegible] significatione morali. Friberg. 1750. Vid. Vollständ. Nachrich[illegible] *Part.* VIII. *pag.* 68[illegible]. *sequ.*

Causse Isaac. Ludou[illegible] de vera significatione vocis כוהן in quibusdam S. S. locis. Francof. ad Viadr. 1753.

Domey, M. Olaui dissert. quae exhibet [illegible]ticturas philologicas, quibus radices et voces hebraicae et voces anomalae hebraicae in Lexicis vulgo desider[illegible] restituuntur. Vpsaliae 1757.

Happachii, Io. Casimir. Programma de conatibus translationem Bibliorum hebraicorum emendandi in illis locis, in quibus verba ברר, שפה, צחח et צחה reperiuntur. Coburgi 1772. 4.

Schnieberti, Io. Adalbert. Gottfrid. Comment. de vocis אדם origine et significatu. Magdeb. 174[illegible]. cuius argumentum strictim memoratur ab Autoribus der vollständigen Nachrichten *de A.* 1750. *Part.* VIII. *pag.* 688.

Strodtmanni. Io. Christoph. Comment. qua Pentadem differentiarum hebraicarum exhibet. Goetting 1747. Vid. Vollständige Nachrichten 1748. *Part.* IX. *pag.* [illegible] *sequ.*

Referri enim huc merentur eorum studia haud spernenda, qui praesertim nostra aetate linguam hebraicam Veteris Testamenti eiusque radices, voces et phrases [illegible] ipsis Arabum eorumque sermonis penetralibus illustrare conati sunt, quib[illegible] symbolas aliquas haud exiguas ad amplificandam vocum hebraearum etymologiam et rei lexicae Hebraeorum emendationem contulerunt, de quorum scriptis plura infra ad *pag.* 635. adferam.

Ad VII. T[illegible] II. *pag.* 568. IV. 249. *Hilleri, Matth. Onomasticon* quoque in linguam [illegible]nicam translatum est, quod opus editum *est Hamburg* 1712. 4.

Pag. 570. [illegible]*rt. Stephani*) de quo libro conferas *Maschii Beytraege zur Geschichte merkwürdi[illegible] Bücher. Part.* VIII. *pag.* 582. *sequ.*

Scriptoribus qui nomina propria in codice sacro V. T. obvia docte exposuerunt, ad finem huius numeri addantur sequentia:

Bidermanni, Io. Gottlib. Programm. de nominibus personarum et locorum communibus. Friberg. 1759. Vid. Vollständige Nachrichten von kleinen akademischen Schriften 1759. *Part.* [illegible]. *pag.* 1035. *sequ.*

Michaelis, D. Christian. Benedict. dissert. nomine quaedam propria personalia codicis sacri Veteris et Novi Testamenti ex virilibus in muliebria, et ex muliebribus in virilia versa suo restituens sexui. Halae Magdeburg. [illegible]5. cuius argumentum recensent Auctores der vollständigen Nachrichten [illegible]inen akadem. Schriften *de anno* 1755. *Part.* III. *pag.* 234.

Seeland-

Seelandti, *Samuel.* Specimina Concordantiarum codicis sacri Veteris et Novi Testamenti hebraeorum propriorum, quae inserta leguntur in der Brem- und Verdischen Bibliothek. *Tom.* I. *Part.* I. *pag.* 77. *sequ.* *Part.* IV. *pag.* 31. *sequ.*

Simonis, *Io.* Onomasticon Veteris Testamenti, sive Tractatus philologicus, in quo nomina V. T. propria ad Appellativorum analogiam reducta, ex originibus et formis suis explicantur, cum aliarum gentium nominibus conferuntur, impositionis ratio, quantum fieri potuit, ubique ostenditur, una cum Appendice continente Spicilegium observationum ad Arcanum formarum nominum hebraicorum. Halae Magdeb. 1741. 4. qui liber utilissimus pluribus recensetur in *Miscellaneis Groninganis. Tom.* III. *Fascic.* III. *pag.* 527. et in *Actis erudit. Lipsiens. latinis* de anno 1741. *mens. Octobr. pag.* 608. *sequ.*

Ad VIII. *De collectoribus Abbreviaturarum hebraicarum.*

Pag. 574. *Buxtorf.*) Varia ad hunc librum supplementa et accessiones suppeditauit *Io. Buxtorfius* filius in *Catalectis* suis *philologico-theologicis num.* 259. *pag.* 399. Ad *bibliothecam* eius *Rabbinicam* quod attinet, eandem vehementer laudavit b. *Iacob. Frider. Reimannus* in *Catal. biblioth. theol. select. pag.* 132. *seq.* Librum eius de Abbreviaturis hebraicis auctiorem in lucem [illegible] promiserunt *Io. Iac. Cramerus* et *Io. Wülferus*, id quod observavit *Meelführer* in *Accessionibus ad Almelovveenii bibliothecam promissam et latentem. pag.* 20. [illegible] *Wolf. Tom.* IV. *pag.* 250.

Pag. 574. et *Tom.* IV. *pag.* 250.) Scriptoribus [illegible] adde sequentia scripta.

Tychsenii, *Olai Gerhard.* Abbreviaturarum hebraicarum Supplementum primum et secundum. Buetzouii 1769. 4. ubi isti Vir [illegible] praeter eos, quos *Wolfius* hic memorat, scriptores de Abbreviaturis [illegible] adhuc septendecim alios earundem collectores adduxit. *Supplem.* I. *pag.* [illegible] aetatem abbreviaturarum istarum quod attinet, se non negare ingenue [illegible] quod Cabbalistae iam antiquissimo tempore iisdem usi fuerint, interim tamen [illegible] servat contra celeb. Kennicottum, in sacro codice eiusque textu masorethico nullam plane reperiri Abbreuiaturam, cum nullus reperiatur codex manuscriptus, in quo numeri per literas exprimerentur. Vid. *Nova Ienens. literaria ad annum* 1770. *Scid.* III. *pag.* 17. 18.

Gottfrid. Seligii, Lectoris linguae hebraicae publ. Collectio Abbreuiaturarum hebraicarum ultra 4000. assurgens. Lipsiae 1781. 8.

Pag. [illegible]1. ad ח. addatur nova Abbreuiatura, a b. *Danzio* exemplari suo adscripta: חכמה ובינה [illegible].

P[illegible] lin. 18. nova Abbreviatura: vel לו למימר quae occurrit in *Matten Cehanna ad Bereschith Rabba. Parasch.* 3. *fol.* 6. *col.* a. *lin.* 10.

Ad

[redacted] pag. 593. IV. 269. Scriptis, quae de dialecto Rabbinica praecipit, [redacted] est scriptum recentissimum, a b. *Io. Ernest. Fabro* s. t. Anleitung zur Erlernung des Talmudischen und Rabbinischen [redacted] ungae 1770. 8. editum.

[redacted] pag. 594. IV. 270. *Wagenseilii* Belehrung *cet.* de quo libro memorantur a *Mich. Lilienthalio* in *Bibliothec. theologic. Part.* XI. *pag.* 74. Scriptoribus his a *Wolfio* memoratis addi possunt sequentes:

Oppenheimeri. Eberhardi Caroli Friderici Hodegus Ebraeo-Rabbinicus, oder Anweisung, wie überhaupt und Rabbinisch besonders die Rabbinischen Bücher und Contrakten, Handschriften, Wechselzettel u. s. w. der heutigen Juden Deutsch zu lesen sind, wobey sich zugleich derselben gewöhnliche Zahlen, Calender, Münzsorten und Formeln der Wechselzettel befinden. Lipsiae 1731. 8.

Callenbergii, Io. Henr. Jüdischdeutsches Wörterbüchlein, nebst einer kurzen Anleitung zur Jüdischdeutschen Sprache. Halae 1736. 8. Valde commendatur hic liber a *Lilienthalio Bibliothec. theolog. Part.* XI. *pag.* [redacted]

Philoglotti kurze und gründliche Anweisung zur Jüdischdeutschen Sprache. Fribergae 1723. 8. Circa hunc librum b. *Christoph. Ludov. Schlichterus* in *Symbolis literariis Bremensibus Tom.* I. *Part.* II. *pag.* 82. obseruavit, quod Autor huius libri merito in numerum plagiariorum referendus sit, cum permulta ex I. W. Jüdischen Sprachmeister, cuius *Wolfius Tom.* IV. *pag.* 269. *sequ.* mentionem fecit, suffuratus fuerit, et ipsa errata huius libri receperit. Idem quoque et alia adhuc multa in hoc libro reprehendit *Paul. Theodor. Carpouius* in *Animaduersion. philologico-critico-theologicis pag.* 104. 120.

Seligii, Gottfrid. kurze und gründliche Anweisung zu einer leichteren Erlernung der Jüdischdeutschen Sprache. Lipf. 1767. 8.

Ad XI. *Grammatici hebr. Iudaeorum.*

Pag. 597. *Abraham de Balmis*) *vid. ibid. num.* 31. emenda ita: *num.* 108. *p.* 69. et III. 45. Conferantur quoque de hac Grammatica hebr. *Richard. Simon* in *Histoire critique du V. T. pag.* 178. 536. *Bailletus* in *Iugemens des Sauans. Tom.* IV. *pag.* 285. *Petrus Baylius Dictionnar. s. v. Balmis. Bibliotheca Hamburgensis mixta Tom.* III. *pag.* 399. *sequ.* et *Andr. Gottlieb. Maschius* in *Beytraegen zur Geschichte merkwürdiger Bücher. Part.* V. *pag.* 253. *sequ.* Rarior est haec Grammatica teste *Melch. Ludou. Wedekindo* in Nachrichten von raren Büchern. *Part.* II. *pag.* 299.

Pag. 598. *David Kimchi*) Vid. supplementa mea ad *pag.* 306. *Tom.* I. *num.* 495.

Elias Leuita) Alia editio Grammaticae hebr. eius, quae ipsi *Wolfio* secundum ea, quae ipse *Tom.* I. *pag.* 155. refert, ignota fuit, edita est s. t. Grammatica hebraica *Eliae Leuitae* [redacted] per *Sebast. Munsterum* versa, etiam ultima

ma manu ſcholiis illuſtrata. Baſil. 1537. apud *Io. Frobenium* [illegible] ſimas huius libri editiones refert *Daniel. Salthenius* in *Catal[illegible] thec. ſuae rariorum pag.* 624. Praeter Grammaticam eius hebr[illegible] ſpectant eiusdem *Capitula cantici*, quae excuſa ſunt *Baſileae* 1527. [illegible] editione plura memoratu digna in medium adduxit *Maſchius* in [illegible] *Part.* V. *pag.* 256. *ſequ.*

Iehuda fil. Chiug. Plura de eius ספר הגיון, hoc opere rariſſimo attulerunt *Io. Henric. Hottingerus* in *Smegmate orientali Lib.* I. *cap.* VII. *pag.* 110. et *Budeus* in *Iſagog. in Theol. uniuerſ. pag.* 1658. *ſequ.* Codicem manuſcriptum huius Grammaticae olim invenire fortuna contigit *Gagnierio*, Arabico et hebraico idiomate conſignatum, ex quo idem eandem edere voluit, quod memoratur in Neuen Bücherſaal. *Tom.* IV. *Part.* XLV. *pag.* 673. An vero hoc factum ſit, ignoro.

Pag. 599. *Kimchi, Moſes.* De huius Grammatica hebraica plura legi poſſunt apud *Buxtorfium Bibliothec. rabbin. pag.* 365. et apud *Io. Iacob. Schud[illegible]* in *Deliciis hebraeo-philologicis. pag.* 218. *ſequ.*

Pag. 600. Grammaticis Iudaeorum ſcriptis adde ſequentia: *Anonymi Peſad leſchon hakkodeſch* h. e. Fundamentum linguae ſanctae, qui liber eſt compendium Grammaticae et Lexici hebr. quod prodiit Wilmersdorfii 1721. uti memorat *Io. Chriſtian. Wibelius* in *Collectione nouantiquor. theologic.* ad A. C. 1743. *pag.* 515. ubi plenius recenſetur.

Iochanan Iſaac. Vide ſupplementa mea ad *Tom.* I, *pag.* 473. *num.* 816. III. 357.

Ionas Cordubenſis, qui libros VII. de arte grammatica in Manuſcripto reliquit, rariſſimos, teſte *Davide Kimchio* in praefatione ad Michlol.

Mardochai, qui edidit *Mira dachia* ſ. myrrha pura, quae hebraice excuſa eſt *Wilmersdorf.* et *Francof. ad Viadr.* Vid. *Collect. nouantiquor. theol.* 1743. *pag.* 520. *Meir* ex familia Meir libellus grammaticus inſcriptus: בנינים סמני כל השמנה i. e. ſigna omnium coniugationum. Sabionetae 314. C. 1554. Mentionem huius libelli ſaltem quatuor foliis conſtantis et characte Rabbinico exarati fecerunt *Biſcioni* in *Bibliothec. graeca et hebr. Florent. Tom.* II. *pag.* 448. et *Io. Bernhard. Deroſſi in Annalib. typographiae Sabionetenſis num.* VIII. *pag.* 14. *edit. Erlang.*

Schelomo Samau. Hena, cuius Grammatica hebraica inſcripta eſt חלון הארובה ſ. Feneſtra Arcae ſive Lux vocabulorum, quo titulo alluſit hic auctor Iudaicus ad locum biblicum Geneſ. VI, 16. Berolini anno aerae Iud. 493. C. 1733. 8, apud *Aharonem Ben Moſche.* Plura de hac Grammatica hebraea, quae *Wolfio* noſtro incognita fuit, memorata reperiuntur apud *Carpovium* in Animadverſionibus *philologico-critico-ſacris pag.* 49. Conferas quoque ſupplementa mea ad *Tom.* I. *pag.* 358. *num.* 574.

Saa-

Saadias Gaon. Vid. supra *Tom.* I. *pag.* 934. *num.* 2. 6. 8. et *Tom.* IV. *pag.* 272.

Schelomo Salman. Grammatica eius hebraica, quam recenſuit *Wolfius* noſter *Tom.* III. *Bibliothec. pag.* 1038. quoque edita eſt ſub titulo: מצין שלמה Francof. ad Moen. 1708. et complectitur Alphab. 1. ſex plagulas. Fuſius autem recenſetur ab *Adam. Andr. Crollenio* in *Collection. nouantiquor. theologic.* ad. A. C. [illegible] *pag.* 57. *ſequ.*

Schelomo Hanouienſis dictus *Haccohen.* Vid. infra in his ſupplementis in *Indice nouorum Rabbinorum* ſub finem horum ſupplementorum ſubiiciendo.

Ad XII. *De Grammaticis hebr. Chriſtianorum.*

Pag. 600. *Abrami Nicol.)* Epitome eius grammat. hebr. annumerari meretur teſte *Dan. Gerdeſio* in *Florilegio librorum rariorum. pag. m.* 3. *raris.*

Altingii, Iacob. Grammatica hebr. quoque praeter editiones a *Wolfio* memoratas prodiit *Francof.* 1686. et quinta vice *Groningae* 1692. 8.

Pag. 601. IV. 275. *Auenarius, Io.* Edidit iſte auctor anno 1561. partem ſecundam Grammaticae ſuae hebr. cui tertiam demum adiecit anno 1586. Prodiit eius editio *Wittebergae* apud Io. Cratonem 1586. 8. in qua omnes tres eius partes exhibentur.

Ibid. et IV. 276. *Aurogalli, Io.* 1523. 8.) etiam Baſil. 1529. 1531. cuius poſterioris recenſionem ſuppeditauit *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* III. *Part.* XIV. *pag.* 119. et coniicit, eandem ab iſta de anno 1530. quam *Wolfius* memorat, non eſſe diuerſam. De editione anni 1539. a *Wolfio Tom.* IV. memorata plura obſeruantur a *Collectoribus nouantiquorum theologic. ad A. C.* 1721. *pag.* 780. Vitam Aurogalli praeter alios quoque enarrauit *Petr. Baylius* in *Dictionario Tom.* I. *pag. m.* 403.

Bellarmini, Robert. Venet. 1606.) Hanc editionem, quam Dauid *Clement Bibliothec. curieuſ. hiſtor. et critiqu. Tom* III. *pag.* 56. 58. et *Melchior Ludou. Wedekindus* in Nachrichten von raren Büchern. *Part.* III. *pag.* 358. *ſequ.* inter rariores libros referunt, uberius recenſuit *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* VII. *Part.* XLI. *pag.* 406. Vid. quoque *Io. Petr. Niceron.* Nachrichten von merkwürdigen Gelehrten und ihren Schriften. *Part.* XIX. *pag.* 140. *ſequ.* Praeterea quoque edita eſt *Geneuae* 1606. 1616. 1619. Varia de hac Grammatica hebraica memoratu digniora obſeruantur in *Hamburgiſchen gelehrten Berichten ad annum* 1742. *num.* 27. *pag.* 216. ad quae nonnulla reſpondit b. *Chriſtian. Hechtius* in peculiari epiſtola de Bellarmini Grammatica hebraea, inſerta *nouis literariis Francofurtenſibus* de anno 1742. *Append. ad num.* 38. *pag.* 223.

Pag. 602. *Beringeri, Mich.)* Profeſſoris linguae hebraicae Tubingenſis, cuius Grammatica hebraica citatur in *Bibliotheca Hamburg. mixta. Tom.* III. *pag.* 15.

Pag.

Pag. 603. et IV. 279.) *Buxtorfii* prius opus grammaticum *per Io. Leusdenium*) et per eundem Lugduni Batauorum 1701. Supplementa quaedam ad hanc Grammaticam hebr. occurrunt in *Io. Buxtorfii* filii *Catalectis philologico-theolog. num.* 177. *pag.* 352.

Capitonis. Wolfg. Fabric.) Editionem a *Wolfio* memoratam rarioribus libris esse adnumerandam testantur praeter alios *Daniel Gerdesius* in *florilegio librorum rariorum pag. m.* 29. et *Daniel Salthenius* in *librorum Catal. bibl. suae rariorum pag.* 189. Eandem accurate satis recensuit b. *Io. Friederic. Hirtius Bibliothec. oriental. Part.* VIII. *pag.* 304. 317. Eadem quoque Grammatica a *Capitone* adiuncta fuit *Psalterio hebraico* a *Capitone* iam anno 1516. edito; sub titulo: *Institutiuncula in linguam hebraicam*, quam editionem etiam a *Wolfio* supra *Tom.* II. *pag.* 402. memoratam una cum Psalterio plenius recensuit b. *Io. Bartholom. Riedererus* in Nachrichten zur Kirchen- Bücher- und gelehrten Geschichte. *Part.* IV. *pag.* 6. Constat haec ipsa Grammatica, quae ibidem adnexa est, tantum duabus plagulis, cuius Autor se in inscriptione appellauit *Volphangum Fabrum* Professorem Theologiae, quem cum *Capitone* hoc unum eandemque personam constituere certum esse iudicat *Riedererus*, licet se nescire fateatur idem, utrum editio ista Psalterio adiuncta, an haec a *Wolfio* memorata pro priori sit habenda.

Pag. 603. et IV. 280. *Capnionis s. Io. Reuchlini* 1506.) Hanc editionem inter rariora venerandae antiquitatis monumenta iure meritoque referendam esse censent *Dan. Gerdesius* in *Florilegio librorum rariorum pag.* 240. *edit. secundae* et alii. Eandem plenius et accurate satis recensent b. *Io. Fabricius Histor. bibliothes. Fabrician. Tom.* III. *pag.* 234. *sequ.* b. *Baumgartenius* in Nachrichten von einer Hallischen Bibliothek. *Part.* I. *pag.* 369. 375. et b. *Io. Frider. Hirtius Bibliothec. oriental. et exegetic. Part.* I. *pag.* 31. 44.

Eiusdem liber *de Accentibus Hebraeorum* quoque insignis est raritatis, quod obseruant *Daniel Gerdesius* in *Florilegio librorum rariorum pag.* 240. *sequ.* et *Daniel Salthenius* in *Catalogo librorum bibl. suae rariorum pag.* 189. Pluribus idem scriptum recensuit b. *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* III. *Part.* XIV. *pag.* 1170.

Ibid. et IV. 271. *Ceualleriі*, *Anton. Rudolph. Rudimenta linguae hebr.*) praeter memoratas a *Wolfio* editiones etiam prodierunt *Genevae* apud *Franciſc. de Preux.* 1590. 4.

Pag. 604. *Clenardi*, *Nicol. Pariſ.* 1539.) teste *Paul. Theodor. Carpzouio* in *Animaduerſion philologica-critica ſacris pag.* 48.

Pag. 605. et IV. 282. *Io. Andr. Danzii*:) Nouissima Grammaticae eius maioris editio, quae omnes in se comprehendit eius libellos grammaticos, prodiit Francofurti ad Moenum 1751. 8. Aduersarius *Danzii*, cuius b. *Wolfius* hic mentionem fecit, qui ei oppoſuit *exercitationem criticam*, fuit *Chriſtian. Vi-*

wegius

wegius. Plausus, quo compendium grammaticum hoc in uniuersa fere Germania exceptum est, occasionem dedit, ut istud partim in linguam germanicam conuerteretur, partim varii eruditorum virorum laudandam omnino in eo collocarent operam, ut praecepta eius grammatica in epitomen breuiorem redigerent et uberius illustrarent. Prius praestitit b. *Georg Daniel Kypkius* in libro, qui inscribitur: Hebräische und Chaldäische Grammatik — D. J. A. Danzens, ins Deutsche übersetzt, und mit Anmerkungen erleutert. Vratislauiae 1753. 8. Posterius autem quod attinet, eo spectant scripta sequentia; ordine alphabetico: *Hertelii, Wolfgang. Christoph.* Anweisung zur hebräischen Sprache nach Danzens Grundsätzen. Gratzae 1737. 8. *Hofmanni, Io. Georg. Grammatica hebraea, principia Danziana methodo breuissima luculentissimaque complexa.* Giſſae 1765. 8. *Io. Mart. Müllerus* in den Anfangs-Gründen der Hebräischen Sprache nach der Danzischen Grammatik, in einer allgemeinen Tabelle für die ersten Anfänger entworfen. Hamburgi 1758. 8. *Nicolai, M. Gottlib. Sam.* Anmerkungen und Zusätze zur Erklärung aller Regeln der hebräischen Grammatik D. Danzens. Berolini 1751. 8. *Io. Iacob. Rauius*, qui edidit kurzgefaßte Anfangsgründe der Danzischen Grammatik. Regiomonti 1749. 8. quam curauit b. *Kypkius* editionem. *Zenckelii, M. Georg. Petr.* Commentarius grammaticus linguae hebraeae oder ausführliche Erleuterung der Hebräischen Sprache insbesondere zum richtigen und leichten Verstande der Danzischen Grammatik. Ienae 1748. 1749. qui liber constat tribus partibus et recensetur a *Krafftio* in Nachrichten von theolog. Schriften. *Tom.* II. *Part.* 57. *pag.* 629. *sequ.* et *Io. Henric. Zopfii* Compendium grammaticae hebr. [illegible] *Danzii.* Ienae 1735. 8. cuius postrema editio prodiit *Ienae* 1773. cura [illegible] *Frid., Hirtii*, qui eidem etiam nouum accentuationis hebraicae compendium adiunxit. Vid. D. *Hirtii Bibliothec. orientat. et exegetic. Part.* III. *pag.* 205. 214.

Ibid. et Tom. IV. pag. 283.) *de Dieu, Ludou. Grammatica hebr.* in 4.) potius in Folio. Post [illegible] editionem Grammaticae eius trilinguis, quae Francofurti 1683. prod[illegible] publici iuris fecit *David. Clodius*, quod obseruauit *Io. Petrus Niceronius* in Nachrichten von berühmten Gelehrten und ihren Schriften. *Part.* [illegible] *vers. Baumgarten.*

Pag. 608. et [illegible] *pag.* 289. *Hermanni ab Hardt*, cuius Grammaticae tertiam editionem meliorauit iam *Wolfius*, tertiam secuta est quarta 1707. et quinta editio 1728. Plura memoratu digna de eadem attulit *Georgius Ludou. Goettenius* in *gelehrten Europa. Part.* III. *pag.* 536.

Ibid. *Helmontii, Io. Baptist.* Opusculum, cuius latinam editionem hic recensuit *Wolfius*, eodem anno quoque germanice prodiit *Soliſbaci.* Plura de eodem obseruarunt *Morhofius* in *Polyhistore. Tom.* I. *lib.* IV. *cap.* III. *§.* 20. *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern *Tom.* IV. *Part.*

24. *pag.* 499. 504. et *Io. Christoph. Mylius* in *bibliotheca Anonymor. et Pseudonymor. Part.* I. *pag.* 778.

Pag. 609. IV. 290. *Hilligeri, Io. Wilhelm.* Summarium linguae ſ. quoque prodiit *Wittebergae* 1679. et 1684. 4.

Hunnii) potius *Humii* Scoto-Britanni, prouti ipſe hoc mendum correxit *Wolfius Tom.* IV. *pag.* 291.

Pag. 610. *Kyberi*) complectitur duo Alphabeta, cuius operis grammatici partem alteram conſtituunt Meditationes grammaticae in Threnos Ieremiae, quae conficiunt Alphabetum unum et octo plagulas.

Loeſcheri libri III. *de cauſis linguae hebraeae:*) Licet huic libro utilitatem ſuam maximam vix denegare queant Philologi, varia tamen ſunt, quae in eo reprehenduntur a *Paulo Theodor. Carpouio* in *Animaduerſionibus* ſuis *philologico-critico-ſacris pag.* 44. 58. contra cuius accuſationes *Loeſcheri* cauſa quodammodo defenditur a *Carol. Henric. Zeibichio.* in *Collectione nouantiquorum theologicorum de* anno 1744. *pag.* 592. 1745. *pag.* 838. *ſequ.*

Pag. 611. IV. 293. *Martinii, Petr.*) Vitam huius Grammatici narrauit *Colomeſius* in *Gallia oriental. pag.* 71.

Pag. 612. IV. 295. *Michaelis, Io. Henr.* Grammatica hebraica) prodiit quoque Halae 1737. 8.

Pag. 613. IV. 295. *Munſteri, Sebaſtian.*) Prima editio Inſtitutionis elementalis linguae hebr. prodiit Baſileae 1524. cui adnexa eſt quoque verſio polyglotta prophetiae Ionae, quam editionem pluribus recenſuit [illegible]*ungartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern *Tom.* V. *Part.* XXVI. *pag.* 102. *ſequ.* De Grammatica *Eliae Leuitae Germani* a *Munſtero* in linguam [illegible]am tradu&a conferas ſupplementa mea ad *Tom.* I. *pag.* 22. *ſequ.*

Neandri, Michael.) *Erotemata — auctiora* 1567. 8.) [illegible] 16. Oporini ex officina Bartholom. Franconis.

Pag. 614. *Opitii, Henr. — ſaepe alias)* Prodiit etiam cura *Paul. Frider. Opitii* Kiloni 1738. *Io. Gottfrid. Hageri*, de qua editione pluribus conferantur Collectores *nouantiquorum theologicorum* de anno 1740. *pag.* 114. *ſequ.* et nouiſſime M. *Chriſtian. Frid. Degenkolbii* Lipſiae 1770.

Ibid. et IV. *pag.* 296. *Oſiandri, Luc.*) Plura de auctore huius libri adduxit *Thom. Crenius* in *Animaduerſionibus philologicis. Part.* VI. *cap.* II. *pag.* 169.

Othonis, Iul. Conrad.) Grammaticam eius hebr. rarioribus libris adnumerandam eſſe obſeruat Theophilus Sincerus in *Collectionenova librorum antiquiorum et rariorum. Part.* VI. *pag.* 485.

Ibid. et IV. *pag.* 297. Primae Inſtitutionum linguae hebr. *Santis Pagnini* editio Lugduni 1520. 4. prodiit, cuius titulus hic eſt: *Santis Pagnini* Inſtitutiones hebraicae, in quibus, quicquid eſt Grammatices hebraice facultatis, docetur. Lugduni 1520. 4. Memorat hanc editionem quoque *Daniel Salthenius* in

Cata-

Catalogo librorum Bibliothecae ſuae rariorum. pag. 190. *num.* 291. *Wolfio* autem et *Baumgartenio* plane fuit incognita. Prior enim tantum tres huius libri editiones adduxit, poſteriore autem loco infra citando editionem huius libri anno 1526. primam et antiquiſſimam fuiſſe perhibet. Cum vero in *Lexico eruditorum Lipſienſi* ſ. u. *Santes* memoretur, eundem diem ſupremum obiiſſe ſeptuagenarium anno 1548. conſtat, eundem iſto tempore, quo has Inſtitutiones anno 1520. edederet, annos 22. natum fuiſſe. Quomodo haec cum illis conſentiant, quae *Pagninus* ipſe in *Dedicatione fol.* 1. B. ſcripſit: „*Inſtitutiones hebraicas. quas olim elaboraui, deſcribere orſus ſum*" aliis ſagacioribus rei literariae ſcrutatoribus decidendum relinquo. Editionem de anno 1526. cui *Wolfius* et *Baumgartenius* primum inter editiones huius libri locum aſſignarunt, recenſuit *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* III. *Part.* XIV. *pag.* 116. Alteram vero a *Wolfio* adductam Pariſienſem de anno 1549. plenius deſcripſit *Frider. Gotthilf. Freytagius* in *Analectis de libris rarioribus. pag.* 651. Praeterea prodiit hic liber teſte *Almelooveenio* in *Tract. de vita et ſcriptis Stephanorum pag.* 17. Pariſiis apud Robertum Stephanum 1548. cuius editionis inſcriptio haec eſt: Hebraicarum Inſtitutionum libri IV. *Sante Pagnino Lucenſi* Auctore ex *R. Davidis Kimchii Michlol fere*, et quidem ex prima eius parte — fere *tranſcripti.* 1548. 4. Ceterum *Pagninum* in conſcribendis his Inſtitutionibus maxime fuiſſe uſum utraque parte *Michlol Kimchiani*, imprimis *Freytagius* in *Apparatu literario Tom.* III. *pag.* 178. declaravit verbis, quae partim ad Theſaurum linguae ſanctae ei[illegible] partim etiam ad has hebraicas inſtitutiones trahi poſſunt. Obſeruavit quoque [illegible] *Almelooveenius loc. citato*, prodiiſſe apud Robert. Stephanum Inſtitutionem hebr. *Pagnini* abbreviatam. 1546.

Obſeruationes in linguam hebraicam non 1564. Pariſ. ſed potius ibidem 1546. prodierunt, uti ipſe *Wolfius* noſter correxit *Tom.* IV. *pag.* 297. apud *Robertum Stephanum*, quod etiam teſtatur *Almelooveenius* de *vita et ſcriptis Stephanorum pag.* 16.

Palmonii, *Anton.*) *Colomeſius* in *Gallia orientali*, opuſculor. eius *pag.* 245. obſeruavit, prodiiſſe hunc librum in lucem publicam anno 1657. opera et ſtudio *Ambroſii Fricchii*, linguae hebr. Profeſſoris. Vide tamen, quae hac de re ſcripſit *Wolfius* noſter *Tom.* IV. *pag.* 285. ſub voc. *Fricchius.*

Pellicanus, *Conrad.*) Varia de hoc erudito Philologo memoravit *Io. Iacob. Schudtius* in *Deliciis hebraeo-philologicis pag.* 73.

Pag. 615. et IV. 298. *Quinquarboreus* Vitam huius Autoris pluribus enarrauit *Colomeſius* in *Gallia orientali*, *pag.* 69.

Pag. 616. *Rheniferd. Iac.*) Prodierunt quoque eius rudimenta Franequerae 1700. 1706. teſte *Niceronio* in Nachrichten von berühmten Gelehrten und ihren Schriften *Part.* I. *pag.* 439.

Pag.

Pag. 617. *Schultii*, *Io. Iac. Genius linguae hebr.* recenſetur quoque in neuen Büchersaal. *Tom.* III. *Part.* 36. *pag.* 829. *ſequ.*

Pag. 618. *Spinoza*, *Benedict. de*) Praeclare de eius Grammatica hebr. iudicat b. *Baumgartenius* in Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothek. *Tom.* I. *Part.* II. *pag.* 112. Vide ſupra haec ſupplementa ad *Tom* I. *pag.* 241.

Ibid. *Stancari*, *Io.* in fine addatur ſequentia: Recte quidem: prodiit enim eiusdem Grammatica hebraea *Baſileae* apud Io. Parcum 1546. 8. et eius de modo legendi hebraice breuiſſima Inſtitutio. *Venetiis* 1530. 8.

Starkii, *Henr. Bened.* Lex. hebraea. Edita quoque eſt Lipſiae 1713. 1717. cum ſupplementis *Chriſt. Gotthold. Wiliſchii* ibidem 1737. et nouiſſime cura et ſtudio celeb. *Io. Gottlib. Boſſeckii* ibidem 1764. 8. quam editionem recenſuit b. *Erneſtius Bibliothec. nov. theologic. Tom.* V. *Part.* II. *pag.* 185. *ſequ.*

Pag. 621. et IV. 307. His ſupplementis librorum grammaticorum hebraicorum a *Wolfio* memoratorum adiiciantur ſequentia ſcripta partim recentiora, partim a b. *Wolfio* praetermiſſa. Spectant huc ſequentia:

Anonymi Lingua ſanta da apprenderſi anche in quattre lezzioni. Venet. 1748. 4. quae citatur in *novis Actis Scholaſticis Vol.* I. *pag.* 642.

Arndii, *Caroli*, (Prof. Roſtoch.) Grammatica analyſi hebraicae inſerviens, ad methodum Schickardianam confecta, adiuncta Harmonia Buxtorfi, Waſmuthi, Opitii, Michaelis cet. Roſtoch. 1709. fol. Quam grammaticam memorat *Paul. Theodor. Carpouius* in *Animadverſionibus philologico-criticis ſacris pag.* 47.

Biedermanni, *Io. Gottlieb.* Anfangsgründe der hebräiſchen Sprache, mit Regeln und Exempeln erleutert. Lipſiae 1762. 8. quem [illegible] recenſuit b. *Ernestius Bibliothec. theol. nou. Tom.* III. *Part.* I. *pag.* [illegible]

Bohnſtedtii, M. *Georg. Chriſt.* Rectoris Halberſtad. Analecta grammaticees hebraeae, quibus praecipua et difficiliora eius momenta, maxime quae ad lectionis et flexionis accurationem pertinent, dilucide explicantur. Helmſtad. 1736. 8. De quo libro conferantur die Hamburgiſchen Berichte 1737. *pag.* 38. *ſequ.*

Caſtelli, *Edmund.* Grammatica linguarum orientalium, quae praefixa eſt praeſtantiſſimo eius *Lexico heptaglotto.*

Carpouii, *Paul. Theodor.* Ars ideam diſtinctam de voce hebraea formandi. Lipſ. 1738. 8. Plura de hoc libro referunt Collectores *nouantiquorum theologicorum* ad annum 1738. *pag.* 752. *ſequ.* et Auctores der Hamburgiſchen Berichte 1739. Scid. 90. *pag.* 764.

Clemanni, *I. C. H.* [illegible] *zur leichten Erlernung und Erlernung der hebraiſchen Sprache.* Deſſauiae 1780. 8.

Diederichs, M. *Io. Chriſt. Wilhelm.* hebräiſche Grammatik für Anfänger. Lemgouiae 1778. 8. quam iterata vice multis adnotationibus, emendationibus [illegible] hebraica adiecta auctam in lucem publicam edidit cel. *Wilhelm. Friedr. Hezeliuc.* Lemgouiae 1781. 8.

Ellen-

Ellenbergii, Frid. Wilhelm. Kunſt, ſich mit der hebräiſchen Sprache zu beſchäftigen. Halae 1751. Vid. *Baumgartens* Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* XI. *Part.* 65. *pag.* 466.

Engeſtromii Io. Grammatica hebraeo-biblica. Lundae Gothorum 1734. 4. Autor in hoc libro fere omnes hypotheſes b. *Neumanni* comprobauit, licet alias hic atque inde multae obſeruationes bonae frugis occurrant. Plura de ea memorant *Collectores nouantiquorum theologicorum* ad annum 1738. *pag.* 638. *ſequ.* et *Paul. Theodor. Carpzouius* in *Animadu. philolog. pag.* 50.

Haſii, M. *Chriſt. Gottfrid.* Verſuch eines Lehrgebäudes der Hebräiſchen Sprache. Halae 1751. 8. Vid. *Baumgartenii* Nachrichten von einer Halliſchen Biblioth. *Tom.* V. *Part.* 30. *pag.* 546.

Hauptmanni, D. *Io. Gottfrid. Elementa hebraici ſermonis* cum illius *Hiſtoria* breviſſima. Ienae 1760. 8.

Hempelii, M. *Erneſt. Wilhelm.* Prima linguae hebraeae elementa, una cum doctrina de accentibus. Lipſiae 1776. 8. Vid. D. *Hirtii Bibliothec. nov. Witteberg. oriental. et exeget. Part.* I. *pag.* 127. *ſequ.*

Hezelii, *Wilh. Frider.* ausführliche Hebräiſche Sprachlehre; nach berichtigen Grundſätzen durch ſorgfältige Vergleichung der übrigen Morgenländiſchen Dialekte. Halae 1777. 8.

Eiusd. Anweiſung zum Hebräiſchen, bey Ermangelung alles mündlichen Unterrichts. Vinariae 1781. 8.

Hirtii, *D. Io. Frider.* Syntagma obſeruationum philologico-criticarum ad linguam ſanctam V. T. pertinentium. Ienae 1771. 8. Collectionem continet minorum b. Auctoris ſcriptorum ad rem grammaticam Hebraeorum pertinentium, et recenſetur in D. *Hirtii bibliothec. oriental. et exeget. Part.* II. *pag.* 460. 475.

Kochii, M. *Frid. Chriſt.* Fundamenta linguae hebraicae ſuis undique rationibus ſolide firmata, ſeu grammatica Hebraea philoſophica. Ienae 1740. 8. Vid. *Collect. nouantiquorum theologic.* ad annum 1746. *pag.* 92. *ſequ.*

le Long Methode nouuelle pour apprendre facilement les langues Ebraique et Chaldaique, auec un Dictionnaire des Racines. Paris 1738. Vid. *Mylii Biblioth. Anonymorum et Pſeudonym. Part.* I. *pag.* 1298. *num.* 152.

Meineri, *Io. Werner.* wahre Eigenſchaften der hebräiſchen Sprache, aus richtigen Gründen unterſuchet und aufgeklaret, cum praefat. D. *Chriſt. Wollii.* Lipſ. 1748. 1772. 8. Plura de eadem Grammatica memorant *Strodtmannus* in den Beyträgen zur Hiſtorie der Gelehrten. *Part.* IV. *pag.* 118. *ſequ.* *Kraſtius Bibliothec. theolog. Tom.* II. *pag.* 852. et Autores der Danziger theolog. Berichte. *Part.* 107. *pag.* 544.

Meninſki Theſaurus et Grammatica linguarum orientalium. Viennae 1680. fol. Raritatem hic liber prae ſe fert, teſte *Daniel. Gerdeſio* in *Florilegio librorum*

rum rariorum, pag. m. 312. et recenſetur in *Actis eruditorum Lipſienſ. latin.* de anno 1683. *pag.* 362. et in *Memorabilibus Bibliothecae Dreſdenſis Part.* I. *pag.* 465.

Merceri, Io. Notae in *Pagnini* Theſaurum linguae ſanctae. Lugduni 1577. fol. Vid. *Wolf. Tom.* IV. *pag.* 295.

Michaelis, D. *Chriſt. Bened. Quaeſtiones grammaticae* hebr. quae inſertae ſunt *Miſcellaneis Lipſienſ. nouis Vol.* VII. *Part.* 2.

Michaelis, Io. David. hebräiſche Grammatik. Halae 1745. 8.

Nebriſſenſis, Aelii Anton. Tract. de literis hebraicis cum quibusdam Annotationibus in ſacram Scripturam. Liber eſt perrarus, de quo pluribus commentatus eſt *Nicol. Antonius* in *Specimine bibliothecae Hiſpano-Maianſianae pag.* 20.

Ohrlini, Olof, Theol. Doct. et Paſt. Waldſten. *Afhandling om Hebraiſka Sprakets Nytta ati Theologien cet.* cui ſubiicitur ad calcem radicum Hebraearum contradictoriae ſignificationis in primitiva ſua bilittera reſolutio; una cum Hebraearum literarum notionibus extantioribus ſcripturariis, quem librum ex lingua Suecica latine tranſtulit M. *Elias Traegard* Gryphiſwaldiae 1766. 8. Huc ſpectat hic liber, cum in eo nova methodus hebraicam linguam addiſcendi monſtretur, licet ad Grammaticas hebraicas ſtricte ſic dictas non pertineat. Cum laude recenſetur in Greiffswalder kritiſchen Nachrichten ad annum 1766. *Volum.* II. *pag.* 319

Schroederi, Nicol. Guilielm. Inſtitutiones ad fundamenta linguae hebr. cum Syntaxi. Groningae 1766. 8. mai. Compendium exhibet maioris *Albert. Schultenſii* grammaticae et cum laude recenſetur a b. *Erneſtio Bibliothec. theolog. nov. Tom.* VII. *Part.* V. *pag.* 441. 445.

Waehneri, Andr. Georg. gründliche Grammatik der hebräiſchen Sprache. Goetting. 1735. 8.

Vogelii, Georg. Io. Ludow. Anfangsgründe der hebräiſchen Sprachkunſt. Halae 1769. 8. Cum laude recenſetur a b. *Erneſtio Bibliothec. theolog. nov. Tom.* X. *Part.* IX. *pag.* 831. *ſequ.*

Ximenii, Franciſc. Cardinalis et Archiepiſcopi Toletani Introductio artis Grammaticae hebraicae, quae appendicis loco adiecta eſt *Tomo* VI. *Bibliorum polyglottorum* Complutenſium. Vid. *Wolf. Bibliothec. hebr. Tom.* II. *pag.* 339. Licet non negari queat, *Ximenium* in conficienda hac Grammatica uſum fuiſſe *Io. Reuchlini* rudimentis anno 1506. editis, in hoc ſcripto tamen, cuius elaboratio finita eſt anno 1515. ultimo Maji die, multa occurrunt, quae fruſtra apud *Io. Reuchlinum* deſiderantur.

Plures, quos hic ſilentio praetermitto, Grammaticorum hebr. ſcriptores recenſuit D. *Io. Gottfrid. Hauptmannus* in *Appendice hiſtoriae ſermonis hebraici*, quae eius hebraicae praefixa eſt, adiecta.

Praete-

Praeterea exstat *Anton. Driessenii* Carmen hexametrum technologicum de Literatura sancta vel Hebraea, quod insertum legitur in *Miscellaneis Groninganis, Tom.* IV, *Fascic.* I. *pag.* 42. 130. Hic ipse auctor, quantum quidem ego scio, unicus est, qui Grammaticae hebraicae praecepta metrice expressit.

Ad XIII. Pag. 621. IV. 307. 308. Iis, qui Historiam sermonis hebraici peculiaribus tractauerunt scriptis, addi moramur:

Simonis Io. Introductio grammatico-critica in linguam hebraicam, una cum appendice de lingua Chaldaica. Halae Magdeburg. 1753. 8. Plura de eadem memorat b. *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* III. *Part.* XVII. *pag.* 458.

Clemmii, Henric. Wilhelm. Versuch einer kritischen Geschichte der hebräischen Sprache. Heilbronnae 1753. 8. quem librum valde laudavit b. *Krafftius Bibliothec. theolog. Tom.* XI. *pag.* 276. *sequ.*

Hauptmanni, D. *Io. Gottfrid. Historia linguae hebraicae* eiusdem *elementis sermonis hebraici*, quae Ienae 1760. edita sunt, praemissa.

Hezelii, Wilhelm. Frider. Geschichte der hebräischen Sprache und Literatur, nebst einem Anhange, welcher eine kurze Einleitung in die mit der hebräischen Sprache verwandten Dialekte enthält. Halae 1776. 8.

Quibus adiungatur b. *Io. Henric. Bohnii* Progr. *de fatis linguarum Orientalium inter Europaeos.* Ienae 1769. 4. Neque minus huc pertinent, qui de singularibus meritis doctorum virorum huius vel illius regionis in orientalem et speciatim hebraicam literaturam commentati sunt. Huc saltem, omissis aliis, referendus est b. *Io. Georg. Schelhornius* in Programm. *de eximiis Suevorum in literaturam orientalem meritis*, quod etiam eiusdem *Amoenitatibus literariis Tom.* XIII. *pag.* 197. *sequ.* insertum legitur, in quo varia notatu digniora de *Io. Reuchlino pag.* 208. *Sebast. Munstero pag.* 209. *sequ. Io. Forstero pag.* 210. *sequ Paulo Fagio pag.* 212. *sequ.* leguntur.

Pag. 621. III. 312. De linguae hebraicae proprietatibus, ut et de facili eandem docendi et addiscendi methodo scriptis a *Wolfio* utroque in loco memoratis adde sequentia: *Io. Buxtorfii* dissert. de linguae hebraicae origine et antiquitate. Basil. 1644. *Henric. Iac. a Bashuysen* Panegyricus hebraicus de lingua hebraica eiusque auctoritate, cum versione latina. Hanouiae 1706. quod scriptum eodem anno quoque germanice prodiit. *Derossi, Io. Bernhard.* Disquisitio de praecipuis causis et momentis neglectae a nonnullis Hebraicarum literarum disciplinae. Augustae Taurinorum 1769. 4. mai quod scriptum vehementer laudavit b. D. *Io. Frid. Hirtius Bibliothec. oriental. et exegetic. Part.* II. *pag.* 350. 362. *Io. Michael. Herbart.* Programma de notitia linguae hebr. necessaria et facile comparanda. Oldenburgi 1757. *Hauckii, Christian. Gotthelff.* Briefe die neueste Hebräische Litteratur betreffend. *Pars.* I. II. Lips. 1776. 1777. 8. *Erhard. Andr. Frommanni*, Comment. de opinata sancti-

tate

tate linguae hebr. foecunda errorum matre, quae inserta est eiusdem Opuscvlis philologico - theologicis et historicis Vol. I. num. 2. *Nicol. Albert a Kamneck* Oratio de studio linguae hebraicae, quam ob raritatem suam iterum in lucem publicam edidit *Gottfrid. Balthasar Scharfius*. Dresdae 1734. 8. *Georg. Guilielm. Kirschii* dissert. de facili linguam hebraicam docendi discendique ratione. Lipsiae 1777. *Io. Gottfr. Lakemacheri*. Comment. de ratione optima linguam hebraeam docendi et discendi, quae extat in eiusdem *Obseruationib. philologicis. Part.* VI. *pag.* 383. 425. *Linckii, Io. Wolfgang. Conr.* über das hebräische Sprachstudium. Giessae 1777. 8. de quo scriptio docte recensetur in *Bibliotheca Lemgouiensi literaturae german. select. Part.* XII. *pag.* 626. *sequ.* *Gottfrid. Ludouici* diss. de fonte linguarum Orientalium communi. Lips. 1693. *Christian. Bened. Michaelis* dissert. de primaeva linguae hebr. antiquitate, Respond. *Christoph. Augusti. Bodio* Halae 1747. cuius argumentum strictim enarratur in vollständigen Nachrichten von kleinen akadem. Schriften de anno 1748. *Part.* VI. *pag.* 492. *sequ.* *Morini, Steph.* Oratio de linguarum Orientalium ad intelligentiam Scripturae s. utilitate. Lugd. Batau. 1656. *Georg. Christian. Oertelii* Programma de linguae hebraeae in scholis discendae necessitate. Erlang. 1770. *Theodor. Praetorii* Programmata duo de nexu et connubio artium philologiae et literarum hebr. cum Theologia. Coburgi 1771. quae recensentur a b. *Ernestio Bibliothec. theolog. nouiss. Tom.* I. *Part.* VIII. *pag.* 764. *sequ.* *Io. Matth. Schrockhii* Progr. de Ambiguitate linguae hebr. prorsus negatida. Lips. 1758. quod recensetur in vollständigen Nachrichten von kleinen akademischen Schriften 1757. *pag.* 820. *Theodor. Io. Abraham. Schützii* diss. de via compendiaria ad linguam hebr. discendam. Witteb. 1771. *Robert. Wakfield* Oratio de laudibus et utilitate trium linguarum, Arabicae, chaldaicae hebr. atque idiomatibus hebraicis, quae in utroque Testamento inueniuntur Londini 1524. 4. Quem librum pluribus recenset et perrarum esse testatur *Freytagius Apparat. literar. Tom.* III. *pag.* 545. 549.

Antiquissimam omnino esse linguam hebraicam ipsi Iudaei affirmant, cuius sententiae eorum testimonia nonnulla ex ipsis Talmudis Pandectis collecta adduxit *Christoph. Hauemannus* in *Symbolis literariis Bremensibus Tom.* III. *Part.* III. *pag.* 470. Ex eorum numero, qui illam ipsam antiquitatem in dubium vocarunt, unum hic adfero *Carol. Ludouic. Runckelium* in suis Ζητήμασι nonnullis criticis et philologicis. Giessae 1707. 4. Vid. *Miscellan. Groning. Tom.* I. *Fascic.* II. *pag.* 328.

Index virorum eruditorum, qui demum senio confecti literis hebraicis addiscendis operam dederunt, exhibetur a *Io. Buxtorfio* in *Catalectis* suis *philologico-theologicis pag.* 284. *sequ.*

Pag. 623. 624. IV. 315. Scriptis *de literis Hebraeorum earumque antiquitate* addantur scripta sequentia! *Id. Gottlieb. Bidermann.* Programm. exhibens specimen historiae profanae ex literis hebraicis illustratae. Numburg. 1749. cuius

sum-

ſummam dederunt Autores der Auszüge aus Diſputationen de anno 1743. *Part.* II. *pag.* 187. *ſequ.* *Cappelli*, *Ludou.* Tract. de veris et antiquis Hebraeorum literis. Amſtelod. 1645. 12. de quo libro noſtris temporibus rariori plura in medium allata ſunt a b. *Gottlieb. Stollio* in den Nachrichten von den Büchern ſeiner Bibliothek. *Tom.* II. *pag.* 533. *Erh. Andr. Frommanni* Comment. de cauſis nominum literarum hebraicarum ex primo et antiquiſſimo ſcribendi genere, quae inſerta legitur eius Opuſculis philologico-theologicis et hiſtoricis. *Tom.* I. *num.* 4. *Antiquity of the Hebrew language, Letters, Kogel Points, and Accents, by John Gill*, D. D. Londini 1766. 8. *Benigm. Gruddelii* diſſertationes duae de literis hebraicis. Eiusd. diſſ. de punctis Hebraeorum vocalibus. Gedani 1753. de quibus conferatur *Krafftii Bibliothec. theolog. Tom.* VI. *pag.* 849. *ſequ.* VIII. *pag.* 756. *ſequ.* IX. *Part.* 87. *pag.* 657. *Franciſc. Helmont.* Alphaberum hebraicum. Vid. ſupra *pag.* 608. et quae ibi obſeruavi. Alphabetum Hebraicum, addito Samaritano et Rabbinico. 1651. 4. Rom. 1771. 8. mai. ex Typographeo congregationis ſacrae de propaganda fide. *Henr. Stephani* Alphabetum hebraicum, de quo libro plura obſeruarunt *Michael Maittairius* in *Catalogo librorum hebraicorum a Stephanis editorum pag.* 39. et *Io. Chriſtoph. Mylius* in *Bibliotheca Scriptorum anonym. et Pſeudonymorum. Part.* I. *pag.* 778. Huc quoque ſpectant, quae b. *Heumannus* ſcripſit in *Conſpectu reipublicae literariae Cap.* III. *§.* 7. 8. *pag. m.* 331 contra quae nonnulla monuerunt Autores *Relationum Ienenſium menſtruarum* de anno 1726. *pag.* 936. not. De literis Hebraeorum ſuſpenſis doctiſſima occurrit diſſertatio in *Symbolis literariis Bremenſibus Tom.* I. *Part.* II. *num.* I. *pag. m.* 1. 41. Vid. quoque *Wolf.* ſupra *pag.* 524 *ſeqq.*

Figuram literarum hebraearum et *rationem, qua antiquiſſimi Hebraei ſcripſerunt*, quod attinet, huc potiſſimum praeter ea, quae de hac materia iam obſeruauit *Wolfius* noſter, referenda erit controverſia, an Hebraei antiquiores in una ſerie et vocibus indiſtinctis ſcripſerint. Affirmarunt hoc imprimis et argumentis quibusdam confirmare conati ſunt *Io. Morinus Exercitat. biblic. de Hebraei Graecique textus ſinceritate Lib.* I. *Exerc.* VI. *Cap.* II. *§.* 5. *Richard. Simonius* in *Hiſtoria critica V. T. Lib.* I. *Cap.* 28. *Io. Andr. Danzius Literat. hebr. chald. not.* ad *§.* 6. *obſeru.* 1. *Hermann. ab Hardt.* in *lumine graeco in analyſi primo Geneſeos libello. pag.* 283. *Tom.* I. *in Iobum. Dan. Ernſt. Iablonskius in praefatione editioni ſuae Bibliorum hebraic.* praemiſſa *§.* 37. et *Conrad. Ikenius Antiquitat. hebraic. Part.* I. *Cap.* III. *§.* 9. Falſitatem autem huius ſententiae clariſſime oſtendit b. *Io. Gottfrid. Tympius* in Programm. quo demonſtratur, indiſtinctam antiquorum Ebraeorum ſcriptionem eſſe recens commentum Morinianum, certitudini divinarum literarum longe perniciosiſſimum. Ienae 1739. 4. Huc quoque conferenda eſt M. *Caroli Traugott Kretſchmari* comm. de charactere codicis hebraei originario. Witeb. 1775. 4.

Pag. 624. et IV. 313. *Casp. Neumannus*) Eiusdem *clavis domus Heber*, qui prodiit in lucem publicam Vratislaviae 1713. 4. pluribus recenſetur im *neuen Büchersaal der gelehrten Welt. Tom.* II. *Part.* XV. *pag.* 168. *sequ.* et in *Actis erudit. Lipsiens. german. Tom.* I. *Part.* IX. *pag.* 738. 742.

Pag. 625. lin. 1. *Halae* 1717.) potius ſcribe: 1709.

Ibid. lin. 6. His ſcriptis addantur: *Io. Leonh. Reichembergeri* diſſert. de arte Hebraeorum characteriſtica. Ienae 1734. qui doctiſſimus vir etiam nonnulla, quae in ea aſſeruerat, uberius illuſtravit im Heſſiſchen Hebopfer. *Part.* XII. *pag.* 190. 201. *Georg. Chriſtoph. Stellwagii* diſſ. in qua perfecta ſpecimina artis characteriſticae combinatoriae ex lingua hebraica deſumta ſiſtuntur. Ienae 1738. *Georg. Petr. Zenckelii* diſſ. de natura Scripturae characteriſtico-hebriſticae exiſtentia. Ienae 1740.

Iudaeos antiquiſſimos magnam attentionem in obſeruandis matribus lectionis adhibuiſſe iis in locis, ubi eadem imprimis optimis codicibus manuſcriptis bibliorum hebraicorum adſcriptae fuerint, plurimis exemplis ex *Talmude* aliisque Iudaeorum antiquiſſimis ſcriptis comprobare ſtuduit *Chriſtoph. Hauemannus* in *Symbolis literariis Bremenſibus Tom.* III. *Part.* III. *pag.* 470. *sequ.* Interim huc quoque conferenda erit b. *Georg. Io. Ludou. Vogelii* diſſert. de matribus lectionis librariorum arbitrio relictis. Halae 1767.

De litteris Hebraeorum ſic dictis *epenthetieis* ה, ו, י pluribus commentatus eſt b. *Chriſtian. Erneſt. a Windheim* in diſſertat. qua literae epentheticae Hebraeorum ad rationem ſuam revocantur, illaeque voces, quibus ineſſe putantur, reſolvuntur. Erlangae 1752. cuius argumentum ſtrictim exhibuerunt Auctores der vollſtändigen Nachrichten von kleinen akadem. Schriften, ad annum 1753. *pag.* 992. *sequ.*

Pag. 526. *sequ.* ad verba: *Vſum literarum numeralem cet.*) Recentiſſimo tempore hoc argumentum plenius et doctiſſime tractavit celeb. *Io. Melchior Faber* in duobus Programmatibus de literis olim pro vocibus in numerando a ſcriptoribus V. T. adhibitis. Onoldi 1771. 4.

De cauſis, quare in V. T. hebraico vocibus et literis Hebraeorum ſuperne adiecta fuerint puncta non vocalia extraordinaria praeter alia ſcripta legatur *Io. Henric. Hüpedenii* wahrſcheinliche Muthmaſſung von der wahren Urſache und Bedeutung der auſſerordentlichen Punkte, welche über einigen Buchſtaben und Wörtern der hebräiſchen Bibel gefunden werden. Hannouerae 1751. 4. quod ſcriptum recenſetur a b. *Krafftio Bibliothec. theolog. Tom.* VII. *pag.* 361. *sequ.*

Pag. 627. fere in medio: *Montfauconius*) Cogitata eius de hac materia ſtrictim et nervoſe legi poſſunt apud *Wolfium* noſtrum *Tom.* II. *pag.* 648. 653.

Pag.

Pag. 628. *Reimli* tractatus a *Wolfio* citatus potius prodiit Ienae 1716. non 1715. Praeter hunc etiam literarum ſerviliūm officia copioſe explanavit *Io. Henric. Hottingerus* in Appendice ad Analyſin libri Hiob.

De *numero coniugationum hebraicorum* conferenda eſt b. *Hirtii* diſſert. de ſpecimine perfectionis in coniugationibus Hebraeorum non multiplicandis obvia. Ienae 1755. cuius ſumma capita narrantur in vollſtändigen Nachrichten von kleinen akademiſchen Schriften de anno 1756. *Part.* III. *pag.* 264. *ſequ.*

De *formatione pronominum perſonalium. ſuffixorum et Verbi perfecti apud Hebraeos*, ut alios omittam, pluribus egerunt *Io. Frid. Hirtius* in Commentatione philologica formationem pronominum perſonalium, nec non verbi in communiſſima forma apud Ebraeos obuenientium demonſtrante. Ienae 1747. 4. quae etiam iterum recuſa eſt in eiusdem Syntagmate obſeruationum philologico-criticarum ad linguam hebr. ſpectantium *pag.* 15. 96. Quo etiam ſpectant *Alexandri Gabriel. de Woiatan Hulewitz* Tract. de notis characteriſticis coniugationum linguae ſanctae. Lug. Batau. 1733. de quo libro plura memorant Auctores collectionis *nou-antiquorum theologic.* ad annum 1743. *pag.* 409. *Daniel Peuceri* kurze Herleitung des hebräiſchen *Verbi* יסף nach D. Danzens Grundſätzen. *Gerh. Gottfrid. Ranis* Analyſis pronominum perſonalium, ſuffixorum, afformativorum et praeformativorum Hebraicorum et Chaldaicorum. Ien. 1733. 8. et *Io. Gottfrid. Tympii* Typus verborum perfectorum hebraicorum cet. in tabulis compendioſe exhibitus Ienae 1728. edita eſt, cuius editio iterata adiecta omnium pronominum ſeparatorum forma prodiit Ienae 1732. 4.

Viam ad *Analyſin vocum hebraicarum* pandunt libri ſequentes: *Io. Philipp. Chriſtian. Baſtius* in Anhang zu der deutſchen Ueberſetzung der Danziſchen Grammatik, welcher eine grammatiſche Auflöſung aller in den erſten Capitel des erſten Buchs Moſe vorkommenden Wörter in ſich faſſet. Vratislaviae 1753. 8. *Io. Valent. Brieglebii* Dicta claſſica V. T. ad ductum b. *Danzii* brevi analyſi illuſtrata. Ienae 1770. 8. *D. Io. Frid. Hirtii* Biblia Ebraea analytica, ſiue completa omnium vocum difficiliorum et notatu dignarum per uniuerſum codicem V. T. obviarum Analyſis grammatica ſecundum principia b. *Danzii* inſtituta. Ien. 1755. cuius libri utiliſſimi editio ſecunda longe auctior prodiit Ienae 1769. 8. *Frider. Chriſtian. Kochii* Praxis grammatica ſeu ſpecimina totius Grammatices hebraicae in analyſi vocum Hebraearum pro numero ac diuerſitate regularum grammatices ſelectarum expreſſa, quibus praemittitur theoria analyſeos hebraicae. Ienae 1742. 8. *Iacob. Robertſonii* Clavis Pentateuchi, ſive Analyſis omnium vocum hebraicarum ſuo ordine in Pentateucho Moſis occurrentium, Edimburgi 1770. 8. mai. quem librum copioſe recenſuerunt b. *Erneſtius Bibliothec. theol. nouiſſ. Tom.* I. *Part.* V. *pag.* 387. 402. *Hirtius Bibliothec. oriental. et exegetic. Part.* I. *pag.* 54. 70. et *Froriepius* in *Bibliotheca literaturae theologic. Tom.* I. *Part.* III. *pag.* 309. *ſequ. Io. Gottfrid. Tympii* Prima quinque

Gene-

Geneſeos capita et pars ſemi hebraice, cum vocum ratione grammatica ſecundum principia Danziana expoſita. Ienae 1727.

Doctrinam *de formis nominum hebraicorum* praecipue illuſtrauerunt *Ioh. Andr. Danzius* in Paradigmatibus nominum hebraicorum et *Io. Simonis* in Arcano Formarum hebr. et chaldaic. quod opus doctiſſimum duabus partibus prodiit Halae Magdeburg. 1735. 4. et recenſetur in Hamburgiſchen gelehrten Berichten de anno 1735. *Scid.* 41. *pag.* 173.

Verba formae mixtae, quae in ſermone hebraico occurrunt, ad ſuas formas reſtituit D. *Hirtius* in Tractatu de verbis formae mixtae apud Hebraeos, Ien. 1755. Vid. quoque eiusdem Syntagma *obſeruationum philologico-criticarum pag.* 97. 198.

Pag. 629. *Daſſouii Lexicon emphaticum.* Vid. ſupra *pag.* 562. et quae ibidem a me obſeruata ſunt.

Ad *Syntaxin hebr.* pertinet imprimis *Io. Andreae Danzii* Interpres hebraeus, qui longe auctius multis acceſſionibus ad b. Auctoris mentem editus eſt a b. *Io. Gottfrid. Tympio.* Ienae et Lipſiae 1755. 4. His addas ſequentia ſcripta: *Benedicti Ariae Montani* Communes et familiares linguae hebraicae idiotiſmi, omnibus interpretationibus, praecipue Pagnini accommodati. Antwerp. 1572. fol. quem librum *Io. Vogtius* in *Catalogo librorum rariorum pag.* 474. inter rariora rei literariae monumenta refert. *Florentii de Bruin* Diſſert. de emendandis temporum linguae hebraeae anomaliis enallagisque, hactenus temere admiſſis. Amſtelod. 1703. 8. Quibus adiungas ſcripta ſequentia minora: *Müllers, D. Frid. Theodor.* diſſert. particulas Hebraeorum eſſe nomina. Ien. 1740. *Wilhelm. Kohlhaaſii* curae ſecundae circa Interrogationes Hebraeae linguae, in quibus in iuſtas et legitimas eas admittendi rationes inquiritur. Amſtelod. 1762. 8. *D. Io. Frid. Hirtii* diſſert. de Parentheſi ſacra V. T. Ienae 1745. *Chriſtian. Erneſt. a Windheim* diſſert. qua Proſthecis ad rationes revocatur. Erlang. 1751. Eiusd. diſſ. de dualitatis ratione nominum hebraicorum maxime appellativorum. Ibid. 1753. Eiusd. de ſignificatione formali Tractatus philologicus, quo nominum hebraeae linguae ſignificationes ex ipſarum fontibus eruuntur et illuſtrantur, ſacroque textui V. T. hebr. nova lux accenditur. Erlang. 1753. *Otho Verbruggius* in obſeruationibus philologicis de numero plurali Hebraeorum. Groningae 1730. et Erlangae 1752. 8. *Verſchuirii, Io. Henric.* diſſ. de Paronomaſia Orientalibus multum adamata, quae eſt octaua in eiusdem diſſertationibus philologico-exegeticis, quae Leouardiae et Franequerae 1773. 4. prodierunt. Vid. b. *Erneſtii Bibliothec. theolog. nouiſſim. Tom.* III. *Part.* IV. *pag.* 366. *ſequ.* M. *Guilielm. Halleri* diſſert. I. de diſcrepantia numeri in lingua hebraica. Ienae 1775.

Pag. 630. *ſequ.* IV. 315. *ſequ.* Ad doctrinam *de ſoloeciſmis hebraicis* praeter ea, quae *Wolfius* iam adduxit, pertinent ſequentia ſcripta: *Io. Gottlieb. Biedermanni* Programma de ſoloeciſmis hebraicis. Numburgi 1739. cuius ſumma legitur

gitur in Auszügen aus Disputationen. [illegible] Part. [illegible] pag. 56. et in Hamburgischen gelehrten Berichten de anno 1739. Part. 31. pag. 257. D. Christian. Bened. Michaelis dissert. qua Soloecismus casuum ab Hebraismo sacri codicis depellitur. Halae 1739. Vid. Auszüge aus Disputat. 1740. Part. V. pag. 399. sequ. M. Ioh. Sam. Wiesneri dissert. de profanatione nominis divini a Syntaxi Hebraeorum depulsa. Erlang. 1756. in qua Auctor imprimis demonstrare laborat, nomen divinum in sacro codice nequaquam αὐξήσεως causa saltem usurpari. Vid. vollständige Nachrichten von kleinen akadem. Schriften de anno 1758. Part. III. pag. 257. sequ.

Pag. 635. IV. 318. Liber Guilielm. Postelli a Wolfio memoratus est longe rarissimus, cuius raritatis testes sunt Maittairias in Annalibus typographicis. Tom. II. Part. I. pag. 111. sequ. Part. II. pag. 444. Tom. V. Part. II. pag. 177. et Vogtius Catalogo librorum rariorum. pag. 549. Recensetur plenius a Baumgartenio in Nachrichten von der Hallischen Bibliothek Tom. VI. Part. 34. pag. 359. sequ. et Wolfio Tom. IV. 318. Pluribus de Postello, eiusque vita et scriptis commentati sunt Thomas Ittigius in Opusculis variis. (Lips. 1714.) dissert. IV. pag. 235. 315. et Io. Matth. Schroekhius in Abbildungen und Lebensbeschreibungen berühmter Gelehrten. Part. III. num. 4.

Huc quoque spectat materia de Harmonia linguarum speciatim orientalium, quam b. Wolfius in fine huius capitis tractat. Quod ad eandem spectat, imprimis recentiori aevo harmoniam linguae Arabicae cum hebraica demonstrarunt, qui recentiori praesertim aevo radices vocum hebraearum deperditas ex dialecto Arabica derivare et significationes vocum ac phrasium hebraicarum ex eadem depromere conati sunt. Non hic mearum [illegible] duco, ut fusius disquiram, quid [illegible] studiis iudicandum sit, neque limites huius harmoniae, quae inter linguam Arabicam et Hebraicam intercedit, definire audeo. Gratissimam omnino posteritatis literariae merentur praedicationem fere omnes, qui ex intimis Arabiae penetralibus linguam hebraicam collustrare et hoc pacto Lexicorum vulgarium defectus quodammodo tollere multis curis sustinuerunt, licet a nonnullis etiam hac in re, ut fieri solet, in excessu peccatum fuerit. Lectoribus meis spero non iniucundum fore, si nomina eorum et scripta, quae partim symbolas ad lucem sermoni hebraico ex Arabica lingua accendendam congesserunt, partim de ipsa harmonia et cognatione harum dialectorum inter se proeceperunt, ordine alphabetico recensuero. Spectant huc scripta sequentia:

Bahrdtii. D. Carol. Frider. dissert. de Vsu linguae Arabicae ex comparatione cum hebraica. Lips. 1758.

Bodii, Christoph. August. Profess. Helmstad. Comment. de primaria radicum hebraearum significatione ex dialectis orientalibus, et maxime quidem ex Arabica feliciter eruta, Helmstad. 1754. 4. De qua conferantur Baumgartenius Nachrichten von merkwürdigen Büchern. Tom. VI. Part. 36. pag. 539.

Bouſſnii, *Frid. Eberhard.* Kritiſche Erleuterungen des Grundtextes der hebräiſchen Schriften A. Teſt. gröſtentheils nach den Grundſätzen des Herrn Michaelis zu Göttingen, cuius operis plures partes prodierunt, quarum prior cum praefatione [illegible] S. V. *Semleri de cognatione et influxu linguae Arabicae in linguam hebraeam ex Hiſtoria illuſtratis* [illegible] Magdeburgicae 1760. 8. edita eſt.

Eiusdem Beyträge zu einem richtigen Syſtem der hebräiſchen Philologie geſammlet, und nach den Grundſätzen des Herrn Prof. Michaelis zu Göttingen eingerichtet. Conſtat hoc opus tribus partibus, quae Lipſiae et Chemnitii 1762. 1763. 8. in lucem publicam prolatae ſunt, et doctiſſime recenſetur in b. *Erneſtii Bibliothec. theolog. nov. Tom.* III. *Part.* I. *pag.* 67. 78. *Tom.* IV. *Part.* VII. *pag.* 615. 622.

Büttinghauſen, *Caroli*, Specimen Horarum hebraicarum et arabicarum, ut et obſeruationum biblicarum. Traiecti ad Rhenum 1758. 8. Vid. *Erneſtii Bibliothec. theolog. nov. Tom.* I. *Part.* II. *pag.* 148. 155.

Funckii, *G. B.* Symbolae ad interpretationem ſacri Codicis, quarum Particula I. Hafniae 1768. II. ibidem 1769. 8. prodierunt. Recenſuerunt hoc ſcriptum doctiſſime b. *Erneſtius Bibl. nov. theol. Tom.* X. *Part.* IV. *pag.* 382. *ſequ.* et Autores der Lübeckiſchen theolog. Nachrichten *Tom.* III. *Part.* III. *pag.* 251. 263. *Part.* IX. 846. 852.

Groddekii, *Benjam.* diſſert. I. et II. de vero originum Hebraearum fonte et utilitate. Witteberg. 1746. Eiusd. diſſ. de natura dialectorum Orientalium ad linguam hebraicam applicata. Ibid. 1747.

Hottingeri, *Io. Henric.* Smegma orientale. Heidelberg. 1658. 4.

Huntii, Thom. Oratio de uſu dialectorum Orientalium, praeſertim Arabicae in hebraico codice interpretando. Oxon. 1748. 4.

Michaelis, *Io. Dauid.* Beurtheilung der Mittel, welche man anwendet, die ausgeſtorbene hebräiſche Sprache zu verſtehen. Goettingae. 1767. 8.

Ratelband, *Io.* diſſert. de Conuenientia admirabili dialecti Arabicae cum hebraea in uniuerſo linguae ambitu. Lugd. Batau. 1740. quae exſtat in *Sylloge diſſertationum philologico-exegeticarum* ſub praeſidio *Alberti*, [illegible] *habitarum. Part.* I. *pag.* 262. 328. Vid. *Hirtii Bibliothec. oriental. et* [illegible] *Part.* VI. *pag.* 425.

Ravii, *Sebald.* Oratio de Iudicio in Philologia orientali ſegundo. Traiecti ad Rhen. 1770. 4. quae recenſetur a b. *Erneſtio Bibliothec. theolog. nouiſſ. Tom.* I. *Part.* IX. *pag.* 852. et *Hirtio Bibliothec. oriental. Part.* II. *pag.* 477. *ſeq.*

Robertſoni, *Iac.* diſſert. de origine, antiquitate, conſeruatione, indole et utilitate linguae Arabicae, et affinitate eius cum lingua hebraea, quae adiecta eſt eius Clavi Pentateuchi. Vid. quae ſupra notaui ad *pag.* 628.

Scheidii, *Euerhard.* Schediasmata philologica ad linguae hebraicae sacrique codicis promouenda studia ventilata. Geldriae 1771. 4. mai. quod scriptum plura minora scripta celeb. Auctoris huc spectantia comprehendit, et recensetur a D. *Hirtio Bibliothec. oriental. et exeget. Part.* V. *pag.* 133. 145. Eiusdem Obseruationes philologicae, quibus primaeuae linguae Hebr. stirpes una cum praecipuis propaginibus suis strictim explicantur. Ibid. 1772. 4. mai. qui liber recensetur a b. *Ernestio Tom.* III. *Part.* II. *pag.* 189. *sequ.* et *Hirtio loc. cit. pag.* 154. 164.

Schellingii, *Io. Frider.* Abhandlung von dem Gebrauche der Arabischen Sprache zu einer gründlichen Einsicht in das hebräische. Stuttgardiae 1771. Cuius scripti doctissimas recensiones exhibuerunt Perillustris *I. D. Michaelis Bibliothec. oriental. et exeget. Part.* I. *pag.* 124. *sequ.* b. *Ernestius Bibliothec. recentiss. theolog. Tom.* I. *Part.* VI. *pag.* 564. 568. et *Froriepius Bibliothec. literat. theolog. Tom.* I. *Part.* II. *pag.* 152. 165.

Schultens, *Albert.* Origines Hebraeae siue Hebraeae linguae antiquissima natura et indoles ex Arabiae penetralibus renouata. Franequerae 1724. 4. quae prima huius libri editio recensetur in *Miscellaneis Duisburgensibus. Tom.* I. *Fascic.* I. *pag.* 103. 120. Vid. quoque *Fasc.* III. *pag.* 460. *sequ.* et Lugduni Batau. 1761. 8. mai. 4. Alphab. quam recensuit b. *Ernestius Bibliothec. nou. theolog. Tom.* III. *Part.* VIII. *pag.* 757. 759. Contra hunc librum acriter pugnarunt *Antonius Driessenius* tum in sua dilucidatione analytica libri Iobi, quae Gron. 1732. prodiit, tum in causa linguae hebraeae aduersus Arabismi abusum. Gron. 1737. 4. de quo libro vid. *Miscellanea Groningana. Tom.* I. *Fascic.* IV. *pag.* 701. contra quem *Schultensius* suam causam defendere laborauit in vindiciis suis originum hebraearum, et *van den Honert*, Professor Leidensis, qui varia scripta de hoc argumento contra *Schultensium* edidit.

Eiusdem Clarissimi Collectorum, quam b. *Diederichs*, praematura morte impeditus edere promisit. Huc quoque spectant eiusdem Orationes duae de linguae Arabicae antiquissima origine, eiusque intima et sororia cum lingua hebraea cognatione. Lugd. Batauor. 1729. 1732. 4.

Schultens, *Henric. Albert.* Oratio de finibus literarum orientalium latius proferendis. Amstelod. 1773. 4. quae recensetur a b. *Ernestio Bibliothec. theolog. recentiss. Tom.* III. *Part.* VIII. *pag.* 760. 764. et *Michael. Bibliothec. oriental. Part.* VII. *pag.* 71. 79.

Semischii, *Georg. Godofred.* diss. de analogia linguarum interpretationis subsidio. Lips. 1758.

Nunc defuerunt, qui Harmoniam linguae hebraicae cum Syriaca in nonnullis eius vocibus et phrasibus eius demonstrarunt, quo spectant praeter alios: *Iacob. Welleri* Spicilegium quaestionum Ebraeo-Syrarum, editum a *Io. Wilhelm. Hilligero*. Winteberg. 1673. et D. *Christian. Bened. Michaelis* dissert. qua lumina

Syrorum pro illustrando Hebraismo sacro exhibentur. Halae 1753. ut alios praetermittam.

Pag. 635. fere in medio: *Crucigeri* Harmonia cet.) Plura de hoc libro memorat *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern P. VII. *Part.* 41. *pag.* 397. *sequ.*

Pag. 636. IV. 319.) Magnam sane conuenientiam inter graecam et hebraicam linguam intercedere, plurimos praeter memoratos a Wolfio scriptores demonstrarunt b. *Christ. Bened. Michaelis* in diss. de Hebraea et adfinibus orientis linguis a graeca deriuandis. Halae 1726. *Io. Gottfrid. Lakemacherus* in obseruat. quae exhibet Atticismorum cum formulis hebraicis comparatorum specimen, quod legitur in eiusdem *Obseruation. philologicis*, *Part.* VI. *pag.* 425. 432. b. *Io. Augusti. Ernestius* in Programmate de vestigiis linguae hebraicae in lingua graeca. Lipsi. 1753. cuius argumentum strictim exhibetur in vollständigen Nachrichten von kleinen akademischen Schriften de anno 1753. *Part.* X. *pag.* 924. quod iterum recusum est in eiusdem *opusculis philologico-criticis* (Lugd. Batau 1764.) *pag.* 171. 182.

Pag. 637.) Plura de conuenientia linguae hebraicae cum *Sinica* legi possunt in *Actis eruditorum germanicis Lipsiensibus. T.* II. *P.* XX. *p.* 722. *s.* XXII. 835. Aliarum linguarum Occidentis, speciatim *Hungariae* cum hebraica harmoniam demonstravit *Io. Gottfrid. Oertelius* in Harmonia linguarum Orientis et Occidentis, speciatimque Hungaricae cum Hebraea. Witteb. 1746. 8.

Ad Librum IV. De Talmude.

Cap. III. Pag. 700. פרקי אבות rectissime explicantur: *Apophtegmata Patrum*, prouti has voces interpretatus est *Buxtorfius* senior *Tiberiad. pag.* 2.

Ad editiones huius tractatus Talmudici quod attinet, editionem *Ifnensem* hebraeo-latinam, quam memorat *Wolfius pag.* 701. uberius descripserunt *Theophilus Sincerus* in *collectione noua librorum antiquiorum et rariorum. Part.* I. *pag.* 128 *sequ.* et *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Part.* XLI. *pag.* 396. *sequ.* De eadem scripsit *Wilhelm. Surenhusius*, eandem vix comparari posse, quod obseruat *Io. Vogtius* in *Catalogo librorum rariorum. pag.* 277. *Leusdenii* designata a *Wolfio* editio complectitur plagulas 14. Praeter editiones a *Wolfio* memoratas hebraicas memoranda quoque est editio Wilmersdorfiensis de anno 1716. 4to cuius mentionem fecit *Io. Christian. Wibelius* in consignatione librorum ex typographia Wilmersdorfiensi editorum, in *Collectione noua antiquorum theologicorum* de anno 1743. *pag.* 513.

Pag. 702. lin. 9. Dyrenfurti 1711. 4.) Memorat vir doctus *im neuen Bücherſaal. Part.* IX. *pag.* 708. hanc ipsam editionem nondum ad finem esse perductam, sed saltem paucas eius plagulas a se visas esse. Plura de eadem scribentur ibidem *Tom.* IV. *Part.* XIV. *pag.* 96. Has et alias editiones quoque recensuit

fuit *Io. Bened. Carpzouius* apud *Io. Georg. Schelhornium in Amoenitat. literariis Tom.* XI. *pag.* 313.

Specimina versionis segmentorum quorundam ex his Patrum sententiis decerptorum dederunt nonnulli. Spectat huc specimen latinae versionis huius tractatus Talmudici a *Io. Iusto Losio* exaratum. et suo fasciculo considerationum, qui Giessae 1707. prodiit, insertum. Aliud specimen elegantissimum et simul genio linguae vernaculae maxime accomodatum versionis germanicae quarundam sententiarum huius tractatus confecit S. V. *Io. Gottfrid. Herderus*, illudque literatissimo operi, quod inscribitur Briefe das Studium der Theologie betreffend. *Part.* II. *epist.* XXI. *pag.* 367. 369. inseruit.

De variis scriptis minoribus, quae *Lakemacherus* ad illustrandum hoc Talmudis caput conscripsit, *Wolfius* infra *Tom.* IV. *pag.* 322. *sequ.* quaedam adduxit, quibus addas *Caroli Gottlobii Sperbachii* Programma discipulorum sapientum Hebraeorum virtutes duo de quinquaginta recensens ad locum *Pirke Auoth* illustrandum. Witteb. 1756. 4. cuius argumentum strictim enarrarunt Auctores der vollständigen Nachrichten von kleinen akadem. Schriften, ad annum 1756. *Part.* VIII. *pag.* 708. *sequ.*

Pag. 703. IV. 323. *Bava kamma*) Versionem *Empereurianam* huius Tractatus b. *Danzius* in Collegio suo Rabbinico vehementer laudare solebat, simul tamen obseruauit, tractatus *Bava Mezia* et *Baua Batra* non eadem diligentia et accuratione esse ab *Empereurio* traductos, quam hic Tractatus. Versionem b. *Dassouli* huius tractatus latinam ineditam quoque memorant Auctores der Hamburgischen gelehrten Berichte ad annum 1736. *pag.* 566.

Pag. 703. IV. 323. *Beza* ad finem) Editus est quoque hic tractatus Talmudicus cum Commentario *Raschiano* et *Pasepnath Iom Tobh* Wilmersdorfii 1712. et 1725. fol. et Gersano obseruante *Io. Christ. Wibelio* in *Collectione nouantiquor. theologicorum ad annum.* 1743. *pag.* 508. 517.

Ibid. lin. penult.) Versio latina *Biccurim* a *Christ. Ludouici* adornata, cuius hic mentionem fecit *Wolfius*, quoque prodiit Lipsiae 1712. 4. quae editio uno Alphabeto constat, ea plenius recensetur a *Collectoribus nouantiquorum theologicorum* ad annum 1712. *pag.* 518.

Pag. 704. *Berachoth*) De editione et versione capitis huius Tractatus primi a *Georg. Eliefer Edzurdi* edita pluribus legantur *Collectores nouantiquorum theologic. ad annum* 1713. *pag.* 989. *sequ.* et *Acta eruditorum Lipsiensia germanica Tom.* II. *Part.* XIII. *pag.* 23. 24. Alterum caput eiusdem *Marcus Woeldike* latine vertit et cum annotationibus nonnullis adiectis edidit Hafniae 1738. 4. qui liber tamquam continuatio operis *Edzardiani* considerari potest. Versionem germanicam huius tractatus Talmudici recentissimo tempore adornauit celeb. *Io. Iacob. Rabius*, quae singulatim in lucem publicam prodit Halae Magdeburgicae 1777. 8. de qua plura memorat S. V. *Seilerus* in gemeinnützigen Betrachtungen

gen der neueſten theologiſchen Schriften, ad annum 1778. *Part.* IV. *pag.* 705. *ſequ.*

Pag. 706. *Chagiga*) Etiam huius Tractatus Talmudici nonnulla ſegmenta cum verſione latina et adnotationibus inſtructa in lucem publicum edidit *Marius Woeldike* ſub titulo: Tractatus talmudici *Chagiga Cap.* III. Gemara I. Hieroſolymitana latine verſa notisque illuſtrata. Hafniae 1735. 4. quam exceperunt *Gemara* II. III. et IV. eiusdem capitis III. *Chagigae*. Ibidem 1736. 1737. Quo etiam ſpectant eiusdem Annotationes ad partem poſtremam capitis III tractatus Chagiga Talmudis Hieroſolymitani. Hafniae, quae memorat *Elias Frideric. Schmerſahlius* in Nachrichten von verſtorbenen Gelehrten. *Tom.* II. *Part.* II. *pag.* 346. Praeterea quoque editus eſt hic Tractatus Wilmersdorfii anno aerae Iudaicae 422. C. 1712. folio, uti refert *Wibelius* loco ſupra memorato *Collectionis nouantiquorum theologicorum.*

Pag. 707. יְבָמוֹת) Excerpta huius Tractatus edendi conſilium ſibi propoſuit *Io. Iacob. Cramerus*, quod ipſe in *praefatione* ſua libri *de Goele pag.* ultima obſeruavit. Haec poſt eius mortem, ab ipſo relicta praeceptor eius *Io. Chriſtoph. Wagenſeilius* appendici libri ſui de dialecto Iudaeo-germanica adiunxit.

יוֹמָא) Editio *Scheringhami Londinenſis* in quarto forma minori conſtat Alphabeto uno et plagulis octo. Haec ipſa editio *Sheringhami* iterum prodiit Francquerae 1696. 1700. 8. *Bashuyſenii* ſpecimen profectuum ſtudii Gemarici hoc loco a Wolfio memoratum vere prodiit Hanouiae 1715. uti obſeruatur in neuem Büchersaal der gelehrten Welt. *Tom.* IV. *Part.* 46. *pag.* 760.

Additamenta varia ad hunc Tractatum Talmudicum pertinentia compoſuit *R. Chijas*, quae in unum corpus collecta *Blaſius Vgolinus* l. c. *R. Chiae* Additamenta ad Codicem de die expiationum ex hebraico ſermone in latinum traduxit, et notis philologicis illuſtrata edidit Venetiis 1744. 8. maiori. Conſtant vero plagulis 12.

בְּלִים) Recuſa eſt diſſertatio b. *Daſſouii* a Wolfio memorata Witteberge 1714.

Pag. 708. בְּרָכוֹת. Verſionem latinam huius tractatus Talmudici nouam adornavit *Blaſius Vgolinus*, quae inſerta legitur eius *Theſauro Antiquitat. ſacrarum. Tom.* XXX. *num.* 4.

מְגִלָּה) Verſio huius Tractatus latina quoque legitur in Appendice ad Biblia Polyglotta Londinenſia fol. 198. *ſequ.*

מַכּוֹת Pag. 709. lin. 8. *Dyrenfurti*) ſine mentione editoris et anni. Praeterea editus eſt hic Tractatus Wilmersdorfii 1736. 8. quod obſeruavit *Io. Chriſt. Wibelius* in conſignatione librorum Wilmersdorfenſium in *Collectione nouantiquorum theologicorum ad annum* 1743. *pag.* 519.

סַנְהֶדְרִין in fine ad verba: Allegat ipſe cet.) Idem quoque fecit *Meelführerus* in diſſert. I. de Ieſu in Talmude *pag.* 3.

Pag.

Pag. 710. et 713. Vtriusque Tractatus Talmudici נְשִׁים et [illegible] excerpta [illegible] sibi proposuit *Io. Iacob. Cramerus*, quod ipse memorat in praefatione libri [illegible] Goele pagina ultima.

נִדָּה) Tractatus hic Talmudicus nonnisi quoad principium capitis quarti, exstat in Talmude Hierosolymitano, quod obseruavit *Lightfootus* in *Operibus posthumis pag.* 62.

נְדָרִים Agitur in hoc Tractatu non tam de votis sponte oblatis, quam potius de iis, quae homo sibi prohibet committenda et euitanda, sibi proprio impulsu praescribit, quod obseruat *Sebast. Schmidius* in *Fasciculo disputationum Disput.* VIII. num. 24. *pag.* 617.

נָשִׁים Totus hic Tractatus Talmudicus exstat in Talmude Hierosolymitano, obseruante *Io. Lightfootho* in *operibus posthumis. pag.* 53.

סוֹטָה) De editione, quam adornavit *Wagenseilius*, egregie iudicavit *Reimannus* in *Catalogo bibliothecae theolog. historic. critic. pag.* 881. Vberius quoque recensetur hic liber, simulque nonnulla in eodem emendantur a *Io. Fabricio* in *Historia Bibliotheca Fabricianae. Tom.* V. *pag.* 346. 348.

Praeterea eiusdem quoque latinam versionem exarauit *Blasius Vgolinus*, eamque *Thesauro* suo *Antiquitatum sacrarum Tom.* XXX. *num.* 4. inseruit.

Pag. 711. סַנְהֶדְרִין) Versio latino *Io. Coccii* a *Wolfio* memorata prodiit Amstelodami 1629. 4. teste *Dassouio* in *Prolegomenis Antiquitatum hebraicarum* §. 3.

Pag. 714. עֲבוֹדָה זָרָה De editione Gustau. Peringeri a Wolfio memorata plura memorat *Fabricius* in *Histor. Bibliothec. Fabricianae Part.* VI. *pag.* 49. *Edzardianam* autem editionem pluribus recensuit Autor anonymus in *Museo eruditorum novo. Tom.* I. *Part.* VI. *pag.* 470. 494.

עֵרוּבִין Tempus, quo impressus est hic Tractatus, ad annum 1661. cum Schabbataeo refert *Sebast. Schmidius*. De eiusdem Schmidii interpretatione latina plura obseruavit *Fabricius loc. citato pag.* 336.

Pag. 713. [illegible]) Prodiit etiam hic codex Talmudicus Wilmersdorfii 1735. fol. teste *Io. Christ. Wibelio* in *Collectione nouantiquorum theologicorum, de anno* 1743. *pag.* 511. Versionem eiusdem latinam novam *Blasius Vgolinus* *Thesauro* suo *Antiquitatum sacrarum Tom.* XXX. *num.* 3. inseruit.

Pag. 714 שַׁבָּת) Latinam interpretationem constitutionum huius Tractatus a *Sebast. Schmidio* adornatam pluribus recensuit *Fabricius loc. citato pag.* 335. Etiam huius Tractatus excerpta in lucem publicam eruditi orbis proferre voluit *Io. Iacob. Cramerus*, quod ipse memorat in *praefatione* libri sui *de Goele pag. ultima*.

[illegible] *Wülferi* interpretationem latinam huius Tractatus vehementer laudavit *Fabricius loc. cit. pag.* 352. *sequ.*

Pag. 314. 715. תרומות) Cum utraque interpretatio latina, quam memorat *Wolfius*, variis mendis referta esset, et sensum Talmudicorum doctorum non recte explicatum exhiberet, novam eius Tractatus versionem latinam b. *Conradus Ikenius* composuit, eamque cum adiectis annotationibus edidit Bremae 1736. quod memoratur ab autoribus der Hamburgischen gelehrten Berichte ad annum 1736. *Scid.* 102 *pag.* 917.

Pag. 715. lin. 7. *retinuit*) adde: et valde laudavit.

Pag. 716.) Varia, quae ad historiam vitae et alia notatu digniora vitae de viris, qui editione variorum Mischnae tractatuum egregie de re Talmudica promeruerunt, memorat *Io. Fabricius* in *Historia Bibliothecae Tom.* I. *pag.* 250. *sequ.*

Pag. ead. et seqq. *Guilielm. Guisius*) Morte praereptus propositum sanctum totam Mischnam edendi et illustrandi non executus est, quod obseruat *Fabricius loc. citato pag.* 251. Solummodo hic vir doctus septem priores ordinis primi titulos usque ad tertium caput Tractatus de Decimis ad finem perduxit. Interim huius *Guisii* auxilium, quod sibi in edenda Mischna praestitit, vehementer laudavit *Surenhusius* in *Praefatione Parti* I. *Mischnae* suae praefixa *pag.* 4. Plura de eius laboribus Mischnicis obseruarunt Autores *Actorum eruditorum latinorum Lipsiensium* de anno 1691. *pag.* 251. *sequ.*

Pag. 717. Addendus est adhuc etiam *Io. Iacob. Cramerus*, de cuius excerptis quorundam codicum Talmudicorum supra in recensione eorundem nonnulla adducta sunt.

Pag. 718. lin. 1. *Seuachim et Mella*) qui codices exstant in *bibliotheca Danziana*, quae asseruatur in bibliotheca publica Academiae Ienensis, ex *Bielkiano* exemplari descripti.

Pag. 719. fere in medio: *Germanicam versionem cet.*) Recentissimo tempore vir in dialecto Talmudica longe versatissimus, *Io. Iacob. Rabius* novam versionem totius Mischnae lingua vernacula traductam edidit, quae editio VI. Partibus Onoldi 1760. 1763. 4. mai. prodiit, quam editionem doctissime recensuit b. *Ernestius* in *Bibliothec. theolog. nou. Tom.* II. *Part.* VIII. *pag.* 692. 702. *Tom.* III. *Part.* IX. *pag.* 771. 777. et *Tom.* IV. *Part.* X. *pag.* 923. 929.

Pag. 719. *sequ.* Capitis in Talmude, quod נאת מסכת seu *de angulo agri pauperibus in messe relinquendo* inscribitur, versio graeca una cum eiusdem paraphrasi latina legitur in *Hermanni ab Hardt* septem columnis Academiae Georgiae-Augustae. Libro VII.

Pag. 744. *Peah* non constat VIII. sed VII. potius capitibus, quod bene obseruavit b. *Baumgartenius* in Nachrichten von einer Hallischen Bibliothek. *Tom.* V. *Part.* XXV. *pag.* 22. Interim *Rabius* in Introductione sua praeliminari in Mischnam a partibus *Wolfii* nostri est, et huic tractatui octo capita assignat.

Reg.

Pag. 745. Ord. II. lib. I. שבת) Abſoluitur hic tractatus non XXIV. uti *Wolfius* opinatur, ſed potius XXXIV. capitibus, quod monuit *Baumgartenius loc. citato pag.* 24.

Ad VI. *pag.* 816. ad verba *Wolfii: tres huius argumenti ſcripteres cet.*) Iudicia eruditorum virorum de hac fectione *Iacob. Triglandi* collecta in medium adduxit *Lilienthalius Bibliothec. theolog. Part.* XI. *pag.* 42. *ſequ.*

Scriptoribus de ſectis Iudaeorum hic a *Wolfio* memoratis addantur ſequentia ſcripta:

Rhenferdii, Iacob. Exercitationes philologicae de fictis Iudaeorum haereſibus. Lugd. Batau. et Franequer. 1664. 4. quae etiam inſertae ſunt eius Operibus philologicis excuſis Traiecti ad Rhenum 1722. Vid. *Act. erudit. Lipſ. Part.* LXXX. *pag.* 235. *ſequ.*

Maknightii, Iacob. Comment. de tribus Sectis Iudaeorum, ſpeciatim de Phariſaeis, Sadducaeis et Herodianis, quae inſerta eſt eius Commentario harmonico in quatuor Evangelia, quem edidit *A. F. Ruckersfelder.* Bremae et Dauentriae 1772. 8. Vid. b. *Erneſtii Bibliothec. theolog. nouiſſ. Tom.* II. *Part.* X. *pag.* 890.

Pag. 817. IV. 331.) Scriptoribus de *Phariſaeis* addantur ſequentes ſcriptiones:

Io. Druſii Tractatus de Haſidaeis, quorum mentio fit in libris Maccabaeorum, quo probare ſtuduit, Haſidaeos I. Maccab. II, 42. VII, 13. et II. Maccab. XIV, 6. memoratos fuiſſe Phariſaeos. Franequerae 1603. 8. qui etiam poſtea inſertus eſt *Criticis ſacris Anglicanis Tom.* VI. *pag.* 2005. *ſequ.* edit. Francofurtenſ. Vide de hoc ſcripto memoratu *Io. Fabricius Hiſtor. Bibliothec. Fabriciam. Tom.* I. *pag.* 287. *ſequ.*

Pfeifferi, Io. Philipp. diſſert. de verbis Lucae Act. apoſt. XXIII. 8. Regiom. 1682.

Adami Wilhelm. a Gohren diſſert. de fermento Phariſaeorum ad Matth. XVI, 6. 12. Lubec. 1698.

De [illegible] praeter ſcriptores a *Wolfio* memoratos conferantur ſcripta ſequentia:

Gudii, M. Gottlob. Frider. Comment. de auctoritate Sadducaeorum tempore, quo Chriſtus verſatus eſt in Iudaea, quae inſerta legitur *Miſcellaneis Lipſienſibus Volum.* II. *Part.* I.

Hechtii, Chriſtian. diſſert. de Sadducaeiſmo Hannae et Caiphae aliorumque inter Iudaeos Pontificum. Budingae 1718. 4. Eiusd. epiſtola ad *D. Erneſt. Frider. Neubauerum* de ſecta ſcribarum, quorum frequens in Novo Teſtamento mentio, et qua ratione ſub iis lateant Sadducaei et Eſſeni. Francof. ad Moen. 1737. 4. Vid. Heſſiſches Hebopfer. *Tom.* II. *pag.* 144. 498.

Ikenii, *Conrad.* Comment. de Sadducaeis eorumque auctoritate inter Iudaeos, quae inserta legitur *Symbolis literariis Bremensibus*. *Tom.* I. *Part.* III. *num.* 4. *pag.* 299. *sequ.*

Schaefferi, *Io. Imman.* Oratio de [illegible] in ecclesia Ebraea Sadducaeis. Ienae. 4.

Anonymi Coniecturae historico-criticae Sadducaeorum inter Iudaeos sectae novam lucem accendentes. Halae 1779. 8. mai. quod scriptum recensetur in *Bibliothec. Mietauiensi universali theolog. Part.* XIV. *pag.* 314. *sequ.*

Vniuersum systema huius sectae Iudaeorum ad mentem Iosephi, imprimis quod eorundem Sadducaeorum doctrinam de resurrectione mortuorum spectat, [illegible] exhibuit vir doctus *Io. Conrad. Fuesslinus* in *nova Bibliotheca Bremensi Tom.* V. *Fascic.* II. *pag.* 195. *sequ.*

Pag. 818. De *Essenis* *Willemeri* dissertatio de iisdem inscripta est: de Essenis Iudaeorum Ascetis. Scopus Auctoris fuit, ut ostenderet, quid *Iosephus* et *Philo Alexandrinus* de hac secta statuerint, unde haec commentatio ex *Iosephi* et *Philonis* scriptis huius sectae Iudaicae systemati novam lucem accendit. Huc addas: *Io. Achat. Felic. Bielckii*, Profess. Stargard. Comment. de Essenis atque Therapeutis prophetarum speciem prae se ferentibus. Stargard. 1755. 4. quae recensetur a *Krafftio Bibliothec. theolog. Tom.* XII. *Part.* CXI. *pag.* 95

De *Karaeis*: Ex numero scriptorum de iisdem imprimis laudari merentur:

Augusti, *Friderici Albert.* Iudaei conversi gründliche Nachrichten von den Karaiten. Erfurti 1752. 8. quod scriptum doctissimum recensetur a *Baumgartenio* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* [illegible] *Part.* IV. *pag.* 341. 351. et *Krafftio Bibliothec. theolog. Tom.* VII. *pag.* [illegible]

Hechtii, *Christian.* Antiquitas Karaeorum famigeratissimae ac hodienum inter Iudaeos in Poloniae et Turcici imperii regionibus florentis Sectae ex nouella CXLVI. Imperat. *Iustiniani* aduersus doctissimum Gallum [illegible] *Michaelem Le-quienium* asserta et vindicata. Budingae 1719. 4.

Losii, *Io. Iust.* Consideratio de Karaeis ad ductum *Abu* [illegible], quae inserta est eiusdem Fasciculo considerationum, qui Giessae 1707. [illegible]

Schuparthi, *Georg.* Tract. de Secta Karaeorum. Ien. 1703. 4. Vid. scriptum Gallicum periodicum, qui inscribitur *Nouuelle Bibliothéque choisie*. *Part.* I. *num.* 13.

Steuberi, *Io. Engelhard*, Programma, quo Karaeorum natales, dogmata et fata enarrantur. Rintelii 1735. 4.

Wolfii, *Io. Christoph.* Notitia Karaeorum. Hamburg. et Lips. 1714. 4. Vberius recensetur hoc opus in *Musaeo librorum novorum*. *Tom.* IX. *Part.* XI. *p.* 613. 624. et in *Io. Fabricii Histor. Bibliothec. Fabriciae*. *Tom.* IV. [illegible] 78. *sequ.*

Pag.

Pag. 819. 820. De *Herodianis* quoque legi merentur praeter ſcriptores a Wolfio memoratos *Io. Frider. Leuſchneri* Programmata duo de Secta Herodianorum commentitia. Hirſchbergae 1751. quorum argumentum exhibent Autores der vollſtändigen Nachrichten von kleinen akadem. Schriften. 1751. *Part.* XI. *pag.* 1040. *ſequ.* 1252. *Part.* I. *pag.* 89. *ſequ.*

Pag. 836. 838. *Tryphon*) Vere diſſertatio b. *Danzii* de *Tryphone Iuſtini Martyris* collocutore, de cuius editione in lucem publicam *Wolfius* noſter dubitat, prodiit, et inſerta legitur *Parergis Goettingenſibus* a b. *Heumanno* editis *Tom.* I. *Faſcic.* IV. *num.* 5. *pag.* 80. 91. Verſatur hic vir doctus in ſententia, eundem *Tryphonem* haud fuiſſe *R. Akibae* praeceptorem, ſed ſaltem eius ſodalem, quod uberius ibidem probatur, eundemque diu poſt *Akibam* fuiſſe ſuperſtitem.

Pag. 837. lin. 5. Sententiam, quam Wolfius noſter hoc in loco *Druſio* tribuit, idem quoque licet cum aliqua dubitatione ſaltem declarauit in *Bibliis criticis Anglicanis Tom.* VI. *fol.* 1638. et *Prouerb. ſacr. lib.* III. *Claſſ.* I. *num.* 32. Multo confidentius eandem propugnauerunt *Ligthfoothus* et *Cauſus* a *Wolfio* noſtro citati, quod obſeruat *Theod. Hafaeus* in *Bibliotheca Bremenſi hiſtorico-philolog.-theolog. Tom.* I. *pag.* 87. et *Schlichterus* in *Symbolis literar. Bremenſ. Tom.* I. *faſcic.* I. *pag.* 68. 69. Plura de *Tryphone* hoc Iudaeo attulit in medium *Wolfius* noſter *Bibliothec. hebr. Tom.* I. *pag.* 1161. *num.* 2231. et *Tom.* IV. *pag.* 334.

Pag. 849. lin. 24. *Terumoth* IV, 5.) adde: *Chagiga fol.* 6. *col.* 4. lin. ultima.

Ad VIII. Editiones *Miſchnae.* Pag. 883. *Sabionetenſem* editionem de anno 319 C. 1559. obſeruat quoque *Deroſſi* in *Annalibus typograph. hebr. Sabionetenſ. num.* XXIV. *pag.* 37. *edit. Erlang.* Veretur tamen, ne cum editione alia, quae Riuae Tridentum prodiit eodem anno, confundatur. Notetur hic editio Miſchnae, quae *Venetiis* prodiit A. 334. C. 1574. folio, quae quatuor voluminibus conſtat, cuius exemplar aſſeruatur in Bibliotheca publica Gymnaſii Thorunienſis.

Pag. 884. lin. 6. et 443.) adde: et 475.

Pag. 886. 887. *Surenhuſii Miſchna*) Vberius praeſtantiſſimum hoc opus recenſetur a *Io. Fabricio* in *Hiſtoria Bibliothec. Fabrician. Tom.* I. *pag.* 245. 248. ubi quoque varia in eodem opere emendantur, et a *Baumgartenio* in Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothek. *Tom.* V. *Part.* XXV. *pag.* 41. 52. Quod ad verſionem latinam a *Surenhuſio* Miſchnae adiectam attinet, obſeruauit b. *Erneſtius Bibliothec. theol. nou. Tom.* II. *Part.* VIII. *pag.* 760. quod in eadem nimis preſſe literam Talmudis ſecutus fuerit, unde ſaepius haec verſio riſum moueat, et interdum obſcurior reddatur.

Add IX. *De editionibus Talmudis Hieroſolymitani.*

Pag. 889. fere in medio ſcribit *Wolfius*: In ordine primo Seraim inveniuntur codices ſiue tractatus VII. qui ſecundum ſuorum capitum et foliorum numerum recenſentur. In numero eorundem autem praetermiſſus eſt a *Wolfio* tractatus, qui inſcribitur *Maaſer Scheni*. quod obſeruauit *Baumgartenius* in Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothek. *Tom.* V. *Part.* XXV. *pag.* 35. *not.* Eſt hic tractatus in ordine *Seraim* unde in hoc ordine Talmudis Hieroſolymitani totidem reperiri tractatus colligit *Baumgartenius*, quot complectitur Talmud Babylonicum, nempe undecim, id quod etiam iam ante Baumgartenium obſeruauerat b. *Reimarus* in *Introductione ad Hiſtoriam Theologiae Iudaicae pag.* 275. Hinc noſtro in loco *Wolfii pag.* 890. decem tractatibus primi Seraim adiiciatur undecimus פֵּאָה ſeu *de decimis ſecundis*, qui tractatus quatuor abſolvitur capitibus.

Pag. 899. כלאים, *Tractatus* IV. *ord.* I. complectitur non, uti *Wolfius* perhibet, octo, ſed novem capita, obſeruante *Baumgartenio citato loco not.* b.

Ord. II. *tract.* VII. תמורה conſtat non quatuor, ſed potius ſeptem capitibus, teſte *Baumgartenio loco citato pag.* 36. *coll. not.* e. ibidem.

Pag. 891. *Ord.* IV. *tract.* III. בבא בתרא non, uti Wolfius obſeruat, nouem, ſed potius decem capita comprehendit, teſte *Baumgartenio loc. citato pag.* 37. *not.* f.

Pag. 892. *Venet.* 1609.) Hanc editionem priorem Hieroſolymitani Talmudis a Iudaeis magno in pretio haberi tum quoniam ſit incorrupta, tum quoniam loca iſta, quae in Chriſtum et Chriſtianos iniuria videri poſſent, in eadem non omiſſa fuerint, obſeruavit *Io. Georg. Schelhornius* in *Amoenitatibus literariis. Tom.* II. *pag.* 431. quo ex fundamento quoque deriuandum erit, quod *Wilhelmus Schickardus* in praefatione ad *Bechinath happeruſchim* ſcripſit, eandem ſuo tempore vix pretio centenorum Imperialium coemi potuiſſe. Caeterum uberius recenſetur iſta Talmudis Hieroſolymitani editio a b. *Baumgartenio* Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothek. *Tom.* V. *Part.* XXV. *pag.* 31. 39. qua in recenſione varia occurrunt, quae ad notitiam literariam Talmudis clariſſime illuſtrandam faciunt.

In fine huius paginae fere mentionem fecit Wolfius, noſter novae inceptae editionis Talmudis Hieroſolymitani, dum memorat, *Seder* eius *prius Amſtelodami* 1710. prodiiſſe. Conferatur de eodem *Cnollenii* narratio in *Collectione nouantiquor. theologic.* ad annum 1713. *pag.* 611. 643. Anno demum 1743. Seder alterum *Deſſauiae* prodiit, quod deinque excepit *Seder* III. *Berolinii* editum. Editio haec in uniuerſum *Korban Haedah* inſcripta eſt, et utriusque poſterioris partis eius impreſſionem curavit doctor Iudaeorum Berolinenſis, cuius nomen eſt Fraenkelius, qui etiam ſumtus hinc operi neceſſarios ſubminiſtravit, eamque editionem copioſiſſimis annotationibus inſtruxit. Memorat haec, quae huc usque attulimus, vir doctus apud *Io. Iacob. Rabium* in praefatione Parti II. Verſionis germanicae Miſchnae praemiſſa *pag.* 4.

Pag.

Pag. 900. *Basileae* 1579.) De hac editione conferantur *Io. Georg. Schelhornii Amoenitates literariae Tom.* II. *pag.* 431.

Pag. 901. *sequ. Lublinensis editio*) Licet *Bartoloccius* in *Bibliotheca magna Rabbinica Tom.* III. *pag.* 761. hanc editionem nunquam in lucem publicam prodisse affirmet, eamque etiam plane ignorauerit *Thomas Hydius*, eadem tamen exstat in *Bibliothec. Mazariniana Parisiens* XII. Tomos comprehendens, teste *Daniel. Maichelio* in *Introductione ad Historiam literariam de praecipuis Bibliothecis Parisiensibus. Cap.* IV. *§.* 9. *pag.* 73. Interim hic error *Bartoloccii*, *Hydii* et aliorum literatissimorum virorum eximiam istius editionis raritatem satis comprobat, quod etiam iampridem obseruauit *Io. Vogtius* in *Catalogo librorum rariorum pag.* 654.

Pag. 903. *sequ. Amstelodamensis* editio de anno 1644.) De hac editione b. *Christian. Schoettgenius* in *Lectionibus suis Rabbinicis Lib.* I. *cap.* 13. quae insertae sunt eiusdem *Horis hebraicis et Talmudicis de Messia pag.* 839. sequentia scripsit: „*Amstelodamensis editio de anno* 1644. *sequ. expressa Iudaeis et Christianis carior habetur, atque tamen hodie ubivis prostat.*" Cui iudicio accedit *Baumgartenius* loco infra adferendo *pag.* 13. Idem *Schoettgenius* citato loco ea loca *cap.* 13. *tot.* et 14. inseruit, quae in editionibus *Talmudis Babylonici* mutilis et castratis omissa fuerant. Pleniorem huius editionis recensionem memoratu dignissimam exhibuit *Baumgartenius* in Nachrichten von einer Hallischen Bibliothek. *Tom.* V. *Part.* XXV. *pag.* 12. 30.

Pag. 906. ad VIII.) Editio, quae sub auspiciis *Dan. Ernest. Iablonskii Berolini* edita est, coepta fuit anno C. 1715. ad finem perducta A. C. 1721. Plura de eadem memorantur in *Bibliotheca Bremensi historico-philologico-theologica Class.* V. *pag.* 733. *sequ.*

Pag. 909. אבות) Tractatus hic etiam prodiit Wilmersdorfii 1716. teste, *Io. Christian. Wibelio* in *Collectionib. nouantiquorum theologic.* de anno 1743. *pag.* 513.

Pag. 910. *Berachoth* aerae iud 244. C. 1484.) Plenius et uberius hanc editionem a *Wolfio* nostro obseruatam recensuit *Io. Bernhard. Deroffi* in *Tractatu de Typographiae hebraicae originet primitiis. Cap.* IV. *pag.* 25. *sequ.* Idem vir doctus docet, utrumque, *Bartoloccium* et *Wolfium* nostrum in descriptione, eiusdem varie impegisse. Ita enim scripsit: *Falluntur utique, dum in ea legenda litterula conueniunt, quae manifestissime in commemorato a Wolfio vocabulo in nostra hac editione non reperitur*, ac perperam ideirco disputat *Wolfius*, *sitne ea supputanda necne?* Idem etiam loco citato *§.* 28. sententiam *Bartoloccii* a *Wolfio* memoratam, quod codex *Bezae* simul apud *Soncinates* excusus sit, pro commento declarauit, cum iste tractatus neque in Oppenheimeriano neque in suo exemplari completo adiunctus reperiatur, quo ex fundamento editionem tractatus *Berachoth* et *Bezae Soncinatensem* anni 1489. cuius existentiam *Bartoloccius* et *Cheuillerius*

apud *Wolfium* suadent, pro spuria et supposititia declaravit *loc. cit. Cap.* VIII. *§.* 13. *pag.* 101.

Pag. 911. *Chagiga*) Prodiit etiam hic tractatus *Wilmersdorfii* 1712. teste *Wibelio* in *Collection. novantiquor. theolog.* 1743. *pag.* 510.

Pag. ead. *Kidduschim.* Plura de editione *Sabionetensi* memorat *Io. Bernhard. Deroſſi Annal. Typograph. hebr. Sabionet. num.* V. *pag.* 11. Prodiit quoque Wilmersdorfii 1735. fol. teste *Wibelio loc. citato pag.* 511.

Pag. 912. *Maccoth* prodiit quoque *Wilmersdorfii* 1736. 8. teste *Wibelio loc. cit. pag.* 519.

Ibid. *Rosch haschana*) Prodiit etiam Wilmersdorfii 1736. cuius editionis *Wibelius* sine mentione anni, quo impressa est, mentionem fecit.

Schabbath) Initium huius Tractatus ex Gemara Babylonica in linguam latinam traductum, notis illustratum, et modum disputandi Iudaeorum in eodem occurrentem ad nostram methodum disceptandi secundum regulas Logicorum reductum fistit peculiari dissertatione M. *Christoph. Henr. Kirchnerus*, quae prodiit Ienae 1746.

Ad Cap. IV. *pag.* 916. De nomine *Rabbinorum* praeter scriptores a Wolfio citatos conferantur: *Io. Ernest. ab Auerswalda* dissert. de Rabbinis et gradibus honorum literariis apud Ebraeos usitatis. Witteb. 1719. *Valent. Friderici* dissert. de titulis doctorum Iudaicorum, quem vero b. *Iacob. Frider. Reimannus* in *Idea systematis antiquitatis literariae pag.* 73. plagii literarii, quod fere omnia, quae ibidem obseruavit, ex *Iac. Altingii* Historia Academiarum Iudaicarum sufflu, ratus fuerit, accusat, et *Matth. Hillii* Comment. de Hebraeorum Rabbinis sive magistris. Ienae 1741. 4.

Pag. 921. *Academia* [illegible]*nensis*) Plura de eadem, eius origine, incrementis et doctoribus, memoratu digniora egregie narravit b. *Carolus Gottlob. Sperbachius* in programmate de Academia Iabhnensi eiusque Rectoribus. Witteberg. 1740. cuius argumentum legitur in Auszügen aus Disputationen de anno 1741. *Part.* III. *pag.* 273. *sequ.*

Pag. 924. *Bashuysen* [illegible] *Wolfio* citata dissertatio prodiit in lucem publicam *Hanouiae* 1703.

Pag. 925. *Rhenferd. Iac.* Tract[illegible] quem Wolfius sub voce *Vitringa* attulit, de decem otiosis Synagogae plenius recensetur a *Io. Fabricio* in *Historia Bibliothecae Fabricianae. Part.* V. *pag.* 361. *sequ.*

Vrsini, Georg. scriptum, cuius pleniorem inscriptionem exhibuit *Lilienthalius Bibliothec. theolog. Part.* XI. *pag.* 47. 48. parum commendatur a *Reimanno* in *Catalogo Bibliothecae theolog. historic. critico. pag.* 185.

Pag. 925. IV. 446. Scriptoribus *de scholis* et *Academiis*, *doctoribus* et *discipulis*, qui in istis floruerunt et *disputationibus in iisdem institutis*, et diis, quae

ad

ad historiam literaturae Iudaicae gentis spectant, a Wolfio memoratis, adiungendi sunt sequentes:

Friderici Alberti Augusti, Iudaei conversi, de quo plura infra ad *pag.* 1057. obseruabo, Fasciculus I. dissertationum historico-philologicarum, in quibus Iudaeorum hodiernorum consuetudines, mores et ritus tam in rebus sacris, quam civilibus exponuntur, qui de scholis Iudaeorum, in iisque docendi et discendi methodo agit. An continuatus sit hic liber, ignoro. Vid. *Krafftii Bibliothec. theolog. Tom.* VI. *Part.* LIII. *pag.* 211. *sequ.*

Io. Gottlieb. Bosseckii Programma de חברים seu Professoribus extraordinariis in Academiis Iudaeorum. Lipsi. 1745. 4. cuius argumentum exhibetur in vollständigen Nachrichten von kleinen akademischen Schriften de anno 1746. *Part.* III. *pag.* 342. *sequ.*

Mauritii Wilhelmi Christiani Kurze Beschreibung einer wohl eingerichteten Synagoge. Ratisbonae 1723. 8. qui liber recensetur in *Collectione nouantiquor. theologicor.* ad annum 1724. *pag.* 782. *sequ.*

Daniel. Gerdesii Dissert. de Synagoga Libertinorum ad Act. apost. VI, 9. Groningae 1736. 4. quae etiam inserta legitur eiusdem *Miscellaneis Groninganis Tom.* I. *fasc.* III. *pag.* 528. 538.

Io. Christ. Ernest. Heinii Comment. de magistris Hebraeorum, quos vocant collectionum. Lipsi. 1748. cuius argumentum recensetur in vollständigen Nachrichten von kleinen akademischen Schriften ad annum 1748. *Part.* X. *pag.* 920. *sequ.*

Io. Gerhard. Meuschenii Oratio de directo[illegible] scholarum hebraicarum, quae inserta est eius *Novo Testamento ex Talmude illustrato pag.* 1199. 1216.

Io. Georg. Michaelis Exercit. de Iudaeorum synagogis prope sepulchra, Halae 1747. quae etiam extat iterum recusa in *Symbolis literariis Bremensibus Tom.* III. *Part.* IV. *pag.* 600. 638.

Io. Dau. Mulleri Comment. de academicis doctorum Iudaicorum disputationibus. Lipsi. 1741.

Io. Andr. Mich. Nagelii dissert. de modo disputandi, quo doctiores Iudaei quondam Norimbergae in exercendis atque acuendis suis discipulis usi sunt. Altdorf. 1737. Quo in scripto simul fama *R. Mosis filii Danielis* ab accusatione *Basnuysenii* in Addendis ad clavem Talmudicam maximam eidem adsperta vindicatur, quod in suo libro סוגיות התלמוד, cuius novam editionem prodire fecit *Basnuysenius* ea, quae in eodem de ratione disputandi Iudaeorum tractare promiserit, non exhibuerit. Plura de hac doctissima dissertatione attulerunt in medium Autores der Hamburgischen gelehrten Berichte ad annum 1737. *Stid.* 37. *pag.* 291. *sequ.*

Ernest.

Ernest. Frid. Neubaueri dissert. de Iure disputationum apud omnes religionum populos, exceptis Turcis. Halae Magdeburg. 1731. Caput II. de disputationibus Iudaeorum agit.

Laurent. Odhelii Synagoga bifrons. Francof. ad Moen. 1691. 4. quem librum *Wolfius* infra *pag.* 1038. citavit. Plura de hoc libro memoratu digna observavit *Fabricius* in *Historia Bibliothecae Fabricianae. Part.* VI. *pag.* 49. *sequ.*

Io. Georg. Purmanni Programm. de re scholastica Iudaeorum. Francof. ad Moen. 1779. Vid. S. V. *D. Seileri* Beylage zu den gemeinnützigen Betrachtungen der neuesten theolog. Schriften ad annum 1780. *Part.* II. *pag.* 182. 188.

Christian. Henric. Rathmeieri Comment. de Kiriath Sepher seu civitate literaria ad Ios. XV, 11. Halae 1711.

Caroli Gottlob. Sperbachii Programma discipulorum sapientum Hebraeorum virtutes duodequinquaginta recensens ad locum *Pirke Avoth.* Witteb. 1756. cuius argumentum recensent Autores der vollständigen Nachrichten von kleinen akadem. Schriften ad annum 1756. *Part.* VIII. *pag.* 708. *sequ.* Huc etiam spectat eiusdem Programma de Academia Iabhnensi eiusque Rectoribus supra ad *pag.* 921. memoratum.

Andr. Sennerti Exercitatio de scholis et Academiis sic dictis veterum Hebraeorum, nec non promotionibus honorumque titulis apud eosdem, quae exstat in eiusdem Heptade altera exercitationum philologicarum.

Augusti. Lebrecht. Wilckii Epistola de solenni magistrorum promotione in Iudaeorum Academiis celebrata. Witteb. 1758. Vid. vollständige Nachrichten von kleinen akademischen Schriften de anno 1759. *Part.* I. *pag.* 67. *sequ.*

Varia quoque de *Iudaeorum* speciatim *Babylonicis* in medium adduxit b. *Gustau. Georg. Zeltnerus* in dissert. de virgine Iudaea per transennam docente. *pag.* 16. *sequ.* Plures scriptores de scholis et Academiis Iudaeorum memoravit *Fabricius* in *Bibliographia antiquaria. pag.* 933. *sequ. edit. nouiss.*

De pietate et reuerentia, quam Iudaei erga doctores suos exhibuerunt, et de singulari honoris cultu, quo istis suis discipulis prosecuti commentatus est *Georg. Ludouic. Goldnerus* in Programmate III. et IV. de Honoribus doctorum veterum. Gerae 1712.

Forte hic opportunus erit locus adferendi alios scriptores, qui symbolas quasdam ad literaturam Rabbinicam accuratius pernoscendam et generalem scriptorum Rabbinicorum notitiam sibi acquirendam contulerunt, simulque de re literaria Hebraeorum erudite commentati sunt, quo imprimis referri merentur scriptores sequentia: *Io. Andreae Danzii* dissertatio I. et II. de decisionibus Krischna Iudaeorum. Ienae 1680. 1682. *Io. Frid. Eckhardi* Programm. de momentis generalissimis librorum editionis apud veteres, speciatim Hebraeos. Isenaci 1773. *Fronmulleri, Conrad.* Epistolae duae de diversis Rabbinorum sententiis, in quibus sibi inui-

inuicem contradicunt, hebraice ſcriptae. Altdorf. 1675. 4. *Gabr. Groddekii* Pſeudonymorum hebraicorum Hexecontas Dantiſci 1708. 4. quo ſcriptum etiam poſtea *Vincentii Placcius Theatro* ſuo *Anonymorum et Pſeudonymorum ſcriptorum* et *Wolfius Bibliothec. hebraicae Tom.* IV. *pag.* 1005. 10038. inſeruit. *Hermannus* von der Hardt in diſſ. de fructu, quem ex librorum Iudaicorum lectione percipiunt Chriſtiani. Ienae 1[illegible] *Rudolph. Mart. Meelführeri* differt. de meritis Hebraeorum in rem literariam. Witteb. 1699. *Io. Chriſtoph. Coleri* diſſert. de epigraphe Rabbinica ſiue praecipuis, quibus in inſcribendis libris uſi fuerunt Rabbini, rationibus. Witteb. 1714. *Zeltneri*, [illegible] diſſert. de erudita virgine Iudaea per transennam docente. Altdorf. 1722. *Eiusd.* diſſ. de foeminis ex Hebraea gente eruditis. Ibid. 1708. *Eiusd.* differt. de Beruria [illegible]ina Iudaea docta. Ibid. 1714.

Plures ſcriptores, ex quibus ratio et forma literaturae Iudaicae pernoſci poterit, infra ad finem obſeruationum miſcellanearum de Iudaeis recenſebo, ubi ii nominandi ſunt, qui de progreſſu et incrementis ut et de forma et principiis artium ac diſciplinarum inter Iudaeos ſcriptis publice praeceperunt.

Ad Cap. V. pag. 944. Plura de *Bononienſi* editione libri *Or Ammim Rabbi Obadiae Sphorno.* de anno 1471. de quo *Wolfius* hic nonnulla ex *Cheuillerio* adduxit, infra obſeruabo in his ſupplementis ad *Tom.* III. *num.* 1763. *pag.* 867.

Pag. 960. *Ferrariae*) Pluribus de libris hebraicis ex typographia Ferrarienſi in publicam lucem editis commentatus eſt doctiſſimus Italus *Io. Bernhardus Deroſſi* in Commentario hiſtorico de Typographia Hebraea Ferrarieuſi, in quo Ferrarienſes [illegible]m editiones hebraicae, Luſitanae et Hiſpanicae recenſentur et illuſtrantur, qui prodiit Parmae 1780. 8. et in Germania iterum editus eſt opera et ſtudio cel. *Huffnagelii* Erlangae 1780. 8. De quo libro plura memorat S. V. *Doederlinus* in *Bibliothec. theolog. nouiſſim. Tom.* I. *Part.* VI. *pag.* 476. *ſequ.*

Pag. 961. *Sabionetae*) Plura de hac Typographia et literariis, quae ex iſta prodierunt, monumentis attulit *Io. Bernhard. Deroſſi* in *Annalibus typographicis Sabionetenſibus*, primum Italico ſermone Parmae 1780. 4. mai. editis, de quibus pluribus conferatur S. V. *Doederlini Bibliothec. theolog. nouiſſim. Tom.* II. *pag.* 61. *ſequ.* Verſionem latinam horum annalium, quae appendice aucta eſt et Erlangae 1783. 8. prodiit, debemus operae et ſtudio cl. M. *Io. Frider. Roos.* Libri non ſolum hebraici, qui ex hac typographia prodierunt, iuxta ordinem annorum, quibus editi ſunt, ſtudioſe enarrantur et ſatis accurate recenſentur, verum etiam praemiſſa eſt huic opuſculo epiſtola *Deroſſi* doctiſſima de origine et progreſſu typographiae ebraicae Sabionetenſis.

Pag. 961. IV. 452.) *Saphet*) Varie diſputatur ab eruditis, ubinam gentium et in quonam orbis terrarum angulo haec civitas collocanda ſit, quam *Wolfius* hic etiam, nempe *Tom.* I. *Bibliothecae hebraeae pag.* 815. *Zaphet* et interdum *Zephat* appellat. Interim maximam veritatis ſpeciem prae ſe fert coniectura

ctura a *Wolfio* nostro praetermissa, qua haec ipsa civitas ad *Poloniae* civitates refertur. Confirmavit hanc coniecturam vir doctus in *Relationibus Ienensibus menstruis* de anno 1727. *pag.* 375. Idem hac ex ratione, quoniam *Isaacus Calonymus*, editor Commentariorum *R. Mosis Alschechi* in sacrum codicem Vet. Testamenti huius patrium solum per vocis hebraicae בצפת הזבב designat, et in prima praefatione statim post titulum civitatis, qua natus fuerit, appellat ביתזוריים prope שעשבעבטין in Polonia. Forte hic ipse locus est *Saphet*, cuius *Wolfius* nostro loco mentionem fecit. Equidem maxime probabilem reddere videtur hanc sententiam et hanc consuetudo inter Iudaeos obtinens nomina locorum antiquiorum Palaestinae, quae in sacro codice occurrunt, in contumeliam [illegible], inter [illegible] versantur, recentioribus civitatibus imponendi. Cum autem in loco Veteris Testamenti *Iudic.* I, 17. civitas Cananitica *Zephath* dicta occurrat, forte ex hac, quam memorauimus, consuetudine huius urbis antiquioris nomen ad recentiorem urbem Poloniae Sapheth translatum eique a Iudaeis impositum est. Hinc ex laudati viri docti sententia, cui ego etiam accedere malo, non necessarium est, ut eum Wolfio assumas urbem hanc in Palaestina sitam esse, cum nomen eius saltem ex Palaestina repetendum sit.

Pag. 962. *Wilmersdorfium*) Plura de Typographia Iudaica huius civitatis celeberrima et consignationem librorum ibidem impressorum copiosissimam exhibuit b. *Io. Christian. Wibelius* in *Collection. nouantiquorum theologicorum* in *Appendice* der frühaufgelesenen Früchte *ad annum* 1740. *pag.* 41. *sequ.* et in *Relationib. innoxiis ad annum* 1745. *pag.* 505. *sequ.*

Caeterum uniuersam materiam de origine et primitiis Typographiae Iudaicae egregie tractauit *Io. Bernhard. Derossi* in peculiari disquisitione de hebraicae Typographiae origine et primitiis, iterum recusa Erlangae 1781. opera in studio cel. *Huffnagelii.*

Ad Cap. VI. pag. 966. Ex iis, quae *Wolfius* S. IV. attulit, satis apparere videtur, quam magnifice Iudaei de suo Talmude sentiant, eundemque ab ipsis fere codici sacro Veteris Testamenti anteferri aut saltem aequiparari. Idem quoque obseruavit recentiori tempore eruditissimus Mischnae interpres germanicus *Io. Iacob. Rabius* in Introductione in Mischnam Parti primae eiusdem praefixa *pag.* 2. Profecto autem ex iis etiam, quae *Waehnerus* in *Antiquitatibus gentis hebraeae Volum.* I. *pag.* 237. 240. obseruauit, abunde constat, Iudaeos non tam magnifice de suo Talmude sentire, quam vulgo creditur.

Pag. 968. *Wagenseilius*) Egregiis testimoniis eius de Talmude a *Wolfio* nostro allatis duo addenda sunt, quorum unum in *Praefatione* eius *secunda ad Sota*, alterum vero in *Tractatu* eius *de Infundibulo* exstat *pag.* 128. Posterius hic adscribere non pigebit. *De Mischna Talmudis textu*, scribit ibidem, *iterum hoc dico iterumque, nullam ei inesse blasphemiam, nullas valde ridiculas [illegible] quae mea haeresis est, post sacras literas praefero eam, modo aliquo, [illegible] in orbe*

orbe exſtant. libris omnibus, nempe quia nec alius ad Veteris et Novi foederis tabulas, quatenus Ritualia et ea quae ad Iudaicam Antiquitatem attinent, iis inſunt, illuſtrandas, magis conſert. Plura egregia [illegible]iorum doctorum virorum iudicia de Miſchnico opere collegit *Fabricius* in *Hiſtoria Bibliothecae Fabricianae. Tom.* I. *pag.* 249.

Pag. 969. lin. 13. *in perniſcendis Iudaeorum moribus.* Vid. quoque *pag.* 1095. infra. Diſputatum eſt antiquioribus [illegible] recentioribus etiam temporibus vehementer inter literatiſſimos viros, utrum [illegible]ta Talmudiſtarum et Rabbinorum tamquam fons genuinus conſiderari queat, [illegible] quo [illegible]ia accurata antiquorum Iudaicae gentis rituum hauriri queat. Omiſſis illis, quae *Wolfius* infra *pag.* 1095. de hiſtoria controuerſiae huius narrauit, tantum hic ea referam, quae recentiori tempore ea de re diſputata ſunt. Imprimis hunc uſum denegauit b. *Chriſtianus Schoettgenius* potiſſimum ea ex ratione, quoniam Talmudis Pandectae variis interpolationibus fuerint corruptae et deprauatae, unde iisdem non ſine praeuia cautione probe adhibita ſit credendum omne, quicquid de ritibus gentis Iudaeorum praecipiant. Interim uſum hunc Talmudis contra eundem defendere in ſe ſuſceperunt b. *Io. Gottlob. Carpzovius* in praefatione Apparatus ſui Antiquitatum hebraicarum et *Blaſius Vgolinus* in [illegible] ad b. *Chriſtian. Benedict. Michaelis* perſcripta et Venetiis 1748. 4. excu[illegible]ola, licet ad prioris argumenta quaedam regeſſerit *Schoettgenius* in ſuo Specimine Antiquitatum hebraicarum ex libro Sohar. Dreſdae 1751. 4. Vide hic ſupplementa mea ad *Tom.* I. *pag.* 836. Plura hac de re doctiſſime in medium prolata legi poſſunt in *Fabricii Bibliographia antiquaria pag.* [illegible] *edit. Schaffhauſen.*

Pag. 971. IV. 454. Vſum exegeticum et criticum Talmudis quod attinet, varia eiusdem documenta et ſpecimina in medium produxit *Chriſt. Hauemannus* in Hyle ex ſcriptis Iudaeorum ad Criticam ſac[illegible]pectante, quae doctiſſima commentatio inſerta legitur *Symbolis literariis B*[illegible]*s Tom.* III. *Part.* III. *pag.* 461. 503. Huc quoque conferenda erit b. [illegible] *Andr. Frommanni* diſſert. an variae lectiones ad codicem Veteris Teſtamenti ex Miſchna colligi queant. Coburg. 1760. quae poſtea quoque inſerta eſt eius *Opuſculis philologico-theologicis et hiſtoricis Part.* I. *num.* 1. Conferas ſi placet b. *Erneſtii Bibliothec. theologic. Tom.* II. *Tom.* III. *pag.* 286. *ſequ.* et eiusdem *Bibliothec. theologic. nouiſſim. Tom.* I. *Part.* IV. *pag.* 368. *ſequ.*

Clariſſime imprimis patet ex Talmudis opere, quid Iudaei de Verbo Dei ſentiant ſcripto in ſacro codice. Certe hoc melius conſtaret, ſi *Frider. Albert. Auguſti*, quem ſupra laudavi, in lucem publicam edidiſſet ſcriptum, quod iſte conuerſus Iudaeus ſub titulo: Nützlicher Gebrauch und ſchändlicher Mißbr[illegible] des Worts Gottes unter den Jüden elaboravit et edere in animo habuit, quod quidem narratur ab Auctoribus der Jenaiſchen Nachrichten von theologiſchen Büchern und Schriften. *Tom.* VI. *Part.* 58. *pag.* 668. *ſequ.*

De usu exegetico Talmudis habita potissimum ratione ad Novi foederis tabulas copiose commentati sunt varii iique doctissimi et in literatura Talmudica et Rabbinica versatissimi viri in *Io. Gerhard. Meuschenii Novo Testamento ex Talmude illustrato*, quod prodiit Lipsiae 1736. 4.

Plures scriptores de usu Talmudis exeget[illegible] et critico observauit, *Fabricius* in *Bibliographia antiquaria pag.* 9. *not.* 10. *edit. nouissimae.*

Pag. 972. lin. 11. *Meelführer[illegible]onsensu cet.*) excuso Francof. et Lipsiae 1701. quod scriptum constat [illegible]guli[illegible]

Pag. 979. post medium pag[illegible] *Meelführeri disput.* I. et II. *de Iesu in Talmude*) quae prodierunt Altdorf. 1699.

Pag. 987. *Aug. Pfeiffer.*) Addas hic eius dissert. de Iudaeorum Talmude. Witteb. 1663. quae recensetur summatim in vollständigen Nachrichten von kleinen akademischen Schriften ad annum 1747. *Part.* I. *pag.* 83. 94.

Pag. 988. IV. 455. *sequ.* Scriptis de *Talmude* a *Wolfio* citatis addantur adhuc sequentia: *Laurent. David. Bollhagen* dissert. de lectione Iudaeorum Audi ex Talmude et Rabbinorum scriptis eruta. Lips. 1703. *Io. Andr. Danzii* dissert. I. et II. de decisionibus Kristhma Ebrneo[illegible] Ienae 1680. 1682. *Meelführeri* dissert. I. et II. de Iesu in Talmude. Altd[illegible] *Io. Gerhard. Meuschenii* Novum Testamentum ex Talmude illustrat[illegible]uris clarissimorum virorum *Balthas. Scheidii*, *Io. Andreae Danzii* et *Iacob. Rhenferdi*, adiectis suis propriis dissertationibus. Lipsiae 1736. 4. quod opus plenius recensetur in *Actis eruditorum Lipsienf. germanic. Part.* CXCVII. *pag.* 338. 352. *Leonhard. Hofmanni* dissert. de origine et progressu rationis differendi Talmudistarum, quae obiici[illegible] et respondendo absoluitur, ad varia loca Scripturae sacrae, cumprimis capitis IX. epistolae ad Romanos illustranda. Ienae 1722. *Strauchii Aegid.* dissert. de computo Talmudico-Rabbinico. Witteb[illegible]. ut alios taceam.

Pag. 988. post medium [illegible] *R. Isaac. Alphes*) [illegible]i Talmudici huius auctoris, de quo plura memorat *Wolfius Tom.* I. *pag.* [illegible]. *Cracouienfis* editio de anno 1597. tribus Tomis in folio constans re[illegible] bibliotheca Senatus et ciuitatis Lipsiensis, quod obseruauit vir doctus in [illegible] *librorum nouorum Tom.* I. *Part.* XII. *pag.* 661. *Sabionetenfem* editionem prae ceteris commendauit *Io. Bernhard. Deroffi Annalib. typograph. hebr. Sabionetenfis num.* VII. *pag.* 13. *ed. Erlangenf.* Plura legantur in hac *Bibliotheca nova hebraica. Part.* I. *pag.* 80. et infra ad *Wolfium Tom.* III. *pag.* 571. notanda.

Ibid. lin. 26. *Talmudis partibus*) adde: et ex prima parte codicis *Berachoth*, ex quarta autem codicis *Chullin*. Vid. *Tom.* I. *pag.* 661. III. 569. *sequ. num.* 1207.

Pag. 989. lin. 6. *Isaaco Karo*) Corrige: *Ioseph Karo*, uti etiam [illegible] emendandum est lin. 10.

Pag.

Pag. 990. lin. 2. Iis, quae *Wolfius* noſter de *Talmudis* compendiis memorat, addantur ſequentia. Cum opus Talmudis valde voluminoſum et ita comparatum ſit, ut vix ab unoquoque Iudaeorum legi queat, nonnulli Iudaeorum quoque ſtudia ſua impenderunt, ut hoc ſpiſſum opus ad breue compendium revocarent, in quo tamen omnes potiores Talmudis doctrinae reſectis minus neceſſariis occurrerent. Praefixit ſibi praeter alios hunc ſcopum *Rabbi Bechai Haddajan* in libro, qui inſcriptus eſt *Sepher Chophas Halleuauos*, qui prodiit *Venetiis*, *Mantuae* et *Conſtantinopoli*, et a *R. Iehuda Aen Tibbon* ex Arabico idiomate in hebraicum ſermonem translatus eſt. Huc quoque ſpectat *Rabbi Saadiae Gaon Sepher Emunos*, qui liber ſimiliter ex Arabica in hebraeam linguam traductus *Amſtelodami* prodiit. Porro huc pertinent *Rabi Meir ben Gablai Auodas Hakkodeſch Cracouiae* editum, *R. Bechai Cad Haccemachis Lublini*, *R. Ioſephi Albo* celeberrimi Iudaeorum Medici et Philoſophi *Sepher Ikkarim*, et libri Iudaici *Emunah* et *Amana R. Abrahami Bilbag*, ut et *R. Schem Tof Derech Emunah Gado*, qui libri non ſunt duo diuerſi ſed unus, et alii, quos hic breuitatis cauſa praeterire malo. Tandem huc trahi poſſunt quodammodo omnes Iudaei, qui de 613. praeceptis et prohibitiuis Iudaeorum legibus ſcripſerunt. Haec et alia obſeruauit *Theodor. Daſſouius* in *Tract. de mortuorum reſurrectione ex Iudaeorum ſententia. Col.* 2. *Dedicat.*

Pag. 991. Ad *Lexica Talmudica* pertinet quoque propoſitum *Viti Henric. Haſenmulleri* elaborandi Concordantias Talmudicas, quod cum eruditis communicauit in Comment. de Concordantiis Talmudicis adornandis. Ienae 1711. 4.

Pag. 992. *Conſtantini Lempereur Clauis Talmudica*, cuius *Wolfius* fere poſt medium paginae huius mentionem fecit, co[illegible]hendit 1. Alphab. plaguſas 13. Contra eiusdem annotationes adiectas varia [illegible]uantur a *Paulo Theodoro Carpouio* in *Animadverſionibus philologico-criticis ſacris pag.* 63. 66.

Baſhuyſenii Clavis Talmudica maxima [illegible]hementer laudatur in *Actis eruditor. germanic. Lipſien. Tom.* III. *Part.* 35. *pag.* 829. 836.

Pag. 993. Ad *ſubſidia Talmudica*, quae ad [illegible]ligentiam Talmudis maxime faciunt, praeter eos, quos *Wolfius* adduxit, libros quoque pertinent *Io. Henric. Hottingeri* undecim diſſertationes Gem[illegible]ae. Lugduni Batau. 1704.

Ad Lib. V. qui *Bibliothecam Iudaicam et Antiiudaicam* exhibet. *Sect.* I. *Scriptores Antiiudaici graeci et latini.*

Pag. 998. *Hieronymi Tractatus de SS. Trinitate)* Reperitur quoque hic Tractatus ſeu Dialogus in eiusdem Dialogis graecis recentiſſime a *S. V. Io. Benedict. Carpzouio* editis Altenburgi 1772'8. Conferas *Frorienii Bibliothecam. literaturae theologic. Tom.* II. *Part.* III. *pag.* 318. *ſequ.*

Pag. 1001. *Porchetus* plurima in opere ſuo Antiiudaico ſurripuit ex *Raymundi Martini pugione fidei*, quod obſeruauit Reimannus apud *Lilienthalium* in *Bibliothec. theolog. Part* XI. *pag.* 17. Raritatem huius operis praeter alios teſtatur *Vogtius* in *Catalogo librorum rariorum pag.* 543. Vberiorem eius recen-

ſionem et nonnulla ex eodem excerpta exhibuit *Wolfius* noſter infra *Tom.* II. *pag.* 1124. 1131.

Ad II. *Scriptores Antiiudaici Ex-Iudaei.* Pag. 1004. *Victor a Carbe*) Vid. *Wolf. Tom.* I. *pag.* 355. III. 238. IV. 568. 817. et ſupplementa mea ad priorem locum.

Pag. 1005. *Fabian. Fioghi*) Vid. ſupra *Tom.* I. *pag.* 961.

Pag. 1006. *Galatinus.*) Hunc plurima, quae in ſuo opere Antiiudaico contra Iudaeos obſeruauit, ex *Raymundi Martini* Pugione fidei hauſiſſe memorat *Reimannus* in *Catalogo Bibliothec. theolog.* apud *Lilienthalium Bibliothec. theolog. Part.* XI. *pag.* 17.

Pag. 1007. *Hieronymus de ſancta Fide*) Vid. *Wolf. Tom.* I. *pag.* 463.

Pag. 1008. *Kaatz*) Pluribus de hoc Exiudaeo verba fecit *Wolfius Tom.* III. *pag.* 979. *num.* 1897. *d.*

Margarita, Anton.) Liber eius de Iudaeorum fide germanice quoque prodiit cum praefatione *Chriſtian. Reineccii* Lipſ. 1705. 8.

Pag. 1009. *Meieri, Chriſtian.* Vera Immanuelis generatio prodiit Amſtelodami 1722. 4. et conſtat 1. Alphab. plagul. 18. et ſemiplagula, hebraice et latine. De vita eiusdem varia notatu digniora narrantur in Hamburgiſchen gelehrten Berichten ad annum. 1740. *pag.* 16. *ſequ.*

Mentes, Io. Frider.) Vid. ſupra *Wolf. Tom.* I. *num.* 822. *pag.* 479.

Pag. 1011. *Rittangelii* Veritas cet.) Pluribus hic liber recenſetur a *Iacob. Wilhelm. Blaufuſio* in Beyträgen zur Kenntniß merkwürdiger und ſeltener Bücher. *Tom.* I. *pag.* 33 *ſequ.*

Pag. 1012. *Samuel Rabbi Marococcanus.* De eius *epiſtola*, cuius *Wolfius* hic mentionem fecit, non [illegible] quoque memorat *Cornel. a Beughem* in *Incunabulis Typographiae pag.* 122.

Pag. 1013. IV. 463. [illegible]criptoribus *Ex. Iud.* Anti-Iudaicis addantur quoque praeter alios ſequentes:

Anonymi Tractat[illegible] Iudaeorum et Chriſtianorum communione et converſatione, ac conſtitutionum ſuper hac re innouatione. Liber eſt ſatis antiquus. Vid. *Andr. Gottlib. Maſch. Beyträge zur Geſchichte merkwürdiger Bücher. Part.* II. *pag.* 73. *ſequ.*

Philipp. Erneſt. Chriſtfels Geſpräch im Reiche der Todten über die Bibel und den Talmud. Suobaci 1737. *ſequ.* Recenſetur hoc ſcriptum in *Collection. nouantiquorum theologic.* de anno 1742. *pag.* 451. Vid. quoque *Wolf. Tom.* IV. *pag.* 954. et ſupplementa mea ad *Tom.* III. *pag.* 932. *num.* 1830. b. ubi plura ſcripta huius Exiudaei Antiiudaica memorata reperiuntur.

Gottfridi, Iudaei conuerſi, der troſtloſe Jude in der letzten Todesſtunde nebſt einem Ermahnungsſchreiben an den Rabbi Koppelfränkel zur unpartheyiſchen Unterſuchung der wahren Religion. Tubingae 1753. 8.

quo

libro auctor potissimum somnia gentis Iudaicae de morte et nouissimis singulari diligentia confutare studuit. Recensetur hoc scriptum a b. *Kraftio Bibliothec. theologic. Tom.* X. *Part.* 94. *pag.* 397. *sequ.*

Ad III. *Scriptores Antiiudaici Christiani. Part.* II. *pag.* 1020. IV. 468. *sequ. Caluoerii Gloria Christi)* Plenius hic liber recensetur in *Museo librorum nouorum Tom.* I. *Part.* V. *pag.* 373. 385.

Pag. 1024.) *Frommenger.)* Historiam literariam huius libri notatu dignissimi exhibent Autores der Hamburgischen gelehrten Berichte de anno 1736. Seid. 72. *pag.* 651. 652. Plenius quoque recensetur a *Io. Fabricio* in *Historia Bibliothec. Fabricianae Part.* VI. *pag.* 369. Vid. quoque *Lilienthal. Bibliothec. theologic. Part.* XI. *pag.* 75. *sequ.*

Pag. 1025. Raritatem *flagelli Finii* insignem testantur *Io. Vogtius* in *Catalogo librorum rariorum pag.* 280. et *Theophilus Sincerus* in Nachrichten von alten raren Büchern *Tom.* I. *Part.* II. *pag.* 93. 96. qui eundem librum quoque diligenter recensuit. Vberius eundem descripsit et copiosissima eius excerpta exhibuit *Wolfius* infra *Tom.* II. *pag.* 1128. 1131.

Pag. 1027. *Gussetii Ternio.* Conferas de hoc libro *Lilienthal. loc. citat. pag.* 130. Eiusd. Veritas salutifera. Librum hunc Gusletii posthumum post eius mortem, quae accidit anno 1704. edidit *Arnoldius Borstius*, qui non tantum novam eidem praefationem praemisit, verum etiam *Wagenseilii* versionem libri Iudaici *Chissuk Emunah* variis in locis emendavit. Caeterum plura de hoc libro notatu digniora referunt Auctores *Supplementorum Actorum eruditorum Lipsiensium latin. Tom.* VI. *pag.* 224.

Pag. 1028. IV. 472. *Hauemanni* Wegleuchte) Egregium de hoc libro iudicium perhibet *Lilienthalius Bibliothec. theolog. Part.* XI. *pag.* 128.

Pag. 1029. *Hoornbeck.)* Librum hunc vehementer laudavit *Wagenseilius* in *Praefatione Telorum igneorum Satanae pag.* 50. Idem liber valde se quoque commendavit tum propter stilum facilem, tum methodum concinnam et res praeclaras, quas continet, *Reimanno* apud *Lilienthalium loc. citat. pag.* 80.

Pag. 1030. *Huldricus)* Plura de hoc libro infra scripsit *Wolfius Tom.* II. *pag.* 1444. *num.* 740. quae varias editiones et argumentum eius concernunt. Vide quoque supplementa mea ad *Tom.* I. *pag.* 761. et IV. *pag.* 122. et *Lilienthal. loc. citat. pag.* 130.

Hulfii Anton. Theologia Iudaica Part. I.) Vid. *Lilienthal. Bibliothec. theologic. l. c. pag.* 81. et *Wolf. Tom.* I. *pag.* 761.

Kidderi, Richard.) *Versionem germanicam* operis Angliei suscepit et in lucem publicam edidit b. *Frideric. Eberhard. Rambachius* Rostochii 1751. 4.

Pag. 1032. *Lent Theologia Iudaeorum.* Vid. *Lilienthal. Bibliothec. theolog. Part.* XI. *pag.* 128.

Lim-

Limborchii, Philipp.) Varia, quae docti viri de eius scripto, quod memorat, iudicarunt, reperies apud *Lilienthalium* in *Bibliothec. theolog.* [illegible] *pag.* 81. 83.

Losii, Io. Iust. de successiua cet.) prodiit etiam 1712. 4. Vehementer commendatur haec commentatio a *Fabricio* in *Historia Bibliothecae Fabrician. Part.* V. *pag.* 358. taxatur autem a *Reimanno* in *Catalogo Bibliothecae theolog. historic. critic. Tom.* II. *pag.* 287. Huc quoque spectat eiusdem Commentatio de occultatione librorum quorundam sacrorum per doctos Iudaicos olim tentata. Helmstad. 1736. 8. quod scriptum laudatur a *Reimanno loco citato pag.* 541.

Pag. 1033. IV. 472. *Maii Synopsis Theologiae Iudaicae)* Recensetur uberius in *Actis eruditor. Lipsienf. latinis* de anno 1698. *pag.* 239.

Pag. 1035. *Mauroceni de aeterna cet.)* Liber hic praeter eam, quam *Wolfius* memorat, editionem quoque prodiit antea *Patauii* anno 1473. quae prima et antiquissima est eius editio quam perraram esse testatur simulque uberius recenset vir doctus in libro inscripto *Altes aus allen Theilen der Geschichte* (Chemnitii 1766.) *Tom.* II. *Part.* VII. *pag.* 84. 87.

Pag. 1036. IV. 476. *Mulleri, Io. Iudaismus detectus*, etiam *Hamburgi* 1707. 4. iterum editus est, plenius recensetur a *Fabricio* in *Historia Bibliothecae Fabricianae. Part.* IV. *pag.* 395. 397. et *Lilienthalio Bibliothec. theolog. Part.* VI. *pag.* 78.

Pag. 1037. *Petri Nigri* scriptum utrumque hic a *Wolfio* memoratum copiose recensuit et excerpta eiusdem exhibuit *Wolfius Tom.* II. *pag.* 1110. 1115. et *Tom.* IV. *pag.* 527. 545. Posterius scriptum, quod *Stella Messiae* inscribitur, est tam infrequens, ut sint, qui dubitent, an umquam in lucem fuerit editum, uti refert *Vogtius* in *Catalogo librorum rariorum pag. m.* 487. Extitit tamen in *Bibliotheca b. Reimanni*, priuati apparet ex *Catalogo* eiusdem *pag.* 360.

Pag. 1038. *Laurent. Odhelii)* Vid. supra a me obseruata ad *pag.* 925. seq. *Odhelius* in additamentis ad scriptores de Iudaeorum fabulis.

Pag. 1042. *Schudtii Iudaeus Christicida vapulans* uberius recensetur a *Lilienthalio Bibliothec. theolog. Part.* XI. *pag.* 129. Plura de eiusdem scriptis huc spectantibus memorat *Wolfius* infra *pag.* 1089.

Pag. 1045. *Vedelius)* Conferas *Lilienthal. loc. citato pag.* 131. *sequ.*

Pag. 1046. *Wachteri Spinozismus)* Librum hunc paradoxum et perrarum esse obseruauit Io. *Vogtius* in *Catalogo librorum rariorum pag.* 718. Plura de eodem in medium attulerunt *Wolfius* noster *Bibliothec. hebr. Tom.* II. *pag.* 1235. *sequ. Gottlieb. Stollius* in Nachrichten von den Büchern seiner Bibliothek. *Tom.* XI. *pag.* 183. *sequ.* et *Lilienthalius Bibliothec. theolog. Part.* X. *pag.* 1126. *sequ.* ubi quoque mentio fit scripti ab hoc diuersi eiusdem auctoris, quod inscribitur: Elucidarius Cabbalisticus siue reconditae Hebraeorum Philosophiae brevis et succincta recensio de quo etiam pluribus verba fecit *Wolfius Tom.* II. *pag.* 1236.

Ibidem.

Ibidem. *Wagenſeilii Tela Satanae ignea*) Iudicia eruditorum virorum de hoc opere praeſtantiſſimo collecta adduxit *Lilienthalius* in *Bibliothec. theolog. Part.* XI. *pag.* 86. *ſequ.* Licet interim hic liber plauſum et admirationem [illegible]is eruditi omnino mereatur, fatum tamen eidem [illegible]it, ut acrem cenſuram Romanae Sedis, quae opus iſtud anno 1686. d. 2. Iulii [illegible]er libros prohibitos et damnatos retulit, effugere neutiquam potuer[illegible]. Hinc iſte liber in *indice librorum prohibitorum Clementis XI.* editionis Rom[illegible]. 1. *pag.* 480. occurrit, ubi tamen editor huius Catalogi *Wagenſeilium* ridiculo prorſus errore *Wangenſeilium*, *pag.* 252. *Wagentelium* et *pag.* 519. *Wagenſellium* appellavit, quod notabile negligentiae literariae Pontificiorum in libro publica auctor[illegible] edi[illegible]urrentis merito reprehendit *Schelhornius* in *Amoenitatibus literariis Tom.* [illegible] *pag.* 380.

Praeterea in narratione *Wolfii* de opuſculis *W*[illegible]*ilii* coniunctim [illegible] *num.* 7. occurrit *Denunciatio eius ad magiſtratus ch*[illegible]. Forte [illegible]c commentatio ab alia, quae ſimilem inſcriptionem in fron[illegible]et ſeparatim ſub titulo: *Denunciatio chriſtiana ad omnes imperantes, qui Iudaeos habent ſub iuriſdictione ſua* anno 1703. et 1704. prodiit, et recenſetur a *Fabricio* in *Hiſtoria Bibliothecae Fabricianae. Part.* VI. *pag.* 416. Quodſi vero haec mea coniectura qualiscunque fuerit falſa, hoc ſcriptum tamquam diverſum ab iis, quae a *Wolfio* memorantur, hic addi meretur.

Pag. 1047. *Wülferi Theriaca Iudaica*) Pluribus hic liber recenſetur a *Io. Fabricio* in *Hiſtoria Bibliothec. Fabricianae. Part.* V. *pag.* 354. *ſequ.* et Auctoribus *Actorum erudit. Lipſienſ. latin.* ad annum 1682. *pag.* 205. *ſequ.*

Pag. 1048. IV. 483. Scriptoribus Antiiudaicis chriſtianis a *Wolfio* memoratis addamus ſequentia ſcripta:

A[illegible]*i Dialogo fra un Chriſtiano ed un Ebreo.* Venetiis 1765. 8. Quo in libro Auctor, qui eſt Clericus regularis ordinis Romano-catholicus aduentum Meſſiae iam accidiſſe contra obiectiones Iudaeorum ex Prophetarum ſcriptis clariſſime demonſtrauit. Mentio facta eſt huius dialogi in *Ephemeridibus Ienenſibus literariis* de anno 1766. *Scid.* XXXI. *pag.* 271. *ſeqq.*

Io. Brunſmanni Iudaica leuitas ſive diſſ. ſuper [illegible], qualem Iudaei de rebus ſacris patriis teſtantes vel loquentes mereantur fidem. Hafniae 1705. 8. quodſcriptum huc etiam ſpectans infra *Wolfius Tom.* II. *pag.* 1084. adduxit.

Iacobi, Adam. Frid. Erneſt. Beweiß, den uns die Juden auch wieder ihren Willen geben, daß Jeſus der wahre Meſſias ſey. Arnſtadii 1760.

Io. Rudolph. Kieslingii diſſert. de Iudaeo extorri veritatis contra ſemetipſum teſte ad locum Deuteron. XXVIII, 64. 65. Lipſiae 1748. cuius argumentum ſtrictim recenſetur ab Auctoribus der vollſtändigen Nachrichten von kleinen akademiſchen Schriften ad annum 1749. *Part.* VI. *pag.* 514. *ſequ.*

Io. Reuchlini Phorcenſis liber de Verbo Dei mirifico. Duas huius ſcripti, cuius [illegible]us ſcopus fuit, ut per eundem confirmaretur fides Chriſtiana ex placitis

citis Gentilium et Iudaeorum, editiones, quarum altera *Tubingae* anno 1514. folio, altera autem fine loci et anni mentione prodiit, obſeruauit *Baumgartenius* in Nachrichten von einer Hallischen Bibliothek. *Tom.* II. *Part.* XII. *pag.* 505. 508. Praeter iſtas quoque editus [redacted] *Venetiis* 1486. et *Spirae* 1494. in folio, teſte *Cornelio a Beughem* in *Tractatu de incunabulis Typographiae pag.* 40. ut et *Lugduni* 1522. quae editio allegatur a [redacted] in *Memoriis eruditorum virorum Tom.* XXV. *pag.* 156. et *Chriſtian. Schertzio* in *Bibliotheca mediae et infimae latinitatis Fabrician. Volum.* VI. *pag.* 195. licet prior non negauerit, hunc librum iam antea in Germania prodiſſe.

Eliae Schadaei [redacted] contra Iudaeos publici iuris facta. Vid. *Wolf. Bibliothec. hebr. Tom.* II. *pag.* 1070. et quae in his ſupplementis ad hunc librum obſeruabo.

Philippi Iacobi Spaneri Predigt, daß Jeſus der wahre Meſſias oder Chriſtus ſey, — zur Erweckung der noch unglaubigen Juden gepredigt. Francofurti ad Moenum 1701. 12.

Petri Werenfelſii Diſſertationes XIII. de velamine Iudaeorum cordibus impendente, cum legatur Moſes. Baſil. 1692. et annis ſequentibus ſingulae hae commentationes academicae in lucem publicam prodierunt.

Ad V. *Apologiae Iudaeorum prodeunte et religione ſua.*

Pag. 1055. IV. 490. Scriptis apologeticis in gratiam Iudaeorum publicatis addantur ſequentia:

Apologia copioſiſſima *Iudaeorum Metenſium* contra librum Gallicum, qui inſcriptus eſt, *Abregé du Procés fait aux Iuifs de Mets.* Pariſ. 1670. Hanc ipſam Apologiam *Richardus Simon* inſeruit ſuae *Bibliothecae criticae Tom. I. Cap.* VIII. *pag.* 109. *ſequ.*

Reflexions critiques ſur le premier Chapitre du Tome ſeptiéme des Oeuvres de *Monſ. Voltaire*, où ſujet des Iuifs. Pariſ. 1762. Autor huius ſcripti, qui forte fuit Iudaeus ex Luſitania oriundus, hoc in ſcripto ſingularem dedit operam, ut differentiam inter Luſitanos et Germanos Iudaeos liquido demonſtraret. Innotuit mihi hoc ſcriptum pro Iudaeis apologeticum ex allegatione [redacted] in *nova Bibliotheca Bremenſi hiſtorico-philologico-theologica Claſſ.* IV. *faſcic.* [redacted] *pag.* 368. facta.

Ad VII.) *De Iudaeis converſis et iis, quae ad hiſtoriam converſionis Iudaeorum ſpectant.*

Varia hic adferri poſſent, quae ad hiſtoriam converſionis Iudaeorum ſpectant, ſi vel ſaltem in enarrandis eorum nominibus, qui miſſa ſuperſtitione Iudaica nomen Chriſtianae reipublicae dederunt, verſari vellem, quo labore autem lubens ſupersedere malui. Obſervationes tantum quasdam ex antiquioris rerum ſacrarum et eccleſiaſticarum, quae ad hoc argumentum, quod converſionem Iudaeorum concernit, per ſaturam collectas ſubiungo. Vix credibile eſt, multos Iudaeorum ſua voluntate propria incitatos ad Chriſtianorum coetum ſeſe adiunxiſſe, cuius

rei ratio profecto ex immani Iudaeorum, [illegible] in Christianorum gentem omni fere tempore adfecti fuerunt, mihi repetenda videtur. Quae ipsa res interdum Imperatores Romanorum Christianos compulit, vt illi ipsi, de puriori doctrina propaganda maxime solliciti Iudaeos ad fidem, quae a Christo nomen habet, amplectendam vi atque minis cogerent atque inuitos compellerent magis quam conuerterent. A scopo huius obseruationis nimium me recessurum esse timeo, si hic verbose inquirerem, an hic modus conuertendi religionis nostrae naturae [illegible] sanctioni conueniat, quod argumentum aliis discutiendum relinquo. Vnicum tantum huius rei exemplum ex monumentis historiae sacrae seculi a Christo nato septimi repeto, quod ad ea, quae paulo ante obseruaui, comprobanda pertinet. Memorant scriptores rerum gestarum, hoc seculo septimo Heraclium Imperatorem atque Hispanorum reges eius modi vim in conuertendis Iudaeis adhibuisse. Prior, nimirum Heraclius, cum ex astrorum coelestium adspectu sese praeuidere putaret, fore vt circumcisa gens imperium eius deuastaret, idque falso de Iudaeis intelligeret, hoc ipsum impediri posse sibi persuasit, si Iudaei fierent homines christianae professionis. Eam ob rem a Dagoberto, rege Francorum petiit, vellet ille Iudaeos, qui in terris eius degerent, ad Christi fidem amplectendam cogere, vel si repugnarent, ex regno suo expellere. Voluntati eius Dagobertus satisfecit, ac Heraclius ipse, a Christianis, vti perhibetur, doctoribus incitatus, innumeros gentis Iudaicae homines reluctantes ad sacrum fontem trahi iussit. Narrat hanc rem pluribus *Gregorius Turonensis Lib. VI. Historiae Francorum cap.* 64. Iam pridem a *Francorum* regibus, nominatim Chilperico, eandem vim Iudaeis illatam fuisse, itidem memoratus *Gregorius Turonensis* refert lib. VI. cap. 17. In Hispania eodem fere tempore Sisibuthus Gothorum rex Iudaeis, qui vel baptismum differrent vel plane recusarent, poenam centum flagellorum atque exilii decreuit, quam legem exhibet *Caesar Baronius Annalib. [illegible] ad A. C.* DCXIV. numero [illegible]. qua aetate immensa Iudaeorum multitudo [illegible]ate tincta est, si fidem habemus *Io. Magno Lib.* XVI. *Historiae Gothorum cap.* 14. Praeterea in synodo Toletana IV. anno Christi DCXXXIII. celebrata, eiusque canone 57. sanctum est, vt Iudaei fidem, quam vi vel necessitate fortasse susceperint, seruare cogantur, apud *Io. Harduinum Tom.* III. *Conciliorum pag.* 590. quod confirmatum est a patribus synodi Toletanae VI. anno Christi DCXXXVIII. habitae capitul. III. apud eundem *Harduinum loc. cit. pag.* 603. atque aliis conciliis postea Toleti coactis. Alia, quae ad historiam conuersionis Iudaeorum spectant, lubens praetereo.

Pag. 1057. Praeter scriptores a Wolfio citatos ad *historiam conuersionis Iudaeorum* varia exemplaria exhibentur in *Collect. nouantiquor. theologicor.* ad annum 172[illegible]. 629. *sequ.* 739. *sequ.* et in *Actis historico-ecclesiasticis Vinariensibus* saepius. Huc etiam spectant scripta plurima *Io. Henric. Callenbergii*, *Stephani Schulzii* et aliorum, qui studia sua imprimis in conuertendis Iudaeis ad Christi sacra laudabili prorsus ratione collocarunt. Nolo hic in praesenti allegatione horum

scriptorum spatium chartarum praesiperc. Vnum tantum illudque scriptum adiungam, quod imprimis ad novissimam conuersionis historiam Iudaeorum pertinet. Ediderat iam Halae anno 1769. 8. *Stephanus Schulzius* Particulam primam relationis de conuersione Iudaeorum recens facta, cuius continuationem in lucem publicam edidit *Iustus Israel Beyerus* in libro, qui sub titulo: Fortgesetzte Nachrichten von der zum Heyl der Juden errichteten Anstalt, nebst den Anzeigen aus den Tagebüchern der reisenden Missionarien. Halle 1778. 8. Huc etiam referenda est *Salomonis Gottfrid. Hildebrandi* dissert. de *aurora in tenebris Iudaicis exoriente. Augustae Vindelic.* 1751. Praeterea ad scripta de conuersis Iudaeis pertinet *Wessel Eilers* Epistola historica, qua olim Rabbinum *Copiliam* nunc vero *Christianum Fürchtegott Liepmannum* doctrinaeque purioris evangelicae studiosum offert. Oldenburgi 1740. 4. Vitam huius quondam Rabbini narrant quoque Auctores der Hamburgischen gelehrten Berichte ad annum 1740. *Scid.* II. *pag.* 13. *sequ.* Ibidem quoque narratur vitae curriculum *Christian. Meyeri Scid.* II. *pag.* 16. cuius scripta potiora Antijudaica *Wolfius* noster supra *pag.* 1009. recensuit. His sequentia scripta adiungam, in quibus Iudaei nonnulli conversi suam historiam, vitae rationem et quomodo ad [illegible] verae fidei Christianae cognitionem peruenerint. Spectant huc imprimis libri sequentes: Merkwürdige Lebensgeschichte Friedrich Albrecht Augusti, (quondam Iudaei sub nomine Iosua Ben Abraham Herschel Rabbini Sondershusani, postea vero Pastoris Eschenbergensis in Ducatu Gothano munere functi) aus den Urkunden gesammelt von einem Freunde. Erfurti 1751. 8. Eo magis hic Iudaeus conversus [illegible] meretur, quo pluribus scriptis iste de re Christiana sacra meruit, et quo diligentius in scriptis editis *de scholis Iudaeorum*, *Karaitis*, aliisque, quae in superioribus adducta sunt, versatus est, in quibus multa deprehenduntur, quae homini inter Christianos nato vix perve[illegible] perquirere licet. Al[illegible] inscribitur: Wahrhafter Bericht von M. Johann Adam Gott[illegible] Bekehrung vom Judenthum zum Christenthum und von [illegible] fernern Führung seit seiner heiligen Taufe, die im Jahr 1750. zu Christian-Erlang geschahe, bishieher, von ihm selbst aufgesetzt. Erlangae 1770. 1776. 8. Huc etiam pertinent *Christiani Salomonis Duitschii*, quondam Rabbini Iudaici vitae curriculum, quod sub titulo: Die bewundernswürdigen Führungen Gottes bey einem blinden Leiter der Blinden auf Wegen, die er nicht kennet, Amstelodami 1768. 8. prodiit, et *Gottfridi Seligii*, Lectoris publici hebraicae Linguae Lipsiensis variis scriptis *de notitia rituum priscorum Iudaicae gentis*, *de dialecto Iudaeo-Germanica*, quorum mentio in his supplementis occurrit suis in l[illegible] de re literaria egregie meriti, Geschichte des Lebens und der Bekehr[illegible] seiner Person, seiner drey Schwestern, und einiger nahen Anverwandten, welche sämtlich das Judenthum verlassen haben, von ihm selbst beschrieben, qui liber constat tribus partibus, quae Lipsiae 1779. 8. prodierunt, et a *S. V.*

Seilero

Sellero in gemeinnützigen Betrachtungen der neuesten theologischen Schriften ad annum 1779. *Part.* II. *pag.* 233. *sequ.* recensentur. Huc quoque spectat egregia relatio de vita et fatis Iudaei conversi *Pauli Sebastiani Medici*, quae legitur in Hamburgischen gelehrten Berichten de anno 1739. *Scid.* 1. *pag.* 2.

Pag. 1058. Copiosum eorum Catalogum, qui vel iniuste Iudaismi accusantur, vel saltem falso ad Iudaeorum conuersorum ad Christianorum coetum numerum referuntur, exhibuit b. *Henric. Scharbau* in *Iudaismo detecto*, in quo vindicantur et restituuntur, qui vel iniuste inter Iudaeos relati vel ex Iudaeorum numero exclusi sunt. Lubecae 1722. 8. qui liber doctissimus ab Auctoribus *Actorum eruditorum Lipsiensium germanicorum Part.* LXXXI. *pag.* 679. 682. recensetur.

Ad *proselytos Hebraeorum* quod attinet, de iis peculiarem dissertationem edidit *Andreas Georgius Wuthnerus*, quae Goettingae 1743. prodiit, in qua praecipue de ritibus Iudaeorum proselytos in religionem suam recipiendi doctissime tractatur. Summam huius dissertationis dederunt Autores der Auszüge aus Disputationen, ad annum 1743. *Part.* III. *pag.* 234. 244. Plures scriptores ad *pag.* 1108. adducam.

Ad VII.) *Concionibus, quae in Iudaeos baptizandos, et conversos habitae sunt* et *symbolis eorundem fidei* in lucem publicam emissis, quas *Wolfius* hic et *Tom.* IV. *pag.* 493. 494. sub hoc numero memorat, ex immensa earum copia addantur scripta sequentia:

Friderici Alberti Augusti zwey Taufreden von der Aenderung des Nahmens bey der Uebergabe des Herzens an Jesum — bey der Taufe eines Jüden zu Eschenberge im Gothaischen, quae oratio sacra cum praefatione b. *Io. Adam. Lauxii prodiit Arnstadii* 1747. 4.

Baggii, D. Ehregott Nicol. Kraft des Todes Jesu in der Taufe in einem neuen Beweise eines im Jahr 1766. zu Neustadt an der Heyde getauften Jüdischen Proselyten, aus Hamburg, sonst Salomo Moses, itzt Johann Friederich Ehregott genannt. Hamburgae et Lipsiae 1766. 8.

Droegii, Io. Gottfrid. Rede bey der Taufe eines Israeliten nebst dem von demselben öffentlich abgelegten christlichen Bekenntniß. Luneburgi 1773. 8. de qua scriptione conferantur *Ephemerides literariae Francofurtenses* de anno 1774. *Scid.* 80. *pag.* 671. *sequ.*

Christiani, Mauritii Wilhelm. Ausgang von dem verstockten Judenthum und Eingang zum wahren Christenthum der Lutherischen Religion — zu Schleusingen, nebst dem Taufsermon und Glaubensbekenntniß desselben. Erfordiae 1720.

Fabri, Henric. Sigismund. Predigt bey der Taufe eines zu Christo bekehrten Juden, sonst Isaac Samson genannt, gehalten zu Zirndorf. Nürnberg 1745. 4.

Gedikens, Frider. Predigt bey der Taufhandlung eines Juden Samuel Abraham aus Berlin gebürtig, über 1 Timoth. 2, 4. zu Spandau gehalten, nebst beygefügten catechetischen Glaubensbekenntniß des Täuflings. Berlin 1744. 4.

Hechtii, Christian. Tauf-*Actus* zweyer Judenknaben, nebst derselben Glaubensbekenntniß. Büdingae 1730. 8.

Henschelii, Caroli Ludouici, Bekenntniß der erkannten christlichen Religionswahrheiten am Tage seiner Wiedergeburth durch die heilige Taufe zu Jena öffentlich abgelegt. Jena, 1776. 4.

Kernii, Philipp. Ernest. Oeffentliche Zeugnisse zweyer Jüdischen Schriftgelehrten von Christo, zu Weikersheim. Hildburghusae, 1759. 8.

Kochii, M. Frider. Christian. Sieg der Wahrheit über die Vorurtheile des heutigen Judenthums und dessen Vertheidigers, in der Person Ernst August Wilhelm Christian Friederici. Arnstadii 1767. 1769. 8.

Loeberi, Gotthilf Friedemann. Rede bey der Taufhandlung Carl Leopold Kayfers, nebst der Rede und dem Glaubensbekenntnisse des Neubekehrten. *Altenburgi* 1778. quod scriptum recensuit S. V. *Seilerus* in gemeinnützigen Betrachtungen der neuesten theologischen Schriften ad annum 1779. *Part.* IV. *pag.* 822.

Pauli, Michael. Proselyt. Christlutherisches Glaubensbekenntniß öffentlich abgelegt, cum praefatione doctissima *M. Io. Iust. Sommerschmidii* de Tekuphoth Iudaeorum. Witeberg. 1716. 4.

Rechtii, Io. Rabbini olim in *Moravia* nati, postea ad Pontificiorum sacra transgressi et tandem ad fidem Lutheranam conuersi Bekenntniß der nach dem verlassenen Jüdischen Unglauben — eingesehenen Hauptwahrheiten. Ienae 1754. 4.

Starkii, Wilhelm. Ernest. freymüthiges Bekenntniß Philippi von dem in Jesu von Nazareth gefundenen Messia der Welt, bey Gelegenheit der Judentaufe Simon Bar David von Ermsleben, iezo Fried. Bernburger genannt, zu Bernburg, aus Joh. 1, 45. erwogen, und nebst desselben Glaubensbekenntnisse an das Licht gestellet. Bernburgi 1744. 8. Cuius scripti dedicatio ad Serenissimum Principem Anhaltino-Bernburgensem varia notatu digniora de Iudaeis conversis *Bernburgensibus* continet.

Steinkopfii, Georg. Heilige Reden bey der Taufe eines Jüdischen Rabbinen, Jacob Hirschens und einer Jüdischen Tochter — nebst beygefügten Grundriß der ganzen christlichen Lehre. Regiomonti et Lipsiae 1751. 8. Quod scriptum recensetur a b. *Krafftio Bibliothec. theologic. Tom.* VII. *pag.* 241. *sequ.*

Ad VIII. Pag. 1065. IV. 497. Scriptis, qui *de optima Iudaeos ad salutarem fidei christianae cognitionem reducendi praeceperunt methodo* a *Wolfio* hic memoratis, adde sequentia:

Ano-

Anonymi Epistolae germanice ad nationem Iudaicam emissae, quarum prima prodiit Francofurti et Lipsiae 1776. 8.

Anonymi Tractatus germanicus, qui inscribitur: das beste Mittel zur Bekehrung der Juden — nebst einem Anhange von der noch vor dem Ende der Welt bevorstehenden grossen Judenbekehrung. Kiloni, 1685. 4.

Antonii, Caroli, wahre Gründe, welche einen Juden zur wahren Bekehrung oder zu Christo führen können. Helmstad. 1753. 8.

August. Christian. Frider. Königlich Preußisches Proselyten-Haus, welches das Königreich Gottes zu befördern an den König von Preussen gerichtet ist. Brandenburg 1736. 4.

Hasencampii, Io. Christ. Oratio *de optima cum Iudaeis de religione disputandi methodo*, edita a *Io. Caspar. Lauatero*. Francof. ad Moen. 1770. 4. quae recensetur in *Ephemeridibus literariis Francofurtensibus* de anno 1773. *num.* 5. *pag.* 37. 39.

Leberechts, Joh. Christian, Iudaei conversi Ermunterung der christlichen Liebe bey der heutigen Judenbekehrung. 1746.

Venzky, Georg. Rector. Prenzlau. Vorschläge, wie man die Bekehrung der Juden durch die Unterweisung in den Wissenschaften und die Aerzte erleichtern könne, quae consilia inserta sunt denen Hamburgischen gelehrten Berichten de anno 1744. *Scid.* 12.

Wibelii, Io. Christian. Abhandlung von der Pflicht evangelischer Lehrer, für das Heyl der Juden zu sorgen, quae commentatio exstat in Hessischen Hebopfer. *Part.* II. *pag.* 635. *sequ.*

Praeterea huc spectant scripta celeb. *Io. Caspar. Lauateri*, *Mosis Mendelssohnii* et aliorum noviſſime de convertendis Iudaeis edita.

Ad IV. Scriptores *Catechismorum, pro Iudaeis germanice aut pro Christianis hebraice editorum.*

Pag. 1065. *Calvoeri Caspar.* Catechesis huc pertinens inscribitur: Judencatechismus, das ist kurzer Weg des Lebens zum Messia und Heylande der Welt. Lipsiae 1710. 12. qui liber quoque adnexus est eiusdem *Gloriae Christi*, quae eodem anno in forma quarta prodiit.

Ibid. lin. ultima *Wagenseilii Catechismus.* Vid. *pag.* 1064. f. u. *Placaeus.* Conferas hic b. Parentis mei, D. *Io. Christoph. Koecheri* Catechetische Geschichte verschiedener Religionspartheyen. *Cap.* IX. §. 7. *pag.* 339.

Pag. 1066. *Fabricii, Theodos.*) Editionem Wittebergensem huius Catechismi de anno 1582. 8. pluribus recensuit *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* IV. *Part.* XIX. *pag.* 19. 20.

Pag. 1067. et IV. 498. Praeter istos, quos *Wolfius* his in locis adduxit, *catecheticos Christianorum libros* huc quoque spectant omnes ac singulae translationes catechismorum *Lutheri*, *Bellarmini* et *Calvini* in linguam hebraicam editae

quae

quae fere omnes in gratiam Iudaicae gentis prodierunt. De quibus plura memorat *Io. Albert. Fabricius* in *Centifolio Lutherano. Cap.* 82. *pag.* 288. et b. *Rivrens* in *Hiſtoria catechetica eccleſiae Pontificiorum Cap.* III. *§.* 6. *pag.* 57. *Cap.* V. *§.* 3. *pag.* 145. *ſequ.* et in *Hiſtoria catechetica eccleſiae Reformatae. Cap.* VII. *§.* 3. *pag.* 214. 215. Huc denique ſpectant omnes ac ſinguli libri catechetici Iudaeorum conuerſorum de capitibus fidei chriſtianae, quos hic atque inde *Wolfius* in Bibliotheca ſua hebraea variis in locis memorauit. Spectant huc ſcripta catechetica quae conſignauerunt *Iohannes Baptiſtae d' Eſte*, quorum mentio fit apud *Wolfium Bibliothec. hebr. Tom.* I. *pag.* 471. III. 35[illegible] *num.* 810. *Fabianus Fioghi*, vid. *Wolf. Tom.* I. *pag.* 961. *num.* 1806. II. *pag.* 1005. III. 894. *ſequ.* IV. 948. *Chriſtian. Frider. Kaatz*, Vid. *Wolf. Tom.* II. *pag.* 1008. III. 979. *num.* 1897. d. et *Carol. Gottlib. Willichius*, vid. *Wolf. Tom.* IV. *pag.* 498.

Appendicis loco, priusquam huic ſectioni finem impono, brevem et ſuccinctam delineationem hiſtorico-literariam ſubiungam librorum catecheticorum a Iudaeorum doctoribus pro fide ſua exaratorum et publice editorum, ex quibus, quid iſti de primariis fidei ſuae capitibus ſentiant, clariſſime conſtat. Huc imprimis prae caeteris ſpectant duo ſcripta *catechetica Iudaeorum*, quippe quae in hoc ſcribendi genere iure meritoque primarium locum occupant. Vnum eorum eſt inſcriptum: *Tredecim articuli fidei Iudaeorum, item compendium elegans hiſtoriarum Ioſephi per Sebaſtian. Munſterum.* Baſil. 1529. cuius libri mentionem praeter alios fecit quoque *Michael Maittairius* in *Annalibus typographicis Tom.* II. *Part.* II. *pag.* 775. Pluribus hunc catechiſmum recenſuit vir doctus in libro Alles aus allen Theilen der Geſchichte (Chemnitii 1766.) *Tom.* II. *Part.* VII. *pag.* 104. *ſequ.* Plura, quod obiter hic obſeruo, de his ipſis *tredecim fidei articulis* comm entatus eſt *Io. Henric. Wolfius* tum in *diſſertatione de articulis fidei Iudaicae* Lipſiae 1681. ſub praeſ. *Io. Benedicti Carpzouii* publice defenſa, tum in ſcripto *de aureolo Davidis h. e. Rabbi Davidis Vital Explicatione Symboli Iudaici ſeu tredecim Articulorum fidei*, *pag.* 14. 16. *Gerae* 1736. Eosdem tredecim Articulos quoque celeberrimus *Moſes Mendelsſohnius* germanice libro ſuo in uſum iuventutis Iudaicae adornato, qui inſcriptus eſt: Leſebuch für Jüdiſche Kinder, Berolini 1779. 8. inſeruit. Alter libellus catecheticam delineationem fidei Iudaicae comprehendens inſcribitur תורה דקה h. e. doctrina bona auctore *R. Abraham Ben Chananja Iagel*, de quo *Wolfius* plura memorat *Bibliothec. hebr. Tom.* I. *pag.* 54. *ſequ.* III. 34. 35. *num.* 78. Editus eſt praeter eas, quas *Wolfius* memorat, editiones *Wilmerſtorfii* 1714. 12. et *Ieſnitii* 1719. 8. Praeterea eundem inſeruerunt *Ioannes Benedictus Carpzouius capiti* IX. ſuae *Introductionis in Theologiam Iudaicam*, quae praemiſſa eſt ſuae editioni *Raymundi Martini* Pugionis fidei, et *Laurentius Odhelius* ſuae *Synagogae biſronti pag.* 73. edit. Francof. de anno 1691. Plura de his duobus ſcriptis primariis Iudaicae fidei catecheticis in medium adduxit *Io. Chriſt. Koecherus.* in der catechetiſchen Geſchichte verſchiedener Reli-

Religionspartheyen, als der Waldenſer, Juden u. ſ. w. *Cap.* IX. *ſ.* 3. *pag.* 320. 324. *ſ.* 4. *pag.* 326. 332.

De aliis Catechiſmis Iudaeorum hic nihil addo, cum *Wolfius* iamdudum in ſua *Bibliotheca* copioſe de iisdem verba fecit, ad cuius loca hic ſaltem adferenda lectores ſaltem dimitto. Huc ſpectant libri huius generis R. *Aaronis Leui Barzelonitae*, vid. *Wolf. Tom.* I. *pag.* 123. IV. 772. *num.* 187. *Iapheth Leuitae*, vid. *Wolf. Tom.* I. *pag.* 621. *num.* 1129. *Ioſeph. Albo Tom.* I. *pag.* 866. 867. *num.* 28. III. 790. *Iſaaci de Fano Tom.* I. *pag.* 687. *num.* 1258. *Moſis ben Maimon Tom.* I. *pag.* 866. 867. *num.* 28. III. 790. ad quae loca nonnulla quoque in ſupplementis meis ad Tomum primum adiecta ſunt.

Ad X. Scriptores *de Iudaeorum Conuerſione aus uniuerſali aut ſaltem notabiliori in poſterum ſperanda vel non ſperanda.*

Pag. 1067. IV. 498. *Anonymi Rappel des Iuifs.*) Liber hic, in cuius inſcriptione neque locus neque typographus memoratur, a *Vogtio* in *Catalogo librorum rariorum pag. m.* 567. appellatur opus rarum et infrequens.

Pag. 1070. *Schadaei Eliae* 1562.) Forte ſcribendum eſt pro hoc anni numero alius 1592. 8. quam editionem uberius recenſuit *Baumgartenius* in Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothek. *Part.* XXIX. *pag.* 379. 380. Eodem anno idem liber characteres Iudaico repetito prodiit multo auctius, in qua editione acceſſerunt tum ſcriptio commonſtrans Ieſum verum eſſe Meſſiam, tum libri quinque Noui Teſtamenti, utpote Euangelia Lucae et Iohannis, Acta Apoſtolorum, Epiſtola ad Romanos et pericopae nonnullae V. T. propheticae de Meſſia agentes *Pſalm.* II. XXII. CX. *Ieſ.* LIII. caput, *Zachar.* IX. XI. XII. *Malach.* III. et IV. *Argentorati* 1592. 8. quae editio conſtat uno Alphabeto et quatuordecim plagulis.

Pag. 1071. *Wandalini, Io.* liber memoratus iterata vice prodiit *Haſniae* 1708. quae editio recenſetur in *Collectione nouantiquorum theologicorum* ad annum 1715. *pag.* 608.

Pag. idem et IV. 503. Scriptis a *Wolfio* hic memoratis de conuerſione Iudaeorum adiiciantur ſequentia:

Anonymi Obſeruatio de conuerſione Iudaeorum uniuerſali exſpectanda, quae legitur in *Collectione nouantiquorum theologicorum* ad annum 1743. *pag.* 756. *ſequ.*

Anonymi der bisherige unglückliche und künftige glückliche Zuſtand des Jüdiſchen Volks, in Betrachtung gezogen von J. P. T. Francofordiae et Lipſiae 1742. 8. 4. plagul.

Beſſeri, Io. Polycarpi, Iudaei conuerſi Mittel und Hinderniſſe der heutigen Judenbekehrung. Lipſ. 1729. 4. de quo ſcripto plura memorat *Krafftius Bibliothec. theolog. Tom.* VI. *Part.* LIII. *pag.* 645.

Christiani, *Christ. Gustau.* Bekehrung Israels. Swobaci 1722. 8. quod scriptum recensetur ab Auctoribus *Collectionis novantiquorum theolog.* ad annum 1723. *pag.* 628.

Doederlini, *Io. Christoph.* Erörterung der Frage, gibt uns die Bibel Hofnung zu einer allgemeinen Judenbekehrung? Norimberg[illegible] plagul. 8.

Fehrii, *Samuel. Bened.* Pastoris Burgstadiensis Versuch einer Abhandlung von der noch bevorstehenden merkwürdigen Judenbekehrung, cum praefatione b. D. *Christian. August Crus[illegible]ips.* 1753. *Altenburg.* 1758. 8. quod scriptum nonnullis eruditis viris occasionem dedit hanc materiam scriptis publicis uberius pertractandi, quae recensentur a *Krafftio Bibliothec. theolog. Tom.* X. *pag.* 867. *sequ.*

Herlibergeri, *Conrad.* dissert. de spe futurae Iudaeorum conuersionis ultimae universalis. Marburgi Cattorum 1749. cuius argumentum strictim enarratur in vollständigen Nachrichten von kleinen akademischen Schriften ad annum 1749. *Part.* III. *pag.* 229. *sequ.*

Hottingeri, *Io. Henr.* Hofnung der Bekehrung der Juden, nach Hos. 3, 5. Homburgi 1733. de quo scripto nonnulla memorat b. *Ernest. Frideric. Neubauerus* in der Nachricht von den Evangelischen Theologen in und um Deutschland *Part.* II. *pag.* 635.

Iablonskii, D. *Paul. Ernest.* dissert. *de futura Iudaeorum conuersione.* Francof. ad Viadrum 1738. Vid. Auszüge aus Disputation. ad annum 1739. *pag.* 527. 533.

Mentes, *Io. Frider.* Beantwortung der Fragen, warum die Juden in ihrem Irrthum so beständig beharren, und ob nicht zu hoffen sey, daß dieselben häufiger könnten zum Christlichen Glauben gebracht werden. Gryphiswald. 718. 4.

Mülleri, *Sam. Frideric.* dissert. praeside *Io. Heynio* habita sistens universalem Iud. conversionem adhuc futuram contra *Schubertum*, qui [illegible] negavit. Brandeburgi 1743. plagul. 4.

Schuberti, *Io. Ernest.* Schriftmässige Gedanken von der allgemeinen Judenbekehrung und dem tausendjährigen Reiche. Ienae 1742. 4. cuius scripti potiora capita narravit *Kraftius* in Nachrichten von theologischen Büchern und Schriften. *Tom.* II. *Part.* XV. *pag.* 459. *sequ.*

Werneri, *Frider.* dissert. de vana spe insignis Iudaeorum conversionis simultaneae ante diem extremum adhuc exspectandae. Lipsiae 1744. quae recensetur in Auszügen aus Disputationen ad annum 1741. *Part.* II. *pag.* [illegible] *sequ.*

Zeltneri, *D. Gustau. Georg.* dissert. epistolica de Impedimentis et adiumentis conversionis Iudaeorum praecipuis. Francof. et Lips. 1735. 4. quae editio recensetur in *Collectione novantiquorum theologic.* ad annum 1735. *pag.* 114. *seq.*

Confe-

Conferas quoque die Hamburgischen gelehrten Berichte ad annum 1735. Scian 50. *pag.* 417. Idem vir doctus quoque hanc materiam tractavit in gründlicher Untersuchung von dem Tekupha Blut *pag.* 103.

Ad XI. *Historici de rebus Iudaeis antiquiores, potissimum Hebraei. Pag.* 1074. et IV. 503. Huc addas scripta sequentia:

Anonymi, Chorban Beth hammikdasch sive de devastatione Hierosolymae et templi sanctissimi Historia, a Iudaeis ipsis concinnata, una cum devastatione urbis Betar et Tur Malca, nunc primum latine recensita opera et studio Io. Sauberti. Helmstad. 1664. 4. Memorat hunc librum *Wolfius* in *supplementis ad notitiam scriptorum anonym. hebraicorum Tom.* IV. *pag.* 1045. *num.* 211. ubi conferas supplementa mea, et uberius recenset eundem *Fabricius* in *Historia Bibliothecae Fabricianae Part.* V. *pag.* 340. *sequ.*

Anonymi Chorboth Ieruschalaim. Vid. *Wolf. Tom.* II. *pag.* 1305. *num.* 228.

Hegesippus, de quo licet *Wolfius Tom.* I. *pag.* 350. *num.* 548. quaedam memoraverit, nonnulla tamen, quae potissimum editiones huius Historici notatu digniores concernunt, addenda mihi esse videntur. Memoratu digna est omnino est editio Historiae eius de bello Iudaico, quae latine sub titulo: *Aegesippi — Historia de Bello Iudaico, sceptri sublatione, Iudaeorum dispersione et Hierosolymitano excidio a diuo Ambrosio Mediolanensi Antistite e Graeco latine facta, cum eiusdem Anacephalaeosi et Tabellis congruentiarum cum Iosephi libris, etiam de gestis Machabaeorum* in folio prodiit, et foliis 83. absoluitur. Licet tempus et annus impressionis non memoretur, constat tamen ex fine praefationis, quod prodierit haec editio prima ex chalcographia *Badii Ascensii Parisiis* anno 1510. Vberius recensetur haec editio a *Frideric. Gotthilff. Freytagio* in *Apparatu litterario Tom.* I. *pag.* 712. quo in loco etiam varia, quae de *Hegesippo* notari merentur, refert. Praeter hanc editionem quoque alia editio scriptorum *Hegesippi* ex eadem officina *Ascensiana Parisiis* anno 1524. prodiit in lucem publicam, cuius tempus impressionis in fine libri ad annum 1524. refertur, quam editionem satis accurate recensuit *Iacobus Wilhelmus Blaufuſius* in vermischten Beyträgen zur Kenntniß merkwürdiger Bücher *Part.* II. *pag.* 241. 243.

Hecataeus Abderita, cuius scriptorum de rebus sacris et antiquitatibus sacris veterum Ebraeorum eclogae et fragmenta graece et latine coniunctim edidit *Petrus Zornius*, s. t. *Hecataei Abderitae* Eclogae sive Fragmenta integri olim libri de Historia et antiquitatibus sacris veterum Hebraeorum cum notis *Iosephi Scaligeri* et commentario *Pet. Zornii* perpetuo. Altonauiae 1790. 8. qui liber recensetur ab Auctoribus *Collectionis nouantiquorum theologicorum* ad annum 1731. *pag.* 406. *sequ.* a *Colero Bibliothec. theolog. select. Tom.* IV. *pag.* 1018. et *Lilienthalio Bibliothec. theologic. Part.* XI. *pag.* 107. Multas ad hunc librum adnotationes idem *Zornius* suae *Historiae fisci Iudaici*, quae edita est Altonauiae 1734. 8. inseruit.

R. *Iudae Arieh.* Vid. *Wolf. Tom.* I. *pag.* 415. et quae in *supplementis suis ad h. l.* adnotaui.

Ad XII.) *Historici de rebus Iudaicis recentiores.*

Pag. 1074. et IV. 504. *Basnagius.)* Plura de hoc opere in medium adduxerunt *Lilienthalius Bibliothec. theologic. Part.* XI. *pag.* 109. et *Io. Albert. Fabricius Bibliograph. antiquar. pag.* 11. *not.* 14. *edit. nouissimae.*

Pag. 1075. *Bertrami, Bonauent. Cornel. liber de Politia Iudaica Leidae* 1641.) cum doctissimis adnotationibus *Constantini Lempereurii.* Editionem hanc b. *Gottlieb. Stollius* pro libro ab eo, quem *Wolfius* hoc in loco recensuit, plane diuerso reputat, in *Historia literaturae theologicae pag.* 187. qua in re autem errauisse eundem obseruat *Lilienthalius Bibliothec. theologic. Part.* XI. *pag.* 133. Egregie de hoc opere sentit *Reimannus* apud eundem *Lilienthalium.*

Capellus Ludouic.) Scripsit idem vir doctissimus quoque *Τεισάγιον sive Templi Hierosolymitani triplicem descriptionem,* quae recusa legitur in *Criticis sacris Anglicanis Tom.* VII. *pag.* 2973. *sequ. edit. Francofurtens.* Plura de hoc tractatu memorat *Fabricius Historia Bibliothecae Fabricianae. Part.* I. *pag.* 292.

Cunaei Petr. Opus *de republica Hebraeorum*) prodiit quoque *Amstelodami* 1666. 16*mo.* et insertum quoque est *Criticis sacris Anglicanis Tom.* VI. *pag.* 812. *edit. Francof.* Editio *Io. Nicolai* vehementer laudatur a b. *Reimanno* in *Catalog. Bibliothec. theolog. pag.* 932. et recensetur quoque a *Lilienthalio Bibliothec. theologic. Part.* XI. *pag.* 23. *sequ.* De *Belgica versione Goerei*, quam *Wolfius* memorat, conferendi sunt Auctores *Collectionis nouantiquorum theologicorum* ad annum 1705. *pag.* 470. et *Io. Christoph. Mylius* in *Bibliotheca Anonymorum et Pseudonymorum. Part.* I. *pag.* 1317. Caeterum plura de hoc opere in medium adduxit memoratu digna *Fabricius* in *Historia Bibliothec. Fabricianae Tom.* I. *pag.* 285.

Pag. 1077. *Kirchmairi differt.*) Recusa iterum legitur in *Iulii Caroli Schlaegeri Fasciculo disputationum variorum de antiquitatibus sacris et profanis.* Helmstad. 1742. 4. quod obseruant Auctores *Collectionis nouantiquorum theologic.* ad annum 1742. *pag.* 499.

Kermanni) Scriptum eius a *Wolfio* memoratum prodiit quoque *Marpurgi* 1622. quam editionem memorat *Fabricius* in *Historia Bibliothecae Fabricianae. Part.* V. *pag.* 112. et adiicit sequentia: *Multa in eo affirmantur, quae aliis videntur duriora atque acerbiora.*

Ibid. et *pag.* 1078. *Leidekkeri* opus uberius recensetur ab Auctoribus *Bibliothecae nouae Tom.* IX. *pag.* 174. *Actorum eruditorum Lipsiens. latinor.* de anno 1705. *pag.* 97. et *Tom.* V. *Supplementor. pag.* 244. et *Lilienthalio Bibliothec. theolog. Part.* XI. *pag.* 14. *sequ.*

Pag.

der Französischen Uebersetzung nach dem Spanischen Original verbessert, in die deutsche Sprache übersetzt cum praefatione *D. Io. Georg. Walchii.* An plures Partes prodierint, me ignorare fateor.

D. *Gustav. Georg. Zeltneri* Adolescentia reipublicae Israelitarum, seu de Iudicum temporibus hisque proximis. Noriberg. 1696. 8. Recensuit scriptum hoc *Lilienthalius Bibliothec. theolog. Part.* XI. *pag.* 98.

Praeterea Historia nationis Iudaicae habito simul respectu ad alias gentes et regna plenius enarratur ab Auctoribus Historiae uniuersalis a doctissimis Anglicis historicis conscriptae, et postea sub auspiciis *D. Baumgarteuii* et *D. Io. Salom. Semleri* in linguam germanicam translatae *Part.* I. II. et XXVIII. Vid. Lübeckische Nachrichten von Theologischen Büchern und Schriften. *Tom.* I. *Part.* VI. *pag.* 506. *sequ.*

Ad monumenta Iudaicae gentis, ex quibus Historia gentis Iudaicae tam generalis, quam specialis quarundam eius familiarum pertinent numi Hebraeorum, de quibus varios scriptores infra ad *pag.* 1098. in medium adferam. Neque minus huc spectant epitaphia Iudaica et inscriptiones varii generis. De prioribus nihil adferam, cum iam de ilsdem doctissime commentatus fuerit *Wolfius Tomo* IV. *Bibliothecae hebraicae pag.* 1167. *sequ.* Ad posteriores quod spectat, saltem unum adferam librum, qui eiusmodi marmor quoddam Iudaicum egregie illustrat. Inscriptus est iste hoc titulo: *Memoire sur un marbre des Iuifs, qu'on voit a Beziers par Monf. Mathol,* qui liber *Parisiis* 1770. in lucem publicam prodiit, ex quo apparet fuisse hoc marmor monumentum vindictae divinae olim a Iudaeis repetitae. Memoratur hic liber in *novis Ienensibus literariis* ad annum 1771. Scid. 33. *pag.* 279. *sequ.* Memoratu dignum quoque est fragmentum *Martyrologii Iudaici perantiqui*, quod germanice translatum *Io. Christian. Wibelius Collectioni nouantiquorum theologicorum* ad annum 1540. *Part.* I. *pag.* 10. 18. inseruit. Vt alia taceamus huius gentis monumenta.

Neque minor est opera literatissimorum virorum, quam in hoc vel illo monumento historiae Iudaeorum speciatim uberius illustrando impenderunt. Quo partim ii spectant, qui historiam eorundem in hac vel illa orbis terrarum parte habitantium narratione prosecuti sunt, partim qui singularia quaedam eorum fata atque poenas a Deo ipsis immissas scriptis suis diligenter et accurate exposuerunt. Sic de fatis Iudaicae gentis potissimum in *Anglia* peculiarem librum conscripsit *Dblossiers Toway*, qui inscribitur: *Anglia Iudaica: or the History and Antiquities of the Iews in England, collected from all our historians, both printed and manuscript, as also from the records in the tower and other publick repositories. Oxford.* 1738. 4. quem librum uberius recensuit b. *Baumgartenius in* Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* VII. *Part.* 38. *pag.* 164. 170. Fata Iudaeorum in *Franconiae* regionibus narrarunt tum *Georgius Matth. Schnitzerus* in doctissima commentatione *de Iudaeis in terris Byruthinis* versantibus, quae inserta

serta legitur b. *Riedereri* Nützlichen und angenehmen Abhandlungen aus der Kirchen-Bücher- und gelehrten Geschichte *Part.* III. *num.* 19. *pag.* 301. *seq.* tum *Andreas Würffelius* in den historischen Nachrichten von der Juden-Gemeine, welche ehedem in der Reichsstadt Nürnberg angerichtet gewesen ist. Noribergae 1755. 4. de quo libello plura memorantur a b. *Krafftio Bibliothec. theologic. Tom.* X. *Part.* 99. *pag.* 854. *sequ.* ut alios silentio praeteream. Videantur quoque ea, quae infra ad pag. 1107. annotabo.

His denique adiungo selectum indicem alphabeticum librorum et scriptorum minoris formae, qui ad specialissimam Iudaeorum historiam pertinent, in quibus tum de magistratibus tum de singularibus fatis eorundem diligenter exposuerunt tum denique de civili eorum statu et an in republica christiana sint tolerandi necne commentati sunt, simulque ea, quae de ipsis in monumentis sacris et profanis scriptorum veterum memorantur, doctissime illustrarunt. Spectant huc, ut ex immenso eorum numero saltem quaedam adferam, sequentia: *Eric. Benzelii* dissertationes de forma reipublicae Iudaicae. Londini Scanorum 1731. et de Synedrio magno Ebraeorum, Ibid. 1734. quae insertae leguntur eiusdem *Syntagmati dissertationum Tom.* II. *pag.* 65. 80. 181. 205. *Anton. Paul. Ludouic. Carstens* Comment. de Monumentorum Iudaicorum ex scriptoribus exteris antiquis tum graecis tum latinis collectione. Hannouerae 1747. 4. *Christoph. Cellarii* dissert. de Captivitate Babylonica. Halae Magdeburg. 1703. *Christian. Wilhelm. Dohmius* über die bürgerliche Verbesserung der Juden. Berolini et Stettini 1781. 8. quem librum doctissime recensuit Perill. *Michaelis Bibliothec. oriental. et exeget. Part.* XIX. *pag.* 1. 40. Prodiit quoque iste liber gallice s. t. *de la Reforme politique des Iuifs traduit de l' Allemand, Dessauiae* 1782. *Io. Frieder. Eckhardi* programmata duo de Vespasiano a Iudaeis pro Messia habito veri Messiae teste. Isenaci 1759. *Gottleberi*, Rectoris scholae Misenensis, Specimina duo animadversionum historicarum et philologico-criticarum ad *Philonis* Legationem ad Caium. Misenae 1772. quorum argumentum strictim recensuit b. *Ernestius Bibliothec. theologic. nouissim. Tom.* III. *Part.* IV. *pag.* 382. 384. *Georg. Sigismund. Greenii* dissert. de Vite in templo Hierosolymitano a Romanis reperta ad *Taciti* Histor. Lib. V. cap. 5. §. 10. et *Flor.* lib. III. cap. V. §. 30. Lips. 1737. *Georg. Ludouic. Hambergeri* dissertationes duae de rebus Herodis Magni. Witteberg. 1675. *Io. Iacob. Haakii* dissert. de excidio Iudaeorum ac Hierosolymae sub Aelio Hadriano principe. Ienae 1687. *Christ. August. Heumanni* dissert. de Chresto Suetonii. Ienae 1709. *Io. Frid. Hirtii* exerc. *de templo aliquo tertio Hierosolymitano per Flavii Iosephi testimonium haud probato.* Witteb. 1781. et *de numero quadraginta sex annorum in aedificationem templi Hierosolymitani insumtorum ad templum Herodianum referendo*, quae typis descriptae exhibentur in eiusdem Viri *Opusculis nouissimis argumenti historici, exegetici atque theologici num.* I. *pag.* 1. 24. III. *pag.* 45. 66. *Adrian. Houtyn* Monarchia Hebraeorum, quae est de Imperio Monarchico in populum

pulum Hebraeum probatio ab Abrahamo ad diſperſam gentem. Lugd. Batav. 1685. 16mo. *Conrad. Ikenii* comment. de iure vitae et necis tempore mortis Seruatoris apud Iudaeos non amplius ſuperſtite, quae inſerta legitur eius *diſſertationibus ſacris Tom.* II. *num.* 13. *pag.* 517. cuius ſummam exhibuit S. V. *Froriepius in Bibliotheca literaturae theolog. Tom.* I. *Part.* V. *pag.* 559. *ſequ. Io. Rudolph. Kterſingii* diſſert. de Iudaeo exorri veritatis contra ſemetipſum teſte ad Deuteronom. XXVIII, 64. 65. Lipſ. 1748. *Georg. Caſpar. Kirchmaieri* diſſert. de Obſidione Hieroſolymitana ex libro V. Hiſtoriarum Taciti. Witteberg. 1679. *Io. Tobiae Krebſii* Decreta Romanorum pro Iudaeis ex Ioſepho collecta et commentario hiſtorico-grammatico-critico illuſtrata. Lipſiae 1768. 8. de quo libro doctiſſimo plura memorat b. *Erneſti in Bibliothec. theolog. nov. Pars. III. Part.* II. *pag.* 153. 169. *Io. Caroli Krebſii* Programm. de expeditione Alexandri M. Hieroſolymitana. Lipſ. 1743. *Moſis Mendelſohnii* Jeruſalem oder über religiöſe Macht und Judenthum, Berolini 1783. 8. quem libellum copioſe et doctiſſime recenſuit S. V. *Doederlinus* noſter in *Bibliothec. theologic. nouiſſim ſelecta. Tom.* II. *Part.* 12. *Chriſtiani Noldii* Hiſtoria Idumaea ſeu de vita et geſtis Herodum Diatribe. Franequer. 1660. 12. *Guilielm. Chriſtian. Oettelii* Programm. de Iudaeis impulſore Chriſto aſſidue tumultuantibus ad *Sueton.* Claud. cap. XXV. Salfeld. 1779. *Conrad. Rieſch.* diſſert. de Poteſtate Synedrii magni tempore Chriſti imminuta. Ien. 1686. *Io. Georg. Rothii* diſſert. de Molocholatria Iudaeorum. Witteberg. 1659. *Erneſt. Auguſt. Schulzii* Comment. de fictis Hieroſolymorum privilegiis, quae exſtat in eiusdem *Exercitationibus philologicis* Hagae-Comitum 1774. impreſſis, *num.* 3. *Chriſtian. Guil. Franciſc. Walchii* diſſert. de Deo Ebraeorum montano. Ienae 1746. Eiusd. diſſert. de Felice Iudaeae Procuratore. Ien. 1747. *Wolfg. Chriſtoph. Wemeri* diſſ. de republica Hebraeorum. Witteb. 1657. *Guſtav. Georg. Zeltneri* diſſert. de Alexandra Iudaeorum regina tamquam ſpecimine ſapientis ex hac gente foeminae ad illuſtrationem hiſtoriae factionum Iudaicarum. Altorf. 1711. *Petri Zornii* Hiſtoria Iudaici. Altonauiae et Flensburgi 1734. 8. Eiusd. diſſert. de Baptiſmo Iudaeorum per arenam eiusque cauſis, quae legitur in *Miſcellaneis Groninganis Tom.* III. *Faſcic.* I. *pag.* 12. 24.

Ad (*a*) *Scriptores de Antiquitatibus hebraicis Hebraei et Ex-Iudaei.*

Pag. 1081. IV. 506. *Leo Mutinenſis.* Plura de hoc ſcripto memorant *Fabricius Bibliograph. antiquar. pag. m.* 17. *edit. noviſſimae.* et Auctores *Actorum erudit. Lipſienſ.* ann. 1683. *pag.* 136. Vid. quoque haec ſupplementa mea ſupra ad *Tom.* I. *pag.* 415.

Pag. 1082. *Gerſon. Chriſt.* Vid. ſupplementa mea ad *Tom.* I. *pag.* 1008. *num.* 1896. 1.

Ibid. et IV. *pag.* 506. *Kirchneri* Jüdiſches *Ceremoniel.* Plura de hoc libro in medium adduxerunt Autores *Collectionis nou-antiquorum theologicorum* ad annum 1716. *pag.* 535. et *Lilienthalius Bibliothec. theolog. Part.* XI. *pag.* 73.

Scriptoribus Iudaeorum et Ex-Iudaeorum de ritibus gentis suae antiquis sacris et civilibus addantur scripta sequentia:

Ioh. Frid. Gutherzii et *Christ. Gottlieb. Hamburgensis*, Iudaeorum conversorum Beschreibung der Jüdischen Ceremonien und der Gebräuche der heutigen Juden, daß sie dabey Gottes Gebot hindansetzen und die Aufsätze ihrer Väter höher achten, quem librum recensuit b. *Krafftius Bibliothec. theolog. Tom.* X. *Part.* XCIX. *pag.* 856. *sequ.*

Adam. Rudolph. Georg. Christoph. Matthaei Beschreibung des Jüdischen Sabbaths nach ihrer Lehre und Gebräuchen, qui libellus cum praefatione D. *Io. Iac. Pfitzeri* prodiit Nor... 1751. 4. Beschreibung des Jüdischen Neujahrsfestes nach ihrer Lehre und den dabey gewöhnlichen Gebräuchen, aus den Talmudischen und Rabbinischen Schriften vorgestellet. Norimbergae. 1755. 4. quem librum copiose recensent *Kraftius Bibliothec. theologic. Tom.* XII. *Part.* III. *pag.* 77. *sequ.* et *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* VIII. *Part.* 47. *pag.* 466. *sequ.* Idem autor edidit: Beschreibung des Jüdischen Purimfestes. Ibid. 1758. 4.

Riti et Costumi degli Ebrei confutati del D. Paolo Medici conuersi Iudei. Florent. 1736. et Venet. 1741. 8. de quo libro plura tradiderunt Auctores *Collectionis nouantiquorum theologic.* ad annum 1737. *pag.* 351. *sequ.* et *Kraftius* in Nachrichten von theologischen Büchern und Schriften. *Tom.* I. *Part.* III. *pag.* 298.

Gottfrid. Seeligii, Iudaei conuersi, hodie Lectoris linguae hebr. publici Lipsiensis, scriptum periodicum, inscriptum, der Jude, cuius *Partes* VIII. Lipsiae 1768. 1771. prodierunt in forma octava. Altera vice prodierunt huius operis duae priores partes Lipsiae 1781. 8.

Wallichii, Christian. Mayerische *Synagoga* zu Greifswalde, worinnen der Jüdischen Gebete sammt ihrem Geräthe zu finden sind, aus den Rabbinen vorgestellet. Gryphiswaldiae 1711. 12. Plura de hoc libro memorant Autores *collectionis nouantiquorum theologicorum* ad A. C. 1711. *pag.* 669. *sequ.* *Lilienthalius Bibliothec. theolog. Part.* XI. *pag.* 135. et ... noster infra *pag.* 1087.

Ad XIV. *Scriptores Christiani de Antiquitatibus Hebraeorum.*

Pag. 1083. et IV. 507. *Arndii.* Plura de hoc libro refert memoratu digna *Fabricius Bibliograph. antiquar. pag.* 13. *edit. nouissimae.*

Pag. 1084. IV. 507. *Buxtorfii Synagoga Iudaica*) Quartam libri huius ad pernoscendos priscos Iudaeorum gentis ritus utilissimi editionem in lucem publicam edidit nepos *Io. Buxtorfii* senioris, *Io. Iacob. Buxtorfius* Basileae 1680. 8. Varia quoque ad idem opus supplementa et emendationes collegit et inseruit *Io. Buxtorfius* suis Catalectis philologico-theologicis *pag.* 86. *sequ.* Licet autem plurimi literatissimorum virorum de hoc libro egregie omnino senserint, quorum iudicia

legi

legi possunt in *Lilienthalii Bibliothec. theolog. Part.* XI. *pag.* 102. *sequ.* accusatur tamen a *Gabriele Groddekio* in *Tractatu de ceremonia palmarum in festo tabernaculorum apud Iudaeos solemni*, qui Lipsiae 1694. prodiit, *Part.* I. *pag.* 16. in eo plagii literarii Buxtorfius, quod permulta ex *Leonis Mutinensis* libello, quem ille de ceremoniis hodie inter Iudaeos receptis conscripsit, surripuerit, quae deinceps in Synagoga sua Iudaica pro suis venditaverit. Neque minoris ponderis est accusatio *Io. Christoph. Wichmannshausenii* in *dissert. de aspergillo Hebraeorum.* (Witteb. 1719.) *pag.* 31. librum hunc multa continere similliter. Salomonis annotatis. Obseruauit haec, eamque ob causam Buxtorfium numero plagiariorum literariorum accensendum esse iudicauit *Christianus Ludouicus Schlichterus* in *Symbolis literariis Bremensibus Tom.* I. *Part.* I. *pag.* 63.

Conringii, Herm. Dissertationes variae) Imprimis huc spectant eius Paradoxa de nummis Hebraeorum, cui accesserunt Exercitatio de Republica Ebraeorum et de initio anni Sabbathici et tempore messis Ebraeorum Commentarius. Helmstad. 1675. 4.

Pag. 1085. IV. 508. *Dassouii*) Ad dissertationes eius Iudaeorum ritus antiquos concernentes quod attinet, eaedem Wittebergae anno 1736. a *M. Spierio*, praefecto tunc temporis Bibliothecae academicae Wittebergensis coniunctim editae sunt, uti memoratur in den Hamburgischen gelehrten Berichten ad annum 1736. *Scid.* 9. *pag.* 84. *sequ.* Singulorum autem ineditorum eius tractatuum, quos manu sua descriptos Academiae Wittebergensi testamento donauit *Dassouius*, exhibetur index ibidem *Scid.* 61. *pag.* 565. *sequ.* et a *Fabricio* in *Bibliographia antiquaria pag.* 14. Dissertationes eius de imaginibus rerum hebraearum a *Wolfio* hic memoratae, iterum recusae sunt 1714. et insertae quoque leguntur *Miscellaneis Groninganis Tom.* IV. *fasc.* III. *num.* 2. *pag.* 403. 454.

Praeterea eiusdem Dassouii prodiit Compendium Antiquitatum hebraicarum sub titulo: Antiquitates hebraicae, quibus plurima utriusque foederis loca difficiliora illustrantur, una cum *Io. Albert. Fabricii* Indice scriptorum de Antiquitatibus hebraicis. Hafniae 1742. 8. qui liber recensetur ab auctoribus der Nachrichten von theolog. Büchern *Tom.* I. *Part.* 7. *pag.* 664. *sequ.* et *Lilienthalio Bibliothec. theolog. Part.* XI. *pag.* 94. *sequ.*

Fleury, Claud.) Varia in hoc libro partim laudantur partim vituperantur a *Reimanno* in *Catalogo Bibliothecae theolog. pag.* 854. Recentissimo tempore quoque prodierunt Gallice supplementa huius libri s. t. *Essays historiques et critiques sur les Iuifs anciens et modernes, ou Supplement aux moeurs des Israelites de l' Abbé Fleury. Lugduni* 1771. 12.

Goodwin. Vid. quoque *Tom.* IV. *pag.* 508. *sequ.* Librum hunc quoque edidit *Io. Henric. Hottingerus* Francof. 1716. 8. in qua editione plus quam *Reizius* praestitit, quod constat ex *Hottingeri* praefationis verbis a *Lilienthalio Part.* XI. *pag.* 93. *sequ.* adductis. Vid. quoque *Ernest. Frid. Neubaueri* Nachricht

von deutſchen Evangeliſchen Theologen *Part.* II. *pag.* 632. Copioſiſſimum in hunc librum commentarium conſcripſit et edidit b. *Io. Gottlob Carpzovius*, cuius infra mentionem faciam. Plura de hoc *Geoduini* ſcripto in medium adduxit *Fabricius Bibliograph. antiquar. pag.* 15.

Pag. 1087. IV. 511. *Lundii* Jüdiſche Heiligthümer) Prima vice prodiit hoc opus *Stauici* tribus Tomis in forma octava, quae editio autem valde imperfecta fuit. Poſtea prodiit *Hamburgi* 1701. 1704. 1711. 1722. fol. quas editiones deinde excepit b. *Wolfii* noſtri editio, quae prodiit *Hamburgi* 1738. fol. cui ipſe permultas easque doctiſſimas adnotationes adiecit. Recenſetur haec ipſa editio uberius a *Lilienthalio loc. citato pag.* 11. 14. et *Fabricio loc. cit. pag.* 12. *edit. nouiſſimae.*

Mayer. Vide quae ſupra a me notata ſunt ad *pag.* 1082.

Pag. 1087. *Mel. Conrad.* Prodiit liber eius de Tabernaculo Iudaico quoque Francofurti et Lipſiae 1720. 4. cum iconibus aeri incisis. Idem praeterea edidit librum inſcriptum: Salems Tempel, oder Beſchreibung des Tempels Salomons. Ibidem 1718. 1724. Plura de his libris memorat *Lilienthalius Bibliothec. theolog. Part.* XI. *pag.* 36. *ſequ.* Huc etiam ſpectat eius Antiquarius ſacer. Francof ad Moen. 1719. 4. quem recenſent Auctores *Actorum eruditorum Lipſienſium germanicorum Part.* LXVIII. *pag.* 533. *ſequ.*

Pag. 1088. *Montanus Tom.* IX. *Critic. Anglicanor.*) in editione Francofurtenſi eorundem *Tom.* VI. *pag.* 523. *ſequ.* Caeterum perrara eſt editio a *Wolfio* memorata teſte *Melchior. Ludou. Wedekindo* im Verzeichniß von raren Büchern. *Part.* II. *pag.* 186. Plura de hoc libro in medium adduxit *Fabricius* in *Hiſtoria Bibliothecae Fabricianae. Tom.* I. *pag.* 285.

Oſtermannus in ſcripto ſuo a *Wolfio* citato varia de cultu aſinino et ſupplicüis capitalibus Iudaeorum in medium adduxit.

Pfeifferi Antiquitates hebraicae ſelectae. Vid. *Lilienthal. Bibliothec. theolog. Part.* XI. *pag.* 135.

Pag. 1089. *Reimanni Introductio* uberius recenſetur ab Auctoribus *Actorum eruditorum Lipſienſium germanicorum Part.* L. *pag.* 1161 *ſequ.*

Ibid. et *Tom.* IV. 412. *Reland.*) Noviſſimae editiones huius Antiquitatum hebraicarum compendii ſunt, quas adiectis obſeruationibus *Io. Eberhardus Rauius* Herbornae 1743. 8. et b. *Georg. Io. Ludou. Vogelius* Halae Magdeburgicae 1769. 8. ediderunt, in qua poſteriori quoque obſeruationes *Rauii* et *Blaſii Vgolini* ad hunc librum additae ſunt. Plura de his editionibus memorant Auctores *collectionis nouantiquorum theologicorum* ad annum 1743. Append. *pag.* 990. et b. *Erneſtus Bibliothec. theolog. nov. Tom.* X. *Part.* IV. *pag.* 363. *ſequ.* Praelectiones etiam b. *Io. Simonis* in hunc librum editae ſunt opera et ſtudio *Samuel. Murſinnae* Halae 1769. 8. quae cum laude recenſentur in Lübeckiſchen theologiſchen Nachrichten. *Tom.* III. *Part.* V. *pag.* 438. 453. Plura de hoc libro

Relan-

Relandi memorant *Gottlib. Stollius* in Nachrichten von den Büchern ſeiner Bibliothek. *Tom.* I. *pag.* 362. *ſequ.* et *Lilienthalius Bibliothec. theolog. Part.* XI. *pag.* 96. *ſequ.*

Pag. 1090. IV. 513. *ſequ. Spenceri* opus doctiſſimum praeter editiones a Wolfio memoratas prodiit etiam Cantabrigiae 1685. 4. de qua editione plura, ſicut de universo libri huius argumento perhibuit *Fabricius* in *Hiſtoria Bibliothecae ſuae. Tom.* I. *pag.* 452. *ſequ.*

Vitringae, Campeg. Quodammodo etiam huc ſpectant eius Libri III. de Synagoga vetere. Franekerae 1696. Leucopetrae 1726. 4. quae uberius recenſentur ab Auctoribus *Actorum eruditorum Lipſienſium latinorum* ad annum 1696. *pag.* 661. *ſequ. Lilienthalio Bibliothec. theolog. Part.* XI. *pag.* 45. et *Fabricio* in *Hiſtoria Bibliothecae Fabricianae Tom.* V. *pag.* 355. *ſequ.* Vid. quoque *Wolf.* noſter *Tom.* IV. *pag.* 446.

Pag. 1091. et IV. 514. Scriptoribus chriſtianis de Antiquitatibus hebraicae gentis ſequentia eruditorum monumenta addantur, in quibus tamen recenſendis, ne lectores mei nimis obruantur, ſelectus inſtituendus erit. Recenſebo hic tantum opera et libros memoratu digniores a *Wolfio* praetermiſſos, omiſſis ſcriptis minoribus, obſeruato ſimul hic, ut alibi, ordine alphabetico. Huc ſpectant: *Iacobi Baſnagii Antiquitez Iudaiques ou Remarques critiques ſur la Republique des Hebreux.* Vol. I. et II. Amſtelod. 1713. 8. *Iohannis Chriſtoph. Georgii Eodenſchazii* Kirchliche Verfaſſung der heutigen Juden in Deutſchland, qui liber prodiit partibus quatuor Erlangae 1748. 4. maiori, et recenſetur ab Auctoribus *Collectionis novantiquorum theologicorum* ad annum 1751. *pag.* 821. *ſequ. Io. Braunii* Commentarius de Veſtitu ſacerdotum Hebraeorum. Amſtelod. 1698. 4. Iudicia eruditorum virorum de hoc praeſtantiſſimo opere collegit et adduxit *Lilienthalius Bibliothec. theolog. Part.* XI. *pag.* 49. *ſequ. Antonii Bynaei* Libri II. de calceis veterum Hebraeorum. Dordraci 1682. 12. 1695. 4. quem librum vehementer laudavit *Lilienthalius loc. cit. Part.* XI. *pag.* 135. *Io. Gottlob. Carpzouii* Apparatus philologico-criticus Antiquitatum ſacri codicis et gentis hebraeae uberrimis annotationibus in *Thom. Goodwini* Moſen et Aaronem inſtructus. Francof. et Lipſ. 1748. 4. Vid. ſupplementa haec infra ad *Tom.* IV. *pag.* 509. *E. S. Cremeri* Poecile Antiquitatum ſacrarum ſub variis ſpeculationibus et contemplationibus exhibita. Amſtelod. 1740. 4. *Io. Andr. Danzii* plures diſſertationes, in quibus vaſta Noui foederis effata ex Talmudiſtarum et Rabbinorum ſcriptis ut et ipſis antiquitatum ſacrarum fontibus copioſiſſime illuſtrantur. Inſertae ſunt eaedem partim *Menthenii* Theſauro diſſertationum philologico-exegeticarum partim *Meuſchenii* operi mox iudicando. Huc imprimis ſpectat eiusdem diſſertatio doctiſſima de re Ebraeorum militari. Ienae 1690. ut alias ſilentio hic omittam. *Io. Erneſt. Fabri* Archäologie der Hebräer. Halae 1773. 8. mai. vid. ſupra notata ad *pag.* 1080. *Io. Friſchmuthii* diſſertationes quamplurimae,

quae in *Mentheniano* Thesauro denuo recusae leguntur. *Martin. Geieri* Tractatus de Luctu Hebraeorum, qui etiam exstat in eiusdem Opusculis philologicis Francof. ad Moenum 1691. 8. editis. *Anton. Iulii von der Hardt* Programma de praecipuis in antiquitate Iudaica momentis, et ordine disciplinarum eo pertinentium. Helmstad. 1744. *Io. Henr. Hottingeri* Iuris Hebraeorum leges CCLXIII iuxta νομοθεσίας Mosaicae ordinem atque seriem depromptae, et ad Iudaeorum mentem ductu *Rabbi Leui Barzelonitae* indicatis cuiuslibet praecepti materia, subiecto, fine, accidentibus cet. Tiguri 1655. 4. de quo *Reimmanus* sequentem in modum iudicat, esse opus, in quo non multum sit acuminis, sed diligentiae satis et utilitatis tantum, quantum in Theologia Rabbinorum catechetica exspectari potest. Vid. *Catalog. bibliothec. theolog. pag.* 883. Eiusd. Cippi hebraici. Heidelbergae 1659. 1662. 8. quam posteriorem editionem recensuit praeter alios b. *Iacob. Wilhelm. Blaufuſius* in Beyträgen zur Kenntniß merkwürdiger Bücher. *Part.* 1. *pag.* 250. 251. Vid. quoque *Lilienthal. pag.* 114. *sequ.* et *Wolf.* noster *Tom.* IV. *Bibliothec. hebr. pag.* 1169. *seqq. Io. Conrad. Hottingeri* Commentarius philologicus de Decimis Hebraeorum decem exercitationibus absolutus, una cum *Hadrian. Relandi* epistola ad editorem. Lugd. Batauor. 1713. 4. quem librum plenius recensent Auctores *Actorum eruditorum germanic. Lipsiensium Tom.* II. *Part.* XX. *pag.* 670. 680. et *Musei librorum novorum. Tom.* III. *Part.* XXV. *pag.* 5. 11. *Conrad. Ikenii* Commentt. I. et II. de institutis et ceremoniis legis Mosaicae ante Mosen, quae extant in eius *dissertationibus sacris Tom.* II. nunc. et 2. *pag.* 1. 94. *Io. Rudolph. Kuslingii* richtige Verbindung der Jüdischen Alterthümer mit der Auslegung des Briefs Pauli an die Hebräer, qui liber duabus partibus Erlangae et Lipsiae 1765. 4. prodiit. *Io. Heinric. Maii* Tractatus de Iure anni septimi secundum disciplinam Hebraeorum, qui appendicis loco est adiectus eiusdem latinae interpretationi Tractatus Maimonidis de anno Iubilaeo. Francof. 1708. 4. Varia in eodem Tractatu reprehensa fuerunt a b. *Paulo Theodoro Carpouio in Animaduersionibus philologico-critico-sacris pag.* 14. 19. *Io. Meyeri* Tract. de Temporibus et festis diebus Hebraeorum. 1695. 8. deinde longe auctius prodiit Amstelodami 1724. 4. cui editioni etiam adiectae sunt *Io. Meyeri* Annotationes doctissimae ad *Spenceri* librum de legibus Hebraeorum ritualibus, quae editio cum laude recensetur a *Lilienthalio Bibliothec. theologic. Part.* XI. *pag.* 55. *sequ.* Praeterea prodiit Opus posthumum eiusdem Autoris s. t. Antiquitates sacrae in quatuor partes distributae, editae ab *Henric. Bernhard. Reutero.* Dauentriae 1733. 8. *Io. Casimir. Miegii* Constitutiones serui Hebraei ex Scriptura et Rabbinorum commentis collectae, nec non cum caeterarum gentium consuetudinibus hinc inde collatae. Herbornae 1735. 8. quod scriptum recensetur in Hamburgischen gelehrten Berichten, ad annum 1736. *Scid.* 21. *pag.* 181. *sequ. Io. Gerhard. Meuschenii* Novum Testamentum ex Talmude et Antiquitatibus Hebraeorum illustratum. Lipsi. 1736. 4. Vide quae supra de hoc libro obser-

obſeruani ad *pag.* 988. *Chriſtian. Benedict. Michaelis* diſſ. I. et II. de antiquitatibus oeconomiae patriarchalis. Hal. 1728. 1729. *Io. David. Michaelis* Antiquitates hebraicae, cuius libri autem tantum quaedam plagulae p. prodierunt. *Io. Henric. Daniel. Moldenhaueri* Einleitung in die Alterthümer der Aegyptier, Juden, Griechen und Römer. Regiomonti 1754. 8. quem librum recenſuit b. *Kraftius Bibliothec. theologic. Tom.* XI. *Part.* CVIII. *pag.* 686. *ſequ. Io. Nicolai* Libri IV. de Sepulchris Hebraeorum. Lugd. Batau. 1706. 4. et alii minoris formae tractatus antiquarii. *Hermann. Chriſtian. Paulſenii* Nachrichten vom Ackerbau der Morgenländer. Helmſtadii 1748. 4. *Eiusd.* Regierung der Morgenländer, cuius libri *Pars* I. prodiit Altonauiae et Flensburgi 1755. 4. *Auguſt. Frid. Pfeifferi* Tract. germanicus de re muſica veterum Hebraeorum. Erlangae 1779. 4. *Io. Leonhard. Reckenbergeri* Sacri Iudaeorum ritus antiqui, ſecundum res geſtas et dogmata illorum, ad codicis utriusque foederis illuſtrationem deſcripti. Ien. 1740. 8. cuius libri recenſionem exhibuit *Lilienthalius* in *Bibliothec. theologic. Part.* XI. *pag.* 99. *Ioſephi Scaligeri* et *Sixtini Amamae* Tractatus de Decimis, qui inſerti legantur *Criticis ſacris Anglicanis Tom.* I. *pag.* 1322. 1329. Vberius quoque recenſentur a *Fabricio* in *Hiſtoria Bibliothecae Fabricianae. Tom.* I. *pag.* 279. *Wilhelm. Schickardi* Ius regium Hebraeorum, cum adnotationibus *Io. Benedict. Carpzouii.* Lipſiae 1674. 1701. 4. quam editionem vehementer laudat b. *Reimannus* in *Catalogo Bibliothec. theologic. pag.* 885. et copioſe recenſet *Fabricius* in *Hiſtoria Bibliothecae Fabricianae. Part.* VI. *pag.* 48. *Chriſtian. Ludouic. Schlichteri* Tractatus varii, ut: de Lychnucho aureo eiusque myſterio, cum tabula aenea et Indicibus. Halae 1740. 4. de panibus facierum eorumque myſterio. Halae 1737. 4. de menſa facierum eiusque myſterio. 1738. et de ſuffitu ſacro Hebraeorum eiusque myſterio 1754. 4. *Nicolai Wilhelm. Schroederi* Commentarius philologico-criticus de veſtitu mulierum Ebraearum ad Eſa. III, 16. 24. quo vocabulorum abſtruſiſſimorum tenebras ad facem dialectorum diſcutere conatus eſt, cum praefatione *Alberti. Schultens.* Lugd. Batau. 1745. 4. *Iohannis Seldeni* plurima ſcripta, ex quibus prae caeteris hic adferri merentur eius Libri VII. de Iure naturae et gentium ſecundum diſciplinam Hebraeorum. Francof. et Lipſiae 1695. 4. quem librum copioſe recenſuit *Fabricius* in *Hiſtoria Bibliothecae ſuae. Part.* IV. *pag.* 129. *ſequ.* Alia egregia iudicia *Reimanni* et *Stolpii* de hoc opere adduxit in medium *Lilienthalius Bibliothec. theologic. Part.* XI. *pag.* 28. *ſequ.* Vxor hebraica eiusdem *Seldeni.* Londini 1646. 4. et Francofurti ad Oderam 1695. 4. Eiusdem Tractat. de ſucceſſionibus in bona defunctorum ad leges Hebraeorum, et de Succeſſione in Pontificatum Hebraeorum. Londini 1646. Francofurt. 1696. 4. Eiusd. Tract. de Synedriis et praefecturis iuridicis veterum Ebraeorum. Londin. 1650. Amſtelod. 1679. Lipſiae 1695. 4. Eiusdem Tract. de anno civili et calendario veteris eccleſiae et reipublicae Iudaicae. Londini 1644. 4. quae ſcripta data opera recenſentur a *Fabricio* in *Hiſtoria Bibliothecae ſuae. Part.*

III.

III. *pag.* 490. IV. 129. 130. *Reimanno* in *Catalogo bibliothecae theolog. pag.* 873. 895. 897. *Lilienthalio Bibliothec. theologic. Part.* XI. *pag.* 28. 33. et *Baumgartenio* in Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothek. *Tom.* V. *Part.* XXVIII. *pag.* 298. 300. *Chriſtian. Guilielm. Thalemanni* Tract. de Nube ſuper arca foederis commento Iudaico. Lipſ. 1771. cuius libelli doctiſſimam recenſionem exhibuit b. *Erneſtius Bibliothec. theologic. nouiſſim. Tom.* I. *Part.* V. *pag.* 465. 472. *Io. Chriſt. Wagenſeilii* Sota ſeu liber de uxore adulterii ſuſpecta. Altorfi 1674. 4. de quo conferendus eſt *Fabricius* in *Hiſtoria Bibliothecae Fabricianae Part.* V. *pag.* 346. *ſeq.* Vid. quoque ſupplementa haec ſupra ad *pag.* 710. *Andreae Georg. Waehneri* Antiquitates Ebraeorum de Iſraeliticae gentis origine, fatis, rebus ſacris, civilibus et domeſticis, moribus, ritibus et conſuetudinibus antiquioribus et recentioribus. Goetting. 1743. 8. quem librum recenſent Auctores *collectionis nouantiquorum theologicorum* ad annum 1743. *pag.* 613. *Henric. Ehrenfrid. Warnekros* Entwurf der hebräiſchen Alterthümer. *Vinariae* 1782. 8. *Io. Henric Zopfii* Introductio in Antiquitates ſacras veterum Ebraeorum. Halae 1734. 8. *Petri Zornii* Hiſtoria fiſci Iudaici ſub Imperio veterum Romanorum. Altonauiae 1734. 8.

Alium egregium fontem, ex quo notitia rei antiquae et rituum gentis Iudaeorum hauriri poteſt, ſuppeditant legum Iudaicarum et Moſaicarum monumenta. Illuſtrarunt eadem egregie Perill. *Io. David. Michaelis* in notiſſimo ſuo *Iure Moſaico* et recentiſſimo tempore cel. *Moſes Mendelſohnius* in opuſculo elegantiſſimo inſcripto: Ritualgeſetze der Juden, betreffend Erbſchaften, Vormundſchaftsſachen, Teſtamente und Eheſachen, in ſo weit ſie das Mein und Dein angehen. Berolini 1778. 8. min. formae.

Neque ſilentio hic praetereunda eſt collectio copioſiſſima omnium fere praeſtantiſſimorum ſcriptorum, quae tum ad notitiam antiquorum gentis Iudaicae rituum tum ad illuſtrationem pandectarum Talmudis et Rabbinorum faciunt, quam recentiſſimo tempore dedit doctiſſimus Italus *Blaſius Vgolinus* in opere ſplendidiſſimo, quod inſcribitur: Theſaurus Antiquitatum ſacrarum complectens ſelectiſſima clariſſimorum virorum opuſcula, in quibus veterum Hebraeorum mores, leges, inſtituta, ritus ſacri et civiles illuſtrantur, quod opus XXXIV. Voluminibus in folio maiori prodiit Venetiis 1744. et annis ſequentibus, cuius ultima Pars prodiit anno 1769. Priusquam Auctor editionem operis huius aggrederetur, fere omnia Philologorum ſcripta, quae ad materiam ſuam quodammodo pertinere poterant, undiquaque conquiſiuit, ex quorum numero immenſo Auctori imprimis quingenta ſcripta repetita impreſſione digna videbantur, quibus etiam ſuas doctiſſimas adnotationes adiecit. Argumentum et complexum ſcriptorum, quae in XIV. prioribus Tomis occurrunt, exhibuit *Baumgarten.* in Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothek. *Tom.* IV. *Part.* XII. *pag.* 511. 527. et in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* III. *Part.* XXIII. *pag.* 408. 414.

Licet

Licet autem negari plane non possit, Autorem incredibilem diligentiam huic operi impendisse, ipsum quoque in propriis annotationibus doctissimis antiquis Iudaeorum ritibus egregiam accendisse lucem, docti viri tamen iampridem conquesti sunt de eo, quod in hoc voluminoso opere varia scripta denuo recusa legantur, quibus parum pretii tribuendum est, alia imprimis rariora omissa fuerint, quo ipso hoc opus ad tantam magnitudinem creuit, ut vix in privatam bibliothecam coëmi possit, sed tantum in bibliothecis publicis lateat. Alia in eodem opere reprehendit b. *Christianus Schoettgenius*, quae vero lubens hic praetereo, cum iam ad ea satis et abunde se defenderit *Vgolinus* in epist. ad *Christian. Benedict. Michael.* Vid. *Baumgartenius* in Nachrichten von einer Hallischen Bibliothek. *Tom.* III. *Part.* XVI. *pag.* 375. 376. Excerpta quoque Thesauri huius *Vgoliniani* edere coeperunt S. V. *Io. Salomo Semlerus* et *Io. Simonis* Halae 1755. quibus memorati viri literatissimas annotationes adiecerunt. Vid. *Baumgartenii* Nachrichten von einer Hallischen Bibliothek *Tom.* IX. *Part.* XLIX. *pag.* 86. *f.*

Plures scriptores de Antiquitatibus Hebraeorum adduxit *Fabricius* in *Bibliographia antiquaria pag.* 11. *sequ. editionis novissimae.* De fontibus Antiquitatum hebraicarum earumque notitia *Wolfius* noster commentatus est hoc in Tomo *pag.* 969. et 1095. ad quae loca conferas supplementa mea.

Ad XV. *Observationes miscellaneae de Iudaeis.*

Pag. 1092. Pluribus de hoc fluvio *Sambathion* dicto commentatus est *Frideric. Albertus Augusti*, Iudaeus conversus in scripto, quod inscribitur: Geheimnisse der Jüden von dem Wunderfluß *Sambathion*, wie auch von dem rothen Jüden. Erfordiae 1748. 8. quod recensetur in M. *Beckeri* Theologischen Büchersaal. *Tom.* I. *Part.* II. *pag.* 180. *sequ.*

Pag. 1094. *Dudulaeus* — fere circa medium, ad verba: *Noribergae sine notato anno*) et loco editionis, quae plagulas tantum quatuor comprehendit.

Pag. 1095. *Schulz.*) Prima vice haec a *Wolfio* edita dissertatio prodiit Regiomonti 1689. et plagulas tres continet.

Pag. 1097. *Erhardi* dissert.) quae edita est Ienae 1717.

Ad finem prioris fragmenti huius paginae. De eo, *an fides in antiquis Iudaeorum ritibus habenda sit Talmudistis et Rabbinorum commentis*, supra iam quaedam observavi ad p. 969. quibus hic quaedam addenda sunt. Omnino media via hic incedendum erit cum *Wolfio*, praesertim cum Iudaeorum scriptores in descriptione templi sui et rituum gentis suae varie ratione impegerint, id quod praeter scriptores a *Wolfio* hoc in loco et in his supplementis supra ad *p.* 969. nominatos clarissime demonstrarunt *Sebaldus Ravius* in dissertat. de eo, quod fidei merentur monumenta Iudaeorum in antiquitatibus sacris et sensu earundem mystico. Traiecti ad Rhenum 1751. quae postea a *Io. Oelrichs Collectioni* suae *opusculorum historico-philologico-theologicorum Tom.* I. *num.* 6. *inserta est. Ernest. August. Schulzii* dissert. de variis Iudaeorum erroribus in descriptione templi sui. Francof. ad Oderam 1758. cuius argumen-

tum ſtrictim enarratur in vollſtändigen Nachrichten von kleinen akademiſchen Schriften ad annum 1758. *Part.* VIII. *pag.* 764. *ſequ.* et a Perill. *Michael. Bibliothec. oriental. et exegetic. Part.* X. *pag.* 104. 107. quo etiam ſpectant ea, quae *Io. Friſchmuthius* in diſſert. de Via Sabbathi. *Cap.* I. §. 18. obſeruauit. Interim tamen negari plane non poteſt, quod ſcripta Iudaeorum eiusmodi in rebus, quae antiquos Iudaicae gentis ritus concernunt, Chriſtianis magno uſui eſſe poſſint, ſi modo adhibita cautione neceſſaria iisdem uti velint. Imprimis, ut unum ſaltem exemplum adferam, liber Iudaeorum antiquiſſimus *Sohar* dictus permulta continet, ex quibus ritibus Iudaeorum antiquis haud exigua lux adfundi poterit, id quod egregie oſtendit b. *Chriſtian. Schoettgenius* in Programmate, quod Specimen Antiquitatum hebraicarum ex libro Sohar collectarum exhibet, Dresdae 1751. cuius argumentum legitur in vollſtändigen Nachrichten von kleinen akademiſchen Schriften ad annum 1751. *Part.* VIII. *pag.* 730. *ſequ.* Caeterum pluribus de hoc argumento conferenda erit *Hermanni* von der Hardt diſſert. de fructu, quem ex librorum Iudaicorum lectione percipiunt Chriſtiani. Ienae 1683. Speciatim quoque de fide *Ioſephi* et *Philonis* in deſcriptione rituum ſuae gentis ipſis tribuenda diſputatum fuit. Imprimis de eo, an fides hic habenda ſit *Ioſepho*, dubitauit *Chriſtian. Schoettgenius* tum in tractatu germanico de Ieſu vero Meſſia *pag.* 68. tum in Horis hebraicis et Talmudicis. *Tom.* II. *pag.* 39. Obſeruatum eſt iam ſupra in his Analectis ad *Tomum* I. *pag.* 547. quod ad *Ioſephum* attinet, eundem partim multa, quae res Iudaicas ſpectant ſicco pede praeterriſſe, partim in multis falſa atque erronea tradidiſſe. Caeterum ſpectant huc ſcripta duo, in quibus hoc argumentum egregie tractatur: *Erhard. Andr. Frommanni* Programma de Philonis et Ioſephi conſenſu cum Talmude de agno paſchali. Coburgi 1764. quod inſertum legitur eius *Opuſculis philologici, theologici et hiſtorici argumenti Tom.* I. *num.* 1. *Chriſtian. Guilielmi Thalemanni* Tractatus de Philonis et Ioſephi auctoritate in hiſtoria rituum ſacrorum, qui appendicis loco adiectus eſt eiusdem libro de nube ſuper arca foederis commento Iudaico. Vid. b. *Erneſtii Bibliothec. theologic. nouiſſim. Tom.* I. *Part.* V. *pag.* 446. 472.

Pag. eadem ad verba: *Subleſtam Gentilium Scriptorum in hiſtoria Iudaica enarranda fidem cet.*) Vid. quoque *Tom.* IV. *pag.* 515. *ſequ.* Narrationibus gentilium Scriptorum de rebus Iudaicis exiguam ſaltem fidem eſſe tribuendam, praeter alios oſtendit *Io. Reiſkius* in diſſert. de falſis et fabuloſis narrationibus gentilium ſcriptorum de rebus Iudaicis. 1691. quam poſtea iterum recuſam *Illuſtr. Carolus Schlaegerus* Faſciculo ſuo diſſertationum rariorum de antiquitatibus ſacris et profanis, qui Helmſtadii 1742. prodiit, inſeruit. Vid. *Collect. nouantiquorum theologic.* ad annum 1742. *pag.* 499. Quo etiam ſpectat *Anton. Paul. Ludouic. Carſtens* Comment. de monumentorum Iudaicorum ex ſcriptoribus exteris antiquis tum graecis tum latinis collectione. Hannouerae 1747. 4. Hinc omnino mirandum eſt, quod nonnulli eruditorum virorum eo uſque proceſſerint, ut in ipſis ſcriptorum

ptorum profanorum Graecorum pariter ac Romanorum rerum et rituum antiquissimae Iudaeorum gentis vestigia reperiri posse sibi persuaderent, qua in re imprimis quoad Iudaeorum res gestas grauissime errauit *Gerhard. Croesius* in *Homero hebraizante*. Quod autem ad ritus Iudaeorum priscos attinet, in hoc argumento pertractando praeter alios doctissime versati sunt *Christian. Wormius* in Tractatu de corruptis Antiquitatum hebraearum apud *Tacitum* et *Martialem* vestigiis. Hafniae 1693. 4. et nostris temporibus *Ernestus August. Schulzius* in Commentatione de hebraearum Antiquitatum vestigiis in Horatii eclogis, quae numero prima est in eiusdem *Exercitationibus philologicis*, quae Hagae Comitum 1774. 8. prodierunt, de qua conferas b. *Ernestii Bibliothec. theologic. recentiss. Tom.* IV. *Part.* II. *pag.* 139. 142.

Pag. 1098. De *nummis Hebraeorum*, *mensuris et ponderibus* eorundem, hic addantur scriptores sequentes: *Hermanni Conringii* Paradoxa de numis Hebraeorum, quibus accesserunt eiusdem de Republica Ebraeorum, de initio anni Sabbathici et tempore messis Ebraeorum Commentationes. Helmstadii 1675. 4. *Richardi Cumberlandi* scriptum Anglicum editum sub titulo: *An Essay towards the Recovery of the Iewish Measures and Weights, comprehending their Monies.* — *Londini* 1686. 8. quod tentamen in se continet, mensuras, monetas et pondera, quae penes Iudaeos in usu fuerunt, iusta eorundem comparatione et dimensione cum iis, quae in Angliae regno obtinent, illustrandi, de quo nonnulla memorat b. *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* III. *Part.* XVI. *pag.* 353. *sequ.* *Philippi Labbei* Bibliotheca nummaria in duas partes distributa, in qua agitur de numismatibus Hebraeis, graecis et Romanis eorumque monetis, ponderibus et mensuris, quae non solum eius *Bibliothecae Bibliothecarum* Lipsiae 1682. editae, sed etiam *Teissierii Catalogo auctorum* edicta est. *Io. Sauberti* Paradoxa de nummis Ebraeorum. Helmstad. 1675. 4. de quo scripto nonnulla memorat *Io. Fabricius* in *Historia Bibliothecae Fabricianae Part.* VI. *pag.* 24. *Io. Andr. Schmidii* dissert. de re monetali Ebraeorum sive vera sive ficta sive ad res eorundem respiciente. Helmstad. 1699. *Caspar. Waseri* Tractatus de antiquis numis Hebraeorum, Chaldaeorum et Syrorum. Tiguri 1605. qui insertus quoque legitur *Criticis sacris Anglicanis Tom.* VI. *pag.* 925. *sequ. edit. Francof.* de quo libro valde sinistre iudicavit *Scaliger*, perhibens, eundem nil nisi iam ab aliis dictum continere, quod memorat *Christian. Gotthold. Wilischius* in dissert. de Νεωδίοις veterum. Lipsiae 1717. *pag.* 16. in notis adiectis, unde idem *Waserus* quoque a *Christian. Ludovic. Schlichtero* in *Symbolis literariis Bremensibus. Tom.* I. *Part.* II. *pag.* 114. plagii literarii non iniuste accusari videtur. Edidit idem *Waserus* praeterea librum de antiquis Hebraeorum mensuris, qui simili ratione insertus est *Criticis sacris Anglicanis. Tom.* VI. *pag.* 1033. *sequ.*

Pag. 1099. lin. 12. ad verba *Wolfii: Iisdem, quod mireris cet.*) De ipſo *Ioſephi* celeberrimo Iudaeorum hiſtorico affirmarunt *Huetius* de ſitu Paradiſi terreſtris, et ex eo *Iohannes Buxtorfius* in *Catalectis philologico-theologicis pag.* 122. *num.* 110. eundem aut nullam aut ſaltem exiguam hebraicae linguae notitiam habuiſſe. Adhaeſit etiam Iudaeis fere omni tempore faſtidium circa *Oratoriam, ſtudia Graecorum* et ipſas *graecas literas*, quod nonnumquam in odium aduerſus iſtas literaturae ſpecies degenerare ſolebat. Huius faſtidii circa graecas literas in ipſis literis deprehenduntur veſtigia. Hinc cum Iudaei Paulum audirent hebraice verba facientem, mitiori in eundem erant animo, eiusque orationi maximam attentionem adhibebant. *Act. apoſt.* XXII, 1. 2. Extat quoque in *Talmude* lex, quae Iudaeis graecarum literarum ſtudia anathemate interpoſito interdicit. Sic in *tractatu miſchnico Sota cap.* 9. *num.* 14. dicitur, *orto bello Titi cautum eſſe, ne quis filium ſuum in Graecanicis erudiret.* Pluribus in hoc argumento pertractando doctiſſime verſati ſunt *b. Erneſtius* in Programmate de Iudaeorum odio aduerſus literas Graecorum. Lipſiae 1758. cuius potiora capita leguntur in vollſtändigen Nachrichten von kleinen akademiſchen Schriften ad annum 1758. *Part.* V. *pag.* 426. 433. et *b. Chriſtian. Guilielm. Thalemannus* in diſſertat. de eruditione Pauli apoſtoli Iudaica non Graeca. Lipſiae 1769. praecipue §. XII.

Pag. 1100. lin. 8. ad verba: *Iudaei in magno olim apud cet.*) Hinc orta ſunt varia conuicia, quibus Gentiles famam Iudaeorum atro carbone notare ſolebant, quorum etiam *Wolfius* noſter hoc in loco mentionem fecit. De iisdem prae caeteris egregie commentatus eſt *Emo Lucius Vrimoetius* in oratione ſua de conuiciis Gentilium et Chriſtianorum quorundam in Iudaeos, quae appendicis loco *libro primo obſeruationum* eius *miſcellanearum* Leouardiae 1740. 4. prodiit, ſubiuncta eſt. Imprimis illis exprobant ὀνολατρείαν ſeu *cultum aſininum*, quod quidem ipſe *Ioſephus* de *Apione* gentem ſuam calumniante refert in *libris contra Apionem Lib.* II. *pag.* 1067. *edit. Ittigianae.* Plura de hoc ipſo conuicii genere in medium attulerunt *Theodorus Haſaeus* in Diatribe de Ὀνολατρεία ſive calumnia cultus aſinini a Gentilibus olim Iudaeis et Chriſtianis impacta, cui acceſſit *Io. Baptiſtae Otti* epiſtola de eodem argumento ad *Haſaeum.* Erfurti et Lipſiae 1716. 4. et *Albert. Georg. Walchius* in Programmate de cultu aſinino priſcis quondam Iudaeis temere afficto. Schleuſingae 1769.

Ibid. lin. 15. ad verba: *Neque tamen — — praeclarius — de iis ſenſerint et iudicarint.*) Egregia teſtimonia hac de re perhibent decreta et conſtitutiones ab Imperatoribus Romanis et populo Romano in gratiam Iudaeorum ſancitae, quarum duae potiſſimum collectiones extant. Harum alteram prodire fecit in lucem publicam *Iacobus Gronovius*, qui, cum decreta *Romana* et *Aſiatica* pro Iudaeis in plerisque editionibus *Ioſephi* libro XIV. Archaeologiae omiſſa eſſent, eadem ex codice manu exarato Ioſephi, qui quondam ad bibliothecam *Iſaaci Voſſii* pertinebat, excerpſit, eadem Ioſepho vindicavit, et coniunctim adiectis nonnullis *Suidae* emen-

emendationibus edidit Lugduni Batauorum 1712. 8. quod memoratur in *Muſeo librorum nouorum Tom.* II. *Part.* XIV. *pag.* 144. *Part.* XXIV. *pag.* 856. Alteram recentiori tempore cum annotationibus doctiſſimis edidit eorundem collectionem *Io. Tobias Krebſius* ſub titulo: Decreta Romanorum pro Iudaeis facta, ex Ioſepho collecta, et commentario hiſtorico-grammatico-critico illuſtrata, quibus adiunctum eſt decretum Athenienſium pro Hyrcano pontifice maximo Iudaeorum. Lipſiae 1768. 8. qui liber doctiſſimus recenſetur a b. *Erneſtio Bibliothec. theologic. nou. Tom.* IV. *Part.* II. *pag.* 153. 169. et ab Auctoribus der Lübeckiſchen theologiſchen Nachrichten. *Tom.* III. *Part.* VII. *pag.* 585. 594.

Pag. 1102. lin. 9. Iudaeos exules variis turbis et motibus praecipue tempore Iuliani Imperatoris Romani, licet fruſtraneo auſu ſeſe in priſtinum libertatis et felicitatis ſtatum reſtituere conatos eſſe, ex monumentis hiſtoriae eccleſiaſticae ſatis conſtat. Interim hic conferri merentur praeter alios *Io. Georg. Lotterus* in diſſertat. de tentata ſub Iuliano templi Hieroſolymitani inſtauratione eiusque hiſtoria a dubiis *Iacob. Baſnagii* modeſte vindicata. Lipſiae 1728. *Nicolai Nonnenii* diſſert. de tentata hactenus fruſtra a Iudaeis ſtatus cultusque ſui reſtitutione. Bremae 1743. et *Io. Georg. Michaelis* in diſſert. de Templi Hieroſolymitani Iuliani Imperatoris mandato fruſtra tentata reſtauratione. Halae 1751. Vid. die vollſtändigen Nachrichten von kleinen akadem. Schriften ad annum 1749. *Part.* XI. *pag.* 965. *ſequ.* 1751. *Part.* XII. *pag.* 1078. *ſequ.*

Pag. 1103. IV. 517. *ſequ.* De odio immani, quo Iudaei in Chriſtianos feruntur, praeter ſcriptores a *Wolfio* adlatos conferenda eſt *Georgii Guilielmi Ouerkampfii* diſſert. de Iudaeis primariis Chriſtiani nominis hoſtibus. Ienae 1736. Speciatim huius odii Iudaeorum contra coetum Chriſtianorum iam a primordiis eiusdem demonſtrati exempla ſuppeditarunt clariſſima b. *Io. Georg. Walchius* in *Hiſtoria eccleſiaſtica Novi Teſtamenti ad Saecul.* I. *Cap.* IV. *Sect.* II. §. III. *pag.* 532. *ſequ.* et b. *Io. Laurent. Moshemius Commentar. de rebus Chriſtianorum ante Conſtantinum M.* [illegible]96. *ſequ.* Ex quo fonte etiam deriuandum eſt, quod illi ipſi Iudaei non tam [illegible] Chriſtianos coram ethnicis magiſtratibus variorum criminum iniuſte accuſauerint et falſi eorundem delatores fuerint, cuius rei memorandum exemplum profert in medium *Euſebius Hiſtor. eccleſiaſt. Lib.* III. *cap.* 32. *pag.* 103. *ſequ.* ſed etiam in prioribus praecipue ſaeculis poſt Chriſtum natum varias easque grauiſſimas perſecutiones contra Chriſti aſſeclas excitauerint ac pluribus modis rempublicam Chriſtianorum ſacram vexauerint, quod poſterius praeter alios uberius comprobauit b. *Io. Georg. Walchius* [illegible] *eccleſiaſtic. Novi Teſtamenti pag.* 534. 895. 1178. 1239. *ſequ.*

Ibidem IV. 518. Ad *convicia, quae Iudaei contra Chriſtianos temere effundere ſolent*, quod attinet, farraginem plurimarum phraſium et locutionum ambiguarum, ſub quibus Iudaei execrationes ſuas contra Chriſtianos tegere et occultare

consueverunt, congessit *Io. Christian. Wibelius* in *Collectione nouantiquorum theologicorum* ad annum 1740. *Part.* II. *pag.* 171. *seq.*

Pag. 1105. lin. 3. a fine paginae et IV. 521. Plures scriptores de usuris, quas a Christianis iniuste exigunt Iudaei, adduxit *Fabricius* in *Bibliographia antiquaria pag.* 805. *sequ. edit. nouissimae.*

Pag. 1106. lin. 11. et IV. 521. *Iudaei Magiae dediti)* Huc imprimis spectant *Georgii Caroli Petri* dissertationes sex de studio magico Iudaeorum. Witteberg. 1727. 1728. 1733. editae. Vid. *Wolfius Bibliothec. hebr. Tom.* IV. *pag.* 736. Ad eiusmodi magiam et superstitionem eorundem praeter alia quoque referendum est, quod Iudaei sibi persuadeant, per schedulam incendia extingui posse, de qua superstitiosa sententia pluribus egit *A. C. Zellerus* in Commentat. de schedula incendiaria sacra Iudaeorum. Stuttgardiae 1724. quae recensetur in *Collectione nouantiquorum theologic.* ad annum 1727. *pag.* 323.

Pag. 1107. Ad loca, in quibus hodie Iudaei habitant, iam supra scriptores quosdam de Iudaeis in *Anglia*, *terris Byruthinis* et *Norimbergae* commorantibus memoravi, ubi scriptores de rebus gestis Iudaeorum exposui, quibus hoc in loco nonnulla de aliis regionibus adiungam. De Iudaeis in *regno Sinensi* commorantibus varia memoratu digna obseruavit *Gabriel Brotierius* in *notis ad Taciti* suam *editionem.* Paris. 1771. quorum excerpta dedit Perill. *Michaelis* in *Bibliothec. oriental. et exeget. Part.* V. *num.* 71. *pag.* 70. 83. Vid. quoque ibidem *Part.* IX. *num.* 141. *pag.* 40. 43. Huc quoque referas, quae celeb. *Büschingius* in *Magazin für Historie und Geogr. Part.* XIV. *pag.* 123. 152. et celeb. *P. I. Brunsius Repertorio literat. oriental. Part.* IX. *pag.* 269. *sequ.* de Iudaeis Codschinensibus in medium adduxerunt. De receptione *Iudaeorum Lusitanorum* in civitatem *Hamburgensem* sub certis conditionibus iisdem concessa pluribus egit *Christianus Ziegra* in Sammlungen von Urkunden zur Hamburgischen Kirchenhistorie der neueren Zeiten. *Part.* I. *num.* 3. *pag.* 49. *seq.* ubi quoque varia, quae a b. *Schudtio* proferuntur, supplentur atque emendantur. *De iuribus specialibus Iudaeorum, quae iisdem in terris Hassiacis et Darmstadiensibus concessa sunt,* conferendi sunt *Io. Henric. Wiederholdus* in dissert. quae exhibet Iuris privati Hassiae superioris specimen de Iudaeis. Marburgi 1769. et *Christiani Hartmanni Samuelis Gatzerti* Tractatus iuris germanici de Iudaeorum in Hassia praecipue Darmstadina iuribus atque obligationibus tum in genere, tum speciatim parochialibus. Giessae 1771. qui valde commendatur in *Bibliotheca Berolinensi universali Tom.* XVI. *Part.* I. *pag.* 113. 127. et in *Bibliothec. Lemgouiensi literaturae german. Part.* V. *pag.* 458. 460. Ca[illegible]is ipsis scriptoribus addantur alii nonnulli, qui in iuribus tam generalibus quam specialibus Iudaicae gentis accuratissime perlustrandis et investigandis laudandam operam colocarunt. Quo spectant praeter alios, *Io. Kitzelii* Tractatus de regali habendorum Iudaeorum, quatenus in Imperio Romano inter Christianos tolerari possint. Giessae 1661. *Georg. Theod. Dietrichii*

trichii ſcriptum de ſtatu Iudaeorum in republica Chriſtianorum. Marpurgi 1648. 1661. *Chriſtian. Wildvogelii* Dodecas legalis de Iudaeorum receptione et tolerantia. Ienae 1730. *Henric. Chriſtian. Senckenbergii* diſſert. de iure ac privilegio dotis illatorumque in concurſu creditorum in genere, et in ſpecie quoad mulieres Iudaeas. Giſſae 1729. *Caſpar. Ziegleri* diſſert. de ſingularibus iuribus circa Iudaeos, maxime in Germania. Lipſiae 1722. *Iacob. Auguſt. Franckenſteinii* diſſert. de ſingularibus iuribus circa Iudaeos, maxime in Germania. Lipſ. 1722. *Io. Tob. Richteri* diſſert. de Iure matrimonii Iudaeorum in Germania tum in ſe, tum ſi alter coniux ad ſacra Chriſtianorum tranſierit. Lipſ. 1751. *Adam. Henric. Lackmanni* diſſert. ad Nouellam CXLVI. de controuerſia nata ex ſacrarum literarum lectione in ſynagogis Iudaicis compoſitaque per Iuſtinianum Imperatorem. Kiloni 1752. *Hieron. Petri Schloſſeri* Diſſert. de Banno Iudaeorum, quo ſecundum leges S. R. I. liberae civitatis Francofurtenſis ad Moenum res amiſſae vel furto ablatae reſtituto pretio recuperantur, vulgo *vom Iuden-Schul-Bann* ad §. LXXXI. *der neuen Iuden-Staettigkeit.* Altorf. 1757. ut alia ſcripta taceamus. Forte uberius hoc argumentum pertractari poſſet, ſi *inſcriptiones ſepulchrales Iudaeorum* ſtudioſe perquirerentur, ex quibus plurima, quae ad notitiam familiarum Iudaicarum apprime faciunt hauriri poſſent. Spectant huc imprimis *Matth. Frider. Beckii Monumenta Iudaica Auguſtae Vindelicorum* reperta et enarrata. Ibid. 1686. 8. quem librum *Wolfius* noſter *Tomo* IV. *Bibliothecae* ſuae *pag.* 1169. *ſequ.* uberius recenſuit. Alias egregias ſymbolas ad ſpecialiſſimam *Iudaeorum* hiſtoriam in quibusdam regionibus congeſſit celeb. *Olaus Gerhardus Tychſenius* in *Horis ſubſeciuis Buetzouienſibus Part.* I. ubi praeter alia occurrunt decretum diei comitialis Iudaeorum, verſio germanica contractus matrimonialis eorundem, et edictum, quod in tribus ſynagogis Iudaeorum, Altonauienſi, Hamburgenſi et Wandsbeccenſi menſe Elul anni C. 1756. contra aſſeclas Meſſiae falſi Sabbatai Seui publicatum eſt. Vid. Lübeckiſche theologiſche Nachrichten *Tom.* II. *Part.* V. *pag.* 471. *ſequ.*

Pag. 1108. lin. 7. *Quidam Iudaei Chriſtianos peruertere cet.)* De ratione et methodo Iudaeorum proſelytos fidei ſuae faciendi pluribus commentati ſunt *Paulus Sleuogtius* in diſſert. de Proſelytis Iudaeorum. Ienae 1651. *Andreas Georg. Waehnerus* diſſ. de Proſelytis Ebraeorum. Goetting 1743. *Eric. Benzelii* diſſert. de Proſelytiſmo Rabbinorum loco moto. 1733. quae inſerta eſt eiusdem *Syntagmati diſſertationum Tom.* II. *pag.* 137. 156. et *Io. Andr. Mich. Nagelius* in diſſertatione de Proſelytis tractis. Altorf. 1751. cuius ſumma legitur in vollſtändigen Nachrichten von kleinen akademiſchen Schriften ad annum 1752. *Part.* III. *pag.* 245. *ſequ.* Vide quoque, quae ſupra adnotaui ad *paginam* 1058. et conferas ſimul *Caroli Henrici Mushardi* diſſert. de Apoſtaſia ad Iudaiſmum. Erfordiae 1738. cuius argumentum enarratur in Hamburgiſchen gelehrten Berichten ad annum 1738. *Scid.* 41. *pag.* 363. *ſequ.*

Pag.

Pag. 1109. IV. §22. *Nicol. Antonius*) Vitae curriculum huius Christiani ad Iudaeorum sacra transgressi paulo susius narratur in *Ernesti Ludouici Rathlefii* Theologen ad annum 1755. *pag.* 591. *sequ.* 639. *sequ.* 683. *sequ.*

Pag. 1110. *Wolfii* obseruationibus de Iudaeis adiungere libet alias per saturam collectas, quae forte cultoribus literaturae Iudaicae non ingratae erunt.

Multum disputatum est de *aurea Iudaeorum simia* ad locum illustrandum sacri codicis *Leuitic.* XXVI, 44. Spectant huc imprimis dissertationes *Io. Benedict. Carpzouii*, Lipsi. 1681. et *Ernest. Georg. Goelitii.* Rudolstadii 1707. qui posterior quoque de decem tribubus Israelis, quae vulgo *Iudaei rubicundi* nominantur, varia obseruauit.

Recentiori aetate agitata est controuersia inter Iudaeos et Christianos de *Tekupha* seu *Tekuphoth*, *guttulis sanguinis.* Huc spectant sequentia scripta tum Iudaeorum conuersorum, tum Christianorum: *Philippi Nicodemi Lebrechti.* Tractatus germanicus de Tekuphis. Lipsiae 1729. quem memorat *Wolfius Tom.* IV. *Bibliothec. hebr. pag.* 954. *num.* 1830. d. *Pauli Wilhelmi Hirschii Megalleth Tekuphoth*, Entdeckung der Tekuphoth, oder des schädlichen Bluts, welches über die Jüden viermal des Jahrs kommt, laut ihres eigenen Calenders. Berolini 1717. 8. de quo scripto conferas *Collectionem nouantiquorum theologicorum* ad annum 1718. *pag.* 494. et *Wolfii Bibliothec. hebr. Tom.* III. *pag.* 908. *num.* 1810. 1. His adiunge ex Christianis *Io. Iusti Sonneschmidii* praefationem de Tekuphoth confessioni fidei *Michaelis Pauli* Iudaei conuersi Wittebergae 1726. editae praefixam, et b. *Gustaui Georg. Zeltneri* genaue Untersuchung des Jüdischen Wahns von dem Tekupha Blut und noch seltsameren Vorgebens, daß daraus ein sonderbarer Beweiß für die christliche Religion zu nehmen sey. Francofurti et Lipsiae 1734. 8. quod scriptum uberius recensetur in *Collectione nouantiquorum theologicorum* ad annum 1736. *pag.* 200. *sequ.* ubi quoque varia contra obseruata Autoris monentur.

De *anno Iudaeorum ciuili* eiusque varia forma prostant quoque varii scriptores, quorum nonnullos hic memorabo. Spectant huc imprimis: *Io. Christian. Buckii* dissert. de anno Hebraeorum Iubilaeo. Witteberg. 1700. *Frider. Guilelm. Dresdii* dissert. de anno Iudaico ex antiquitate Iudaica illustrato. Lipsi. 1766. *Io. Gottfrid. Hauptmanni* Programmata duo de anno Ebraeorum. Gerae 1746. *Henric. Klausingii* dissertationes duae de forma anni Hebraeorum Patriarchali et Mosaico-prophetica. Witteberg. 1716. *Io. Henric. Maii* dissert. de auspiciis anni ciuilis Hebraeorum eiusdemque solennitatibus. Giessae 1707. *Nicolai Mulerii* Iudaeorum annus Lunae-solaris et Turc-Arabum annus mere lunaris, recens uterque e suis fontibus deductus et cum anno romano facili methodo connexus. Groningae 1630. fol. quem librum *Lengletus* in libro suo *Catalogue des principaux historiens pag.* 162. appellat *un liure necessaire pour faire un iuste paralléle des années, solaires des Iuifs et des Mahometans aues les années de l' Ere vulgaire.* Plu-

ra

Plura de eodem memorat *Baumgartenius* in Nachrichten von einer Hallischen Bibliothek. *Tom.* V. *Part.* XXVIII. *pag.* 300. *sequ.* *Io. Seldeni* Dissertatio de anno civili et calendario reipublicae Iudaicae, tum Talmudicorum tum Karaeorum ea de re disciplinam exhibens, adeoque et ipsam, quae tam apostolis aliisque Christianis primitivis, quam ipsi Christo fuit in usu. Londini 1644. 4. *Aegidii Strauchii* diss. de anno Ebraeorum ecclesiastico. Witteberg. 1661. *Eiusd.* dissert. de computo Talmudico-Rabbinico. 1661. *Eiusd.* dissert. de computo Iulio-Constantiniano. 1662. et alia scripta, quae memorantur a *Fabricio* Bibliograph. *antiquar. pag.* 426. *edit. nouissimae.* Idem quoque loco citato varios adducit scriptores de *Calendario veterum Hebraeorum*, ex quibus imprimis memorari meretur *Io. Andreae Michael. Nagelii* dissert. de Calendario veterum Ebraeorum. Altorf. 1746. cuius argumentum legitur in vollständigen Nachrichten von kleinen Schriften ad annum 1748. *Part.* III. *pag.* 243. *sequ.*

Iudaeos exules post excidium Hierosolymitanum in omnibus fere orbis terrarum partibus dispersos ipso suo, quo vexantur, exilio veritatem religionis christianae luculenta ratione demonstrare, doctissimi viri iamdudum clarissime ostenderunt, ex quibus imprimis nominari merentur *Dominicus de Colonia* in libro gallico inscripto, *La religion Chretienne autorisée par le temoignage des anciens auteurs payens. Tom.* I. *Cap.* VII. §. 3. 4. 5. *pag.* 235. *sequ.* *Anonymi* programma quod reliquiae populi Iudaici divinam Scripturae sacrae veritatem magnopere confirment, demonstrans. Hildburghusae 1717. *Io. Rudolph. Kieslingii* dissert. de Iudaeo extorri veritatis contra semetipsum teste ad locum *Deuteron.* XXVIII, 64. 65. Lipsiae 1748. *Nathanaelis Lardneri* Beweiß der Wahrheit der Christlichen Religion aus den heutigen Umständen des Jüdischen Volks. Halae 1754. 8. et b. *Parens* meus in Annotationibus ad *Grotii* Librum III. de Veritate religionis Christianae §. IX. *pag.* 358. *sequ.* Quibus addenda est b. *Erhard. Andr. Frommanni* Commentatio de Iudaeorum dispersione religioni Christianae adiumento, quae inserta est eiusdem *Opusculis philologici, theologici atque historici argumenti Tom.* II. *num.* 2. Vid. b. *Erneſtii Bibliothec. theologic. nouiſſim. Tom.* I. *Part.* IV. *pag.* 377.

Neque minoris ponderis sunt *testimonia pro veritate fidei christianae* et argumenta permulta in scriptis veterum Iudaeorum tam publicis quam privatis obvia, quae ad propugnandam puriorem fidem et refutanda ridicula Iudaeorum commenta maximam utilitatem exhibent. Largam eorundem collectionem suppeditavit *Nathanael Lardnerus* in libro Anglice scripto, qui inscribitur: *A large Collection of ancient Iewish and Heathen Testimonies to the Truth of the Christian Religion*, cuius libri quatuor Tomi *Londini* ab anno 1764. usque ad annum 1767. prodierunt, qui recensentur a b. *Erneſtio Bibliothec. theologic. nov. Tom.* VIII. *Part.* II. *pag.* 118. 133. *Tom.* IX. *Part.* VII. *pag.* 596. 611. Huc quoque spectat *Iacobi Serenii* scriptum Suecicum pro veritate religionis christianae ex testi-

moniis aliorum imprimis Flavii Ioſephi de Chriſto demonſtranda conſcriptum, quod Holmiae 1752. 4. prodiit Suecice et in linguam germanicam translatum eſt Goettingae 1758. 8. de quo libro plura memorat *Baumgarteniut in* Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* IV. *Part.* XIX. *pag.* 80. *ſequ.* Teſtimonia pro fide Chriſtiana in *Tractatu Talmudico Auoda Sara* obvia eſſe, conſtat ex doctiſſimis *Georgii Eliezeris Edzardi* obſeruationibus ad eundem, et varia huc ſpectantia ex iisdem obſervauit vir doctus in *Muſeo librorum novorum Tom.* I. *Part.* VI. *pag.* 472. *ſequ.* Huc etiam referri merentur teſtimonia ſingulorum quorundam Iudaeorum pro veritate fidei chriſtianae. Spectat huc praeter alia, quae praeterea, inſignis locus *R. Moſis Haddarſchan*, quo aſſeritur, Goelem, quem daturus ſit Deus Iſraelitis, patrem non eſſe habiturum, quod adduxit *Voiſinius* de Deo divina cap. 43. et *Eme Lucius Vriemoetius* in Specimine IV. Theſium ex omni Philologia ſacra et Orientali §. VI. Vid. *Miſcellanea Groningana Tom.* II. *Faſcic.* IV. *pag.* 620. *ſequ.* Neque hic omittendum eſt inſigne *Flavii Ioſephi* teſtimonium de Chriſto, de quo ſupra in his *Analectis* ad *Tom.* I. *pag.* 547. plura obſeruata ſunt, ubi ſcriptis de eodem adlatis addendus eſt *Wilhelmus Whiſtonus* in exercitatione prima ſuarum diſſertationum hiſtorico-criticarum, qua teſtimonium Flauii Ioſephi de Chriſto, Iohanne Baptiſta aliisque in hiſtoria euangelica occurrentibus perſonis vindicatur. Interim tamen circa uſum horum teſtimoniorum pro veritate religionis chriſtianae ſummam omnino cautionem eſſe adhibendam, optime praecepit *Iuſtus Martinus Gluefenerus* in peculiari Diſquiſitione de Teſtimoniis Iudaeorum pro veritate religionis chriſtianae caute allegandis, quae inſerta eſt *Parergis Goettingenſibus Tom.* I. *Lib.* III. *pag.* 204. 223.

Illis etiam ipſis, qui fata et viciſſitudines ſcientiarum atque liberalium artium penes Iudaeos ſcire cupiunt, ſequentes libri et ſcripta minora utilitatem haud exiguam praeſtabunt, quod ad *philoſophicas diſciplinas* attinet, in quibus partim ſyſtematice traduntur eiusmodi ſcientiae ex mente Iudaeorum, partim earundem hiſtoria, fata et viciſſitudines ex ſuis fontibus genuinis derivatae clariſſime ob oculos ponuntur. Ex numero eorum ſequentia imprimis notari merentur: *Io. Franciſc. Buddei* Introductio ad hiſtoriam Philoſophiae Ebraeorum. Halae 1702. 1720. 8. quem librum recenſent *Wolfius Bibliothec. hebr. Tom.* II. *pag.* 1237. *ſequ.* et *Lilienthalius Bibliothec. theologic. Part.* XI. *pag.* 120. 122. *Henrici Scharbau* diſſert. de fatis ſtudii moralis inter Ebraeos. Lipſ. 1712. *Io. Iulii Struvii* Rudimenta Logicae Ebraeorum ex Iudaeorum ſcriptis erute et exemplis copioſe illuſtrata. Ienae 1697. *Waltheri, F. A. Geſchichte der Weltweisheit der Hebraeer.* Goetting. 1750. ut alios omittamus.

His tandem, quae huc usque obſeruata ſunt de Iudaeis, *ſyllabum ſcriptorum de Theologia Iudaica* ſubiungam, de qua in uniuerſo opere *Wolfii* noſtri nulla plane facta eſt mentio. Hiſtoriam Theologiae Iudaicae imprimis enarrauit *Iacobus Fridericus Reimmanus* im Verſuch einer Einleitung in die Hiſtorie

der

der Jüdiſchen Theologie. Magdeburgi et Lipſiae 1717. qui liber cum laude recenſetur in *collectione nouantiquorum theologicorum* ad annum 1717. *pag.* 479. 481. Ad notitiam Theologiae Iudaicae et articulorum fidei, qui inter Iudaeos obtinent, ſpectant ſequentia ſcripta, quorum indicem ordine alphabetico diſpoſui, maiora et minora: *Iacobi Wilhelmi Blaufuſii* diſſertationes duae de transmigratione animarum ſecundum Iudaeorum explicationem. Ienae 1724. 1745. *Io. Eberhard. Busmanni* diſſ. de Scheol Hebraeorum Graecis et Latinis Inferno ſeu inferis. Helmſtad. 1682. *Io. Benedict. Carpzouii* Introductio in Theologiam Iudaicam praemiſſa editioni Pugionis fidei *Raymundi Martini* aduerſus Mauros et Iudaeos, quae cum notis *Ioſephi de Voiſin* prodiit Lipſiae 1687. fol. *Eiusd.* Exercitatio de articulis fidei Iudaicae, quae exſtat in eius diſputationibus academicis. *pag.* 466. *ſeq.* *Chriſtoph. Cellarii* diſſert. de fide et religione Iudaeorum recentium. Leucopetrae 1668. *Eiusd.* diſſ. de gemino, quem Iudaei praeſtolantur, Meſſia. Ibidem. *Iohannis Iacobi Crameri* Theologia Iſraelis de Goele eius officio et myſterio ex ſcriptis Iudaeorum. Partes II. Francof. et Lipſiae 1705. 4. *Theodori Daſſouii* Diatribe de Reſurrectione mortuorum ex Iudaeorum ſententia, quae praeter alias editiones etiam prodiit Wittebergae 1675. 4. *Ierem. Friderici* diſſert. de ſtudio Hebraeorum in tuenda religione patria. Lipſ. 1718. *Io. Friſchmuthi* diſſert. de quaeſtione, an Ebraei ſtatuant, idem ſimul eſſe et non eſſe ad *Deuteron.* XVII, 8. Ienae. 1658. Eiusd. diſſ. de Iudaeorum amentia, coecitate et ſtupore, qui tempus aduentus Meſſiae ex coniunctione Saturni et Iouis in ſidere piſcium iudicare praeſumunt. Ienae 1677. *Iuſt. Martin. Glaeſeneri* Comment. de gemino Iudaeorum Meſſia, quae prima vice prodiit Hildeſiae et Lipſiae 1707. ad quam poſtea Auctor ſupplementa quaedam adiecit, in quibus Rabbinorum commentarii copioſe citantur, ut hinc ad formam tractatus creſceret liber, ſub cuius forma quoque prodiit ibidem 1737. 4. Plura de hoc egregio opere perhibent Auctores der Hamburgiſchen gelehrten Berichte ad annum 1737. *Scid.* 84. *pag.* 683. et ad annum 1739. *Scid.* 77. *pag.* 664. *Eiusd.* diſſ. de Trinitate in ſcriptis Cabbaliſtarum et Rabbinorum non chriſtiana, ſed mere Platonica. Helmſtadii 1741. cuius argumentum recenſetur in Auszügen aus Diſputationen ad annum 1742. *Part.* VI. *pag.* 385. *ſeqq.* *Io. Henric. Haeneri* diſſert. I. et II. de vocis quam Hebraei vocant filia. Ienae 1673. *Chriſtian. Hechtii* Unterſuchung, inwieferne die Juden Gott ein Gebet zuſchreiben, quae inſerta legitur ſcripto periodico inſcripto Heſſiſches Hebopfer *Tom.* II. *pag.* 607. 623. *Hermanni* von der Hardt diſſert. de gemino Iudaeorum Meſſia. Ienae 1683. *Io. Henric. Hottingeri* Compendium Theologiae Iudaicae, quod appendicis loco Enneadi ſuae diſſertationum, quae Tiguri 1662. 4. prodiit, adiecit. *Anton. Hulſii* Theologiae Iudaicae ex verbo Dei confutatae Pars prima de Meſſia. Bredae 1653. 4. de quo opere dolendum, quod Auctor hoc opus non ad finem perduxerit, cum ex ſententia *Cretii* in praefatione ad *Heluici* Elenchos Iud. *pag.* 52. Autor hic

in hoc genere ſtudiorum fuerit ſecundus aut inferior. Vid. *Lilienthalii Bibliothec. theologic. Part.* XI. *pag.* 81. *Chriſtoph. Henric. Kirchneri* diſſert. exhibens Specimen Theologiae Iudaeorum naturalis. Ienae 1749. *Io. & Leni* Tractat. de moderna Theologia Iudaica. Herbornae 1694. 8. de quo libro conferantur *Acta eruditorum Lipſienſia latina* ad annum 1696. *pag.* 303. *ſequ.* et *Lilienthalius Bibliothec. theologic. Part.* XI. *pag.* 129. *Io. Iuſti Loſii* Tractatus de ſucceſſiua corruptione [illegible]orum ex potioribus articulis fidei oſtenſa. Wernigerodae. 1711. *Io. Henr. Maji* Synopſis Theologiae Iudaicae veteris et novae. Gieſſae, 1698. 1718. 4. *Iohannis Mulleri Iudaiſmus* oder ausführlicher Bericht von des Jüdiſchen Volks Unglauben, Blindheit und Verſtockung. Hamburgi 1644. 1707. 4. de quo libro plura memorat *Fabricius* in *Hiſtoria bibliothecae ſuae. Part.* IV. *pag.* 395. *ſequ.* et *Lilienthalius loc. citat. pag.* 78. *ſequ. Rudolph. Mart. Meelführeri* diſſertationes duae de Ieſu in Talmude. Altorf. 1699. *Eiusd.* Conſenſus veterum Hebraeorum cum eccleſia chriſtiana. Francof. 1701. *Io. Meyeri* Tract. de myſterio ſacroſanctae Trinitatis ex antiquis Rabbinis, eorumque monumentis illuſtrato. Harderouici 1712. *Chriſtian. Bened. Michaelis* diſſert. ex antiquitate Iudaica de nominibus Chriſti divinam eius naturam deſignantibus. Halae 1707. *Eiusd.* diſſert. de nominibus humanam Chriſti naturam deſignantibus. Ibid. 1714. *Eiusd.* diſſert. de Vſu Paraphraſium chaldaicarum inſigni in doctrina de perſona Chriſti, ſpeciatim de voce מימרא ſeu λόγος a Chaldaeis de Meſſia uſurpato. Ibid. 1721. Vid. *Wolf.* infra *pag.* 1185. *Ernest. Frideric. Neubaueri* diſſert. de Angelo mortis ex mente Hebraeorum et Muhammedanorum ad nonnulla loca Scripturae ſacrae illuſtranda et vindicanda. Halae 1732. *Eiusd.* diſſert. ex antiquitate Iudaica, qua Michaelem Meſſiam eſſe ipſis Iudaeorum teſtimoniis comprobatur. Gieſſae 1733. *Eiusd.* Emendatio et interpretatio vocum difficillimarum Meria ſis, quibus de Metatrone ſive Meſſia uſus eſt liber Rabbinicus *Berith Menucha*, quae conſtituit primam partem Bigae eius obſervationum philologico-criticarum, quae prodiit Gieſſae 1739. in forma diſputationis, et inſerta quoque eſt *Miſcellaneis Groninganis Tom.* IV. *Faſcic.* II. *pag.* 262. 275. Vid. Hamburgiſche gelehrte Berichte ad annum 1739. *Scid.* 61. *pag.* 533. *ſequ. Wolfgang. Henric. Frider. Pertſchii* Conſpectus Theologiae Iudaicae. Ien. 1720. 4. *Hadrian. Relandi* diſſert. de conſenſu Iudaiſmi et Muhammedaniſmi. Vltrajecti 1695. *Frid. Wilhelm. Sartorii* Comment. de Metempſychoſi Pythagorica a diſcipulis Chriſti et gente Iudaica ante excidium Hieroſolymitanum non recepta. Lubbenſe 1760. 4. cuius argumentum ſpecimen recenſent Auctores der vollſtändigen Nachrichten von akademiſchen Schriften ad annum 1761. *Part.* II. *pag.* 107 *ſeq. Io. Sauberti* diſſertationes duae an angeli ſint adorandi ex Iudaeorum mente. Helmſtad. 1661. quae etiam legunter in eius *Palaeſtra diſputationum philologicarum pag.* 31. *ſequ.* Eiusd. diſſert. de beatitudine et damnatione aeterna ex *Miſchnajoth* et Commentariis rabbinicis. Helmſtad. 1660. *Chriſtian. Schoettgenii* Horae

rae hebraicae et Talmudicae in Theologiam Iudaeorum de Messia. Dresdae et Lipsiae 1742. 4. *Eiusd.* Jesus der wahre Messias. Lipsiae 1748. 8. *Sabast. Schmidii* doctrina Iudaeorum de poenitentia. Argentor. 1678. *Io. Henric. Stussii* progr. de consensu Theologiae Iudaicae et Pontificiae. Gothae 1732. *Iosephi de Voisin* Theologia Iudaeorum. Pars I. Paris. 1647. 4. mai. *Henning. Bernhard. Witteri*, dissert. de Purgatorio Iudaeorum. Helmstad. 1704. Hos et alios scriptores de Theologia Iudaeorum in medium adduxit quoque *Fabricius* in *Bibliograph. antiquaria pag.* 325. *sequ.*

Compendia Theologiae Iudaicae exhibent inter Iudaeos *libri ipsorum, catechetici*, quo imprimis referas *Articulos fidei tredecim* notissimos, de quibus supra ad *pag.* 1067. plura observata sunt in his supplementis. Praeterea singulare compendium Theologiae Iudaicae adornauit *R. Tobias Metensis.* Vid. infra in Catalogo novorum Rabbinorum, quos *Wolfius* omisit, Tomo IV. *Bibliothecae Wolfianae* Analectis adiiciendo.

Doctrinam Iudaeorum *de Chao orbis primario fonte* accurate exposuit *Io. Caspar Posnerus* in dissertatione tertia de Chao orbis primordio. Ienae 1603. Eosdem credidisse futurum vitae statum post hanc vitam, contra *Warburtonum* imprimis ostendit *Io. Jacksonus* in scripto Anglico, quod s. t. *A defense of the belief of a future state provd. Londini* 1746. prodiit, et recensetur ab Auctoribus der Jenaischen Nachrichten von theologischen Büchern *Tom.* V. *Part.* 44. *pag.* 366.

De lectione sacri codicis in Synagogis Iudaicis introducta digna est, quae legatur *Adam. Henric. Lachmanni* dissertatio ad nouellam 146. de controuersia nata ex sacrarum literarum lectione in Synagogis iudaicis introducta per Iustinianum Imperatorem. Kiloni. 1752. cuius argumentum recensuit vir doctus in vollständigen Nachrichten von kleinen akademischen Schriften, ad annum 1753. *Part.* II. *pag.* 155. *sequ.*

De Naturalismo Rabbinorum uberius egit praeter alios *Adam. Tribbechovius* in *Historia Naturalismi Cap.* IV. *pag.* 16. 25. De Atheismo autem eorundem singulari diligentia commentatus est *Reimannus* in *Historia Theologiae Iudaicae. Cap.* XVIII. libri I. *pag.* 567. 650.

Pag. 1131. 1132. Scriptum *Leonis Karmi*, quod hic et in sequentibus uberius recensuit *Wolfius*, rarissimum esse testatur quoque *Vogtius* in *Catalogo librorum rariorum. pag.* 378.

Ad Lib. VI. De Targumim seu Paraphrasibus chaldaicis.

Pag. 1141. ad verba: *Mihi quidem* cet. His adversantur verba b. *Io. Gottlob Carpzovii*, quorum mentem expressit *Masschius* in *Bibliotheca sacra. Tom.* II. *Volum.* I. *Sect.* II. *pag.* 25. *sequ.*

Pag. 1146. in fine adde: Recentiori tempore celeberrimus *Olaus Gerhardus Tychsenius* in *tentamine* suo *de variis codicum hebr. manuscript. generibus pag.*

122. clariſſime demonſtrauit, paraphraſes chaldaicas primo quidem ex codice hebraico manu exarato deſcriptas eſſe, interim tamen conceſſit idem, quod eaedem ſucceſſu temporis ſecundum LXX. Interpretum, Aquilae et reliquorum veterum Interpretum graecorum verſiones fuerint correctae et immutatae ab Helleniſtis, praeſertim iis in locis, in quibus a textu maſorethico Iudaeorum nimis diſcedere viderentur.

Ad Cap. II. *De Onkeloſo, eiusque in Pentateuchum Paraphraſi pag.* 1154. *ſequ.* His chaldaicis paraphraſibus, licet multa egregia in iisdem occurrant, etiam multas ineptas gloſſas et precarias interpretationes ineſſe, praeter alios nonnullis exemplis comprobauit *Erneſt. Frider. Neubauerus* in diſſert. *de varia indole interpretum Scripturae ſ. Cap.* I. *§.* 8. *pag.* 25. *ſequ.*

Pag. 1156. lin. penult. in capitibus) multis, quod adiecit *Danzius* exemplari ſuo Bibliothecae Wolfianae.

Pag. 1157. lin. 8. 9. *Danzius* adiecit: Imo omni laude dignum foret, modo ubiuis eſſet applicatum.

Ibid. lin. 17. Conſilium *Richardi Simonii*, quod in negotio iſto eodices manu exarati ſiſte conſulendi, damnavit *Danzius* et ſtatuit, iſtud ſine ullo vſu fore, cum Auctores horum codicum veram linguae ſanctae analogiam ignorauerint.

Pag. 1158. laudatur *Pauli Fagii* editio. Recenſetur etiam haec editio Paraphraſium chaldaicarum *Onkeloſi* a *Fabricio* in *Hiſtoria Bibliothecae Fabricianae. Tom.* I. *pag.* 11. *ſequ.* et *Theophilo Sincero* in der Neuen Sammlung von lauter alten und raren Büchern. *Part.* III. *pag.* 124. *ſequ.* Vitam Pauli Fagii et merita eius in literaturam orientalem ſtudioſe enarrarunt *Io. Georg. Schelhornius* in Commentatione de eximiis Sueuorum in literaturam orientalem meritis *§.* VII. *Amoenitat. literar. Tom.* XIII. *pag.* 212. *ſequ.* *Io. Buxtorfius* in *Catalectis philologico-theologicis pag.* 127. *num* 115. et *Chriſtian. Seyffardus* in diſſertatione, quae ſiſtit Tentamen hiſtoricum de vita et meritis *Pauli Fagii*. Altorfi 1736. cuius argumentum enarratur in Hamburgiſchen gelehrten Berichten ad annum 1736. *Scid.* 67. *pag.* 609. *ſequ.*

Ibid. lin. ult. ad finem capitis adde: Ibidem quoque ſeu *Amſtelodami* prodiit triplex *Targum* anno aerae Iudaicae 345. Chriſti 1585. in forma octaua.

Ad Sect. II. *de Ionathane eiusque Paraphraſi.*

Pag. 1159. lin. penult. *Megilla Cap.* I. *fol.* 3.) col. 2. lin. 8. *ſequ.*

Pag. 1160. §. 12. *Morinus*) cum quo etiam *Iſaacus Voſſius* in libro *de verſione* LXX. *Interpretum Cap.* XXVIII. *pag.* 89. et *Guilielm. Henric. Voſtius* in *Obſervationibus ad R. Davidis Ganzii Zemach Davidi pag.* 28 r. eandem fouent ſententiam, qui *Ionathanem* hunc *Vzielidem* cum *Ionathane* falſo confundunt, illumque plurimorum naevorum accuſant, ac in ſera tempora poſt compoſitionem *Talmudis* demum has paraphraſes reiiciunt.

Pag.

Pag. 1166. Ad *conditionem Targum Ionathanis* quod attinet, eundem multa mutuaſſe ex Paraphraſibus *Targum Hieroſolymitani*, quae tantum verbis diverſis expreſſa ſunt ab eodem, affirmauerunt *Samuel Bochartus Hierozoic. Part.* I. *fol.* 634. et *Chriſtian. Ludouic. Schlichterus* in *Symbolis literariis Bremenſibus Tom.* I. *Part.* I. *pag.* 93. ubi etiam plures Autores memorantur, qui de hac paraphraſi *Ionathanis* plura referunt, quibus addas *Io. Druſium de quaeſtis per epiſtolam. Epiſt.* LXXVIII. *pag.* 147.

Ad Sect. IV. De *Paraphraſi Hagiographorum et Megilloth.*

Pag. 1173. Sententiae *Wolfii*, quod auctor huius Paraphraſeos fuerit *R. Ioſephus Luſcus*, accedunt quoque *Robertus Bellarminus de Verbo Dei Lib.* II. *cap.* III. *pag.* 75. et *Sixtus Senenſis* in *Bibliotheca ſancta Lib.* III. *pag.* 198. de quo conſtat vixiſſe anno fere Chriſti 400. Interim alii cum *Auguſto Pfeiffero* in *Critica ſacra Cap.* VIII. *Sect.* II. *quaeſt.* XV. *pag.* 276. *edit. Nagel. Io. Leuſdenio* in *Philologo hebraeo-mixto diſſert.* VII. *pag.* 51. et *Carpzouio* in *critica ſacra V. T. pag.* 451. 463. de eo adhuc dubitant. Scripſit *Iuſt. Martin. Glaſſenerus* hac de re ſequentia in Tractatu ſuo *de gemino Iudaeorum Meſſia cap.* III. §. 2. *pag.* 149. *Quicquid ſit; auctorem huius Paraphraſeos fuiſſe ſcriptorum poſt Talmudis tempora florentem, naeniisque Iudaicis nimium addictum, ex ipſa hac Paraphraſi colligitur. Manifeſta enim Talmudis fit mentio Cap.* I, 2. *et Cap.* V, 10. *Ne quid dicam de fabulis Talmudicis, quas ubique inſperſit, ex quo diiudicandum eſt, quid de auctoritate huius Paraphraſtae ſentiendum ſit.* Vid. *Wolf. pag.* 1175. *ſequ.*

Pag. 1176. Paraphraſin chaldaicam in *Prouerbia* memorat hic *Wolfius*, de qua dubitant eruditi, utrum ipſa ex verſione, quae in ea exſtat, *Syriaca*, an haec, viciſſim ex illa ſit deſcripta. Occaſionem hoc dedit S. V. *Io. Auguſto Dathio* rem iſtam ſtudioſius, quam antea factum erat, perquirendi, et facta collatione utriusque verſionis concludit tandem, verſionem Chaldaicam ex Syriaca confectam eſſe. Propoſuit hanc ſuam ſententiam in *Programmate de difficultate rei criticae* Lipſiae 1762. edito §. VI. *pag.* 19. et uberius confirmavit in Programmate doctiſſimo *de ratione conſenſus verſionis chaldaicae et Syriacae Prouerbiorum Salomonis.* Lipſiae 1764.

Pag. 1178. *Paraphraſis chaldaica librorum Chronicorum — opera Matth. Frid. Beckii)* De hoc ſcripto ſiniſtrum tulit iudicium *Richardus Simonius* in *Hiſtoria critica V. T. pag.* 299. ſcribens, hanc paraphraſin parvi eſſe momenti, valde aridam ratione ſenſus, et plenam [illegible] voces alluſionibus. Neque praeclarum de eodem labore eſt iudicium *Davidis Wilkinſii*, quod adduxit in medium *Fabricius* in *Hiſtoria Bibliothecae Fabricianae, Part.* IV. *pag.* 16. Plura de hoc libro eaque memoratu digniſſima in medium adduxit vir doctus im *litterariſchen Muſeum. Tom.* II. *Part.* III. *pag.* 387. *ſequ.* IV. *pag.* 518. 520.

Pag.

Pag. 1179. lin. 5. *Io. Lightfoothus in Horis. hebraicis et Talmudicis*) et imprimis in *Operibus eius posthumis Epist.* 28. 32. *Tomo* II. *Operum pag.* 187. *sequ. edit. Franequeranae.*

David. Wilkinsii editio hic a *Wolfio* memorata comprehendit 2. Alphab. plagul. 13. et memoratur quoque a *Fabricio* in *Historia Bibliothecae Fabricianae. Tom.* IV. *pag.* 16.

Pag. 1181. Editionem chaldaicae Paraphrasis in *Coheleth*, quam adornavit *Petrus Costus*, pluribus recenfuit Iacobus *Wilhelmus Blaufusius* in vermischten Beyträgen zur Kenntniß seltener und merkwürdiger Bücher. *Part.* I. *pag.* 314. 316. qui imprimis laudandam esse hanc editionem affirmat, praecipue cum splendor typorum eandem omnino commendet.

Ad Cap. III. *de Vsu Paraphrasium chaldaicarum.*

Pag. 1183. ad 1.) Varia de *auctoritate*, *quam Iudaei Paraphrasibus Veteris Testamenti* chaldaicis tribuerunt, in medium adduxerunt *Io. Andr. Danzius* in *dissertatione de Iudaeis proprio iugulatis gladio in capite Ies.* LIII. quae Wittebergae 1679. prodiit, §. 9. et imprimis *Carolus Henricus Zeibichius* in dissertationibus *de Chaldaicarum V. T. Paraphrasium apud Iudaeos auctoritate.* Wittenberg. 1737.

Pag. 1185. De singulari Chaldaicarum paraphrasium in accuratius pereuntio scendo linguae hebraicae genio usu in peculiari Programmate doctissime scripsit celeberrimus *Io. Frideric. Fischerus* Lipsiae 1777. quae prolusio vehementer laudatur a *b. Ernesti Bibliothec. theologic. nouissim. Tom.* IV. *Part.* IV. *pag.* 310. *sequ.* De usu paraphrasium chaldaicarum in doctrina de persona Christi seu verbo incarnato conferenda est praeter dissertationem *Christian. Benedict. Michaelis* a *Wolfio* adlatam S. V. *Friderit. Imman. Schwarzii Meletema sacrum de Iesu Targumico.* Torgauiae 1758.

Pag. 1187. fere in medio. Liber, cuius hic *Wolfius* mentionem fecit, sub titulo: *Disceptatio de Verbo vel Sermone Dei cet.* uberius recensetur a *Baumgartenio* in Nachrichten von einer Hallischen Bibliothek. *Tom.* IV. *Part.* XIX. *pag.* 49. 50. qui istum cum *Sandio* in *Bibliotheca Antitrinitariorum pag.* 128. Ionae Schlichtingio tribuit. Scopus, quem sibi praefixerat Auctor, eo potissimum redit, Iudaeos per vocem *Memra*, qua Messias indicatur, quod ingenue concessit, neque divinitatem neque aeternitatem eidem competentem, sed saltem eius praeexistentiam ante mundum conditum designare voluisse.

Ibidem paulo infra: *Rittangelii Liber veritatis*) quae excusa est Elbingae 1650. in forma quarta, et plagulas 21. continet.

Pag. 1191. et IV. *pag.* 734. *Scriptoribus de paraphrasibus Chaldaicis* addi merentur sequentia scripta: *Io. August. Dathii* Programma de ratione consensus versionis Chaldaicae et Syriacae Prouerbiorum Salomonis. Lipsiae 1764. *Io. Frideric. Fischeri* Programma de Chaldaicis Onqueloſi Ionathaeque versionibus Vete-

Veteris Teſtamenti litterarum hebraicarum ſcientiae intelligentiaeque librorum divinorum adiutricibus. Lipſiae 1774. Vide notata ad *pag.* 1185. *Frideric. Immanuel. Schwarzii* Meletema ſacrum de Ieſu Targumico. Torgauiae 1758. cuius argumentum ſtrictim enarratur ab Auctoribus der vollſtändigen Nachrichten von kleinen akadem. Schriften ad annum 1759. *Part.* VIII. *pag.* 725. *ſequ.* *Caroli Henric. Zeibichii* diſſert. I. et II. de Chaldaicarum V. T. Paraphraſium apud Iudaeos auctoritate. Witteberg. 1737. quarum argumentum recenſuit vir doctus in gründlichen Auszügen aus Diſputat. ad annum 1739. *Part.* I. *pag.* 165. 175. Alia de Paraphraſibus V. T chaldaicis erudite obſeruauit [illegible]*ſchius* in *Bibliotheca ſacra Part.* II. *Vol.* I. *Sect.* II. *pag.* 23. 49. et cel. [illegible]*nus* *Introduct. in V. T. Tom.* I. *pag.* 385. 435.

Ad Lib. VII. *De Cabbala Iudaeorum.*

Cap. II. *De natura et indole Cabbalae.*

Pag. 1213. ad III. Varia quae huc ſpectant de ſuperſtitioſo nominis divini eſſentialis Iehoua abuſu penes Iudaeos graſſante obſeruauit b. *Io. Georg. Walchius* in diſſ. *de varia indole interpretum Scripturae ſ. pag.* 16.

Pag. 1223. Plura *de influxu priſcae Philoſophiae Platonicae in Cabbalam Iudaicam* erudite obſeruavit *Philipp. Hammererus* in diſſert. de Fanaticiſmo philoſophico ex Philoſophia Hebraeorum illuſtrato. Ienae 1726. quam ipſe *Wolfius* adduxit *Tom.* IV. *Bibliothecae hebr. pag.* 743.

Pag. 1229. IV. 737. Praeter ſcripta a *Wolfio* adducta in explicandis *decem Sephiroth* et eruendis arboris cabbaliſticae Iudaeorum myſteriis verſati ſunt *Anonymus* in *Collectione nouantiquorum theologicorum* ad annum 1712. *pag.* 357. 794. et *Hermannus* von der Hardt in *Septem columnis Academiae Georgiae Auguſtae* dedicatis, quae Helmſtad. 1738. prodierunt *Part.* VI. Vid. Hamburgiſche gelehrte Berichte ad annum 1738. *pag.* 209. *ſeqq.* et alii plures, quos adduxit in medium *Fabricius* in *Bibliographia antiquaria pag.* 324. 325.

Ad Cap. III. *Iudicia variorum de Cabbala.*

Pag. 1235. *Wachteri Spinoziſmus.*) Vid. *Wolf.* ſupra *pag.* 1046. et quae ibidem obſeruauimus.

Moſes Germanus. Vid. *Wolf. Tom.* I. *num.* 1525. *pag.* 811. *ſequ.* et quae in Analectis ibidem obſervata ſunt.

Pag. 1239. IV. 739 ad IX. Imprimis qua ratione *myſterium Trinitatis* in ſcriptis *Rabbinorum ſenſu Cabbaliſtico* accipiendum ſit, egregie docuerunt *Ioſ. Arnhius* in diſſertat. de myſterio Trinitatis ex veteribus Rabbinis. Witteberg. 1650. et *Iuſt. Martin. Glaſenerus* in diſſert. de Trinitate in ſcriptis Cabbaliſtarum et Rabbinorum non chriſtiana, ſed mere Platonica. Helmſtadii 1741. Vid. ſupra ſcriptores de Theologia Iudaica ad finem Libri V. in his Analectis adductos.

Pag. 1244. IV. 743. *Hackſpannii* ſcriptum propter raritatem ſuam quoque inſertum eſt à *Thoma Crenio* ſuo *Theſauro librorum philologic. et hiſtoric. Tom.* II. *pag.* 255. 401.

Pag. 1245. IV. 744. *Knorr.*) De raritate eximia huius operis praeter alios teſtatur *Vogtius* in *Catalogo librorum rariorum pag.* 378. Plura de hoc opere memorat *Io. Chriſt. Mylius* in *Bibliotheca Anonymorum et Pſeudonymorum. Part.* I. *pag.* 186. *ſequ.*

Pag. 1247. IV. 744. Scriptoribus *de Cabbala* a *Wolfio* adductis addantur ſequentes, quorum ſcripta partim ab eodem praetermiſſa, partim poſt editionem Bibliothecae ſuae prodierunt: *Brandani Henrici Gebhardi* diſſert. De Vſu Cabbalae in tria priora Geneſeos capita. Gryphiſwald. 1702. *Glaeſener.* Vid. ſupplementa mea ad *pag.* 1239. *Wilh. Chriſtian. Kriegesmanni Cabbala* oder die wahre und richtige *Cabbala* mit Kupfern und Tabellen erläutert. Francof. et Lipſ. 1774. 8. *Io. Chriſtoph. Schüſſleri* unvorgreifliche Gedanken über einige Cabbaliſtiſche ungedruckte Schriften quae leguntur in *Collectione nouantiquorum theologicorum* de anno 1727. *pag.* 305. *ſequ. Io. Chriſtian. Senftii* diſſert. de Cabbala Iudaeorum. Roſtoch. 1702. *Io. Henrit. Stuſſii* Programmata tria de Orbe luſibus ingenii aſtrologicis faſcinato, et ſpeciatim de impia et magica Iudaeorum Aſtrologia atque Iudaeorum Aſtrologia cabbaliſtica. Gothae 1746. 1747.

Ad Lib. VIII. *De Scriptis Hebraeorum anonymis.*

Pag. 1249. *num.* 6. *Agudda.* De raritate editionis *Cracouienſis* a *Wolfio* memoratae pluribus teſtatur *Clement. Bibliotheq. pag.* 96. Vid. quoque *Widekindi* Verzeichniß rarer Bücher. *Part.* I. *pag.* 39.

Pag. 1250. *num.* 9. in fine:) Conferas huc *Chriſt. Arnaldi* Epiſtolam ad *Io. Chriſtophor. Wagenſeilum* ſubiunctam eiusdem Commentario in Sota. p. 1173.

Pag. 1251. *num.* 18. *Iggereth Tſchelomim.* Librum hunc inſignem prae ſe ferre raritatem, pluribus obſeruarunt *Io. Vogtius* in *Catalogo librorum rariorum pag.* 259. et *Io. Georg. Scheffnerus Amoenitat. literariar. Tom.* V. *pag.* 268.

Pag. 1254. lin. 3. a fine paginae: *per Chryſoſtomum Dudulaeum.*) Vid. ſupra *Wolf. pag.* 1094. et quae ibi a me ſunt obſeruata.

nomen occurrit) non typis excuſum, ſed calamo forte adſcriptum.

Pag. 1261. *num.* 58. III. 1176. *Sepher Amana.* Verſio *Pauli Fagii* huius libri ſaltem ad caput IX. huius libri pertinet, quod obſeruauit *Io. Buxtorfius* in *Catalogo librorum Iudaicorum. pag.* 7.

Pag. 1262. *num.* 61. *Amaroth tahoroth.* Nonnulla de libro hoc obſeruauit *Bartoloccius Bibliothec. Rabbinic. magna. Part.* I. *pag.* 374. quae ex eodem excerpſit *Buddeus* in *Introductione in Hiſtoriam Philoſoph. Hebraeor. pag.* 186.

Pag. 1264. *num.* 69. *Orchoth Zaddikim.* Editio *Pragenſis* non conſtat plagulis 15. uti Wolfius perhibet, ſed plagulis 14. et ſemiplagula. Plura de hoc

ſcripto

scripto in medium adduxerunt *Gabriel Groddekius* in *Hexecontade Pseudonymorum hebraicorum* apud *Wolfium Tom.* IV. *pag.* 1008. et *Georgius David Kypkius* in dissertatione recensionem Manuscripti libri Iudaici *Orchoth Zaddikim* exhibente. Regiomonti 1746. 4. quod scriptum cum laude recensetur in *Samuelis Formeyi* scripto periodico inscripto *Bibliotheque germanique Tom.* VII. *Part.* 1. *pag.* 147. *s.*

Ad literam ב. *Bircat hammasson.* Pag. 1271. *num.* 102. Editionem *Dyrenfurtensem* huius libri de anno 1709. 4. cuius hic *Wolfius* mentionem fecit, memorant quoque Autores *Musei librorum novorum Tom.* I. *Part.* IX. *pag.* 707. Praeter hanc et alias editiones a *Wolfio* memoratas prodiit quoque hic liber *Pragae* anno aerae Iudaicae 408. C. 1646. 4. *Dyrenfurti* 12. sine mentione anni teste viro docto in *Museo citato Tom.* II. *Part.* XIV. *pag.* 105. et *Wilmersdorfii* anno 1713. 4. teste *Io. Christian. Wibelio* in Consignatione librorum ex typographia Wilmersdorfiensi editorum, in *Collectione nouantiquorum theologicorum* ad annum 1743. *pag.* 513.

Ad literam ד. Pag. 1280. *num.* 126. *Dibhre Schemuel.* Forte Commentarius in *Rabboth*, cuius *Wagenseilius* in *Notitia* sua *librorum Rabbinicorum pag.* 28. mentionem fecit, ab hoc libro plane non est diuersus. Caeterum plura de eodem observauit vir doctus in *Museo librorum novorum Tom.* II. *Part.* XIV. *pag.* 91.

Pag. 1284. *num.* 141. *Darke Zijon.* Pluribus hunc librum descripsit *Io. Christoph. Wagenseilius* in suis *Exercitationibus sex varii argumenti. Exerc.* IV. *pag.* 160. *sequ. edit. nouissimae* de anno 1697. ubi sequentia scripsit: *Liber est geographicus germanica quidem lingua conscriptus, sed Hebraicis dictis fartus, Hebraicisque excusus est literis, ac ideo iure bono inter Hebraicos libros in Catalogo Siphte ieschenim relatus. Autor eius est R. Moses Israelis Naphtali filius, qui in hoc libro fideliter monuit, quid iter in Palaestinam meditanti sit observandum, quae viae eo deducant, et qualia Iudaeorum ibi degentium in cultu numinis, literarum studiis ac reliqua vitae instituta sint.* Plura de hoc libro observauit *Wolfius Bibliothec. hebr. pag.* 764. *num.* 1581. b. *Tom.* III.

Pag. 1285. *num.* 146. *Deraschoth al Hattorah.* Editus est quoque hic liber *Cracouiae* A. C. 1573. teste *Dassouio* in Tractatu *de resurrectione mortuorum ex Iudaeorum sententia Dedicat.* b. 4.

Ad literam ה. Pag. 1285. *num.* 150. IV. 1043. *Haggada schel Pesach.* Editus est quoque hic liber praeter editiones a *Wolfio* memoratas *Prostitzii*, oppido Morauiae sub Dynastia Caroli Principis *Lichtensteinii* anno aerae Iudaicae 365. 4. C. 1605. quae editio complectitur plagulas octo et semiplagulam.

Pag. 1289. lin. 7. *versionis latinae) edit. Venet. fol.* 20. *lin. ult.* et *Basileensis fol.* 32. *col. b.*

Ad literam ח. Pag. 1299. *num.* 204. *Chidduschim.* Varie sub hac inscriptione prodierunt editiones, quarum unam *Rabbi Nissim* confecit, quam memorat *Buxtorfius* in

Bibliotheca Rabbinica pag. 340. *edit. Basileenſ. pag.* 74. *edit. Herbornenſ.* quam ipſam in ordinem redegit *R. Ioſephus Otingenſis*, quae prodiit *Rivae de Triento* anno Chriſti 1549. 4. Nouiſſima earum editio prodiit cura et ſtudio *R. Eliezeris Ben Iehuda Fürthi* 1683. in folio. Praeterea *Chidduſche Agadoth R. Iſraelis* prodierunt *Wilmersdorfii* 1730. 4. teſte *Wilhio* in *Collectione nouantiquorum theologicorum* ad annum 1743. *pag.* 513. *ſeqq.*

Ad literam ס. Pag. 1307. *Iuchaſin.* Continet hic liber excerpta plurium librorum argumenti hiſtorici, quod obſervauit *Richard. Simonius* in *Hiſtoria critica V. T. Lib.* I. *cap.* 29. *pag. m.* 146. *Buxtorfius* in *Bibliotheca ſua Rabbinica pag.* 89. *edit.* Herbornenſ. tribuit hunc librum *Abrahamo Zaccho*, quem *Iulius Conradus Otho* in *Lexico ſuo Rabbinico* alicubi male *Zacutenſem* nuncupat. Vid. *Wagenſeil. Sota pag.* 131. *ſequ.* Praeterea memorat *Buxtorfius*, prodiiſſe hunc librum *Cracouiae* anno Chriſti 1580. 4. quae editio, licet plurimis ſcateat mendis, melior tamen eſt *Conſtantinopolitana*, quippe quae eſt mendoſiſſima, praeſertim circa nomina, quae Iudaei, quod vulgo notum eſt, nunquam ſatis bene pronunciare poſſunt. Vid. *Simonius* in *Hiſtor. critic. V. T. Lib.* III. *pag. m.* 149. Verſionem huius libri latinam debemus *Guſtauo Peringero*, uti conſtat ex Catalogo Operum eius in *Holmia literata.* Vid. *Wagenſeil.* in *Notitia librorum Rabbinicorum pag.* 29. Caeterum de hoc libro iudicauit *Richardus Simonius* in *Supplementis ad Leonem Mutinenſem de ritibus gentis Iudaicae pag. m.* 80. Pauca memoratu digna illic occurrunt, in quibus itidem Iudaei ſelectum inſtituere non valent.

Num. 246. *pag.* 1308. III. 1190. IV. 1046. Vid. *Buxtorf.* in *Bibliothec. Rabbinic. pag.* 90. *Wagenſeilius* in *Synopſeos hiſtoriae uniuerſalis, quae in eiusdem Pera librorum iuuenilium continetur, Praefatione Loci damento* III. *pag.* 189. ipſe confeſſus eſt, ſeſe hoc libro *Ialkut* frequenter uſum ſtiſſe. Addit idem de hoc libro: *In Pentateuchum prolixiſſimus eſt, in reliquos libros breuior. Qui Talmudem propter alia negotia totum perlegere non poteſt, legat hunc librum.* Vid. quoque *Wagenſeil.* in *Notitia librorum Rabbinicorum pag.* 13. et *Io. Benedict. Carpzou.* in *Collegio Rabbinico in librum Ruth* in *diſſertatione praeliminari in Ruth pag.* 14.

Ad literam ל. Num. 285. *p.* 1319. IV. *p.* 1048. *Luchoth. Faſti Iudaici* quoque excuſi fuerunt *Dyrenfurti* a multis annis in forma duodecima. Poſtremae editionis horum Faſtorum Dyrenfurtenſium titulus eſt: לוח משנת תשע"ב Faſti anni 472. ſecundum ſupputationem minorem, qui annus Iudaicus initia ſumſit die 14. Decembr. 1711. Quae memorantur a viro docto in *Muſeo librorum nouorum Tom.* II. *Part.* XIV. *pag.* 104. 105.

Ad literam מ. Num. 320. *pag.* 1324. *Megillath Sepher.* Vid. *Buxtorf. Bibliothec. Rabbinic. pag.* 112. *edit. Herbornenſ.*

Num. 324. *pag.* 1325. III. 1195. *Megillaeh Taanith.* Vid. quoque *Groddek.* apud *Wolfium Tom.* IV. *pag.* 1024. In priori loco *Wolfius* noſter bene obſer-

obſeruavit, librum hunc probe diſtinguendum eſſe a codice Talmudico, qui inſcribitur *Maſſecheth Taanith*, omiſit autem obſeruare, qua in re ab eodem ſe diſtinguat. Illud ipſum indicat *Io. Benedict. Carpzouius* in *Annotationibus* ſuis *ad Schickardi Ius regium Ebraeorum pag.* 432. ubi optime obſeruat ſequentia: *Recenſet hic libellus dies feſtos cum laetitia absque omni luctu celebratos, tractatus autem Talmudicus eiusdem nominis de ieiunio et ieiunandi ritibus praecipit.* Caeterum liber hic praeter alias eius editiones prodiit quoque *Baſileae* apud. Io. Frobenium anno aerae Iudaicae 340. C. 1580.

Num. 342. *pag.* 1330. *Medraſch. Ruth* exſtat quoque in *Rabba bar Nachman*, qui floruit Saeculo poſt natum Chriſtum tertio, *Rabboth.* Hunc librum cum verſione latina nova edere in animo habuit *Io. Benedict. Carpzouius*, quod quidem ipſe memorat in *diſſertatione praeliminari in librum Ruth Collegio rabbinico in eundem librum* praefixa *ſecunda pag.* 19. Reliqui fere omnes *Medraſchim* partim *Theſſalonicae* partim Venetiis prodierunt teſte *Richardo Simonio* in *Hiſtoria critica Veteris Teſtamenti Lib.* III. *pag. m.* 150.

Num. 353. *pag.* 1334. III. 1200. *ſequ.* IV. 1049. *Machſor.* Nonnullae precationum Iudaicarum formulae ex hoc precum libro Iudaico excerptae exhibentur a *Genebrardo* in opere, quod inſcribitur: *Loca Targumica et Talmudica de Chriſto*, quod obſeruavit *Wagenſeilius* in *Notitia librorum Rabbinicorum pag.* 13. Plura de eiusmodi libris precum memorat *Buxtorfius* in *Bibliotheca rabbinica pag.* 119. *edit. Herbornenſ.*

Tom. II. *pag.* 1337. lin. 11. *Sabionet.* 1563. 4.) potius 1557. quem annum rectiſſime expreſſit *Schabbataeus* teſte *Deroſſio* in *Annalibus typographiae hebr. Sabionetenſis num.* XX. *pag.* 33. *edit. Erlangenſ.* latinae. A fine paginae lin. 6. ad verba: *Wilmersdorfenſem a.* 433. C. 1673. *fol.*) et ibidem 1735. fol. hebraice cum verſione interlineari germanica, et ibidem 1730. et 1738. 4. quae obſervauit *Io. Chriſtian. Wibelius* in confignatione librorum Iudaicorum Wilmersdorfenſium, in *Collectione nouorum et antiquorum theologicorum* ad annum 1743. *pag.* 511. 515.

Pag. 1341. 1344. Idem *Machſor Italicum* quoque prodiit *Soncini* et *Caſali maiori* anno aerae Iudaicae 246. C. 1480. in forma quarta, quam editionem pluribus deſcripſit doctiſſimus *Io. Bernhard. Deroſſius* in diſquiſitione de *hebraicae typographiae origine et primitiis. Cap.* V. *§. 4. edit. Erlangenſ. p.* 36.

Num. 360. *pag.* 1352. III. 1202. *Mechilta.* Vid. *Groddek.* apud *Wolfium Tom.* IV. *Bibliothecae ſuae. pag.* 1025. Editionem *Amſtelodamenſem* de A. C. 1712. a Wolfio memoratam. plenius [illegible] recenſent auctores operis Gallici periodici, quod inſcribitur *Hiſtoire critique de la republique des lettres. Tom.* III. *pag.* 180. *ſequ.* Inſeruit hanc *Mechiltam* cum translatione latina, qualis antea nondum prodierat *Blaſius Vgolinus Tomo* XIV. *Theſauri* ſui Antiquitatum ſacrarum. Vid. *Baumgartenii* Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* IV. *Part.* XXIII. *pag.* 413. *ſequ.*

Num. 366. *pag.* 1353. *Milchamoth haſchem.* De hoc libro ſequentia ſcripſit *Richardus Simon.* in *Hiſtoria critica Veteris Teſtamenti Lib.* III. *cap.* VI. *pag. m.* 21. *Rabbi Levi ben Gerſon exemplo Moſis Maimonidis librum Metaphyſicae plenum edidit, bella Domini, ſed, ut a quibusdam Iudaeis vocem hebraicam* לשם *reddi audivi h. e. contra bella Domini, forte vitio operarum typographicarum pro: bella contra Dominum. Equidem nihil magis quam iſte liber Patrum fidem labefactaret, imo in argutiis Logicae Moſen Maimonidem ſuperat.*

Num. 372. *pag.* 1354. *Malchiel.* Prodiit etiam *Friburgi in Briſgouia* anno aerae Iudaicae 320. C. 1560. quod obſeruauit *Buxtorfius* in *Catalogo librorum Iudaicorum. col.* b. 2. Vid. quoque idem in *Bibliotheca Rabbinica pag.* 124. *edit. Herborn.*

Num. 378. *pag.* 1356. *Menora.* Eſt libellus precum Iudaicarum Iudaeo-germanicus, qui praeter alias editiones etiam prodiit *Dyrenfurti* 1693. 8. obſeruante viro docto in *Muſeo librorum nouorum Tom.* II. *Part.* XIV. *pag.* 104.

Num. 391. *pag.* 1358. *ſequ.* III. 1204. IV. 1052. *Maamadoth* continent excerpta ex Talmude, quae interdum in תפלות comparent, monente *Wagenſeilio* in *notitia librorum Rabbinicorum pag.* 29.

Num. 392. *pag.* 1359. III. 1204. *Maaſeh. laſchon.* Liber hic quoque prodiit *Wilmersdorfii* 1722. teſte *Io. Chriſtian. Wibelio* in *Collectione nouantiquorum theologic.* ad annum 1743. *pag.* 518.

Num. 407. *pag.* 1362. *Maaſeh. Adonai. Venetiis* prodiit anno aerae Iud. 343. C. 1583. non in forma quarta, uti ſtatuit *Buxtorfius* in *Bibliotheca Rabbinica pag.* 377. ſed potius in fol. teſte *Carpzouio* in *notis ad Schickardi Ius regium Hebraeorum pag.* 191. cum indice quadruplici locorum biblicorum in hoc libro explicatorum, et uno ſententiarum Talmudis.

Num. 418. *pag.* 1364. *Mephareſch Chattaim. Ferrariae* C. 1591.) Ingenue fatetur doctiſſimus *Io. Bernhard. Deroſſi* in *Comment. hiſtorica de Typographia hebraea Ferrarienſi Cap.* III. *pag.* 50. ſe neſcire, unde *Wolfius* notitiam huius editionis hauſerit, cum eiusdem neque formam neque numerum foliorum neque impreſſoris nomen indicauerit. His omnibus permotus, de ipſa editionis *Ferrarienſis* exiſtentia iure meritoque dubitare conatur.

Num. 437. *pag.* 1367. *Mikre Dardeki.* Editionem, de qua, cum ſine mentione loci a. C. 1488. fol. prodierit, *Wolfius* coniicit, eam eſſe *Conſtantinopolitanam*, idem *Deroſſi* pro ſuſpecta et ſuppoſititia declarat in *Diſquiſitione de hebraicae typographiae origine et primitiis Cap.* VIII. §. 10. *pag. m.* 99. Verſatur potius in ſententia, prodiiſſe hunc librum *Neapoli*, cuius fundamentum in eo potiſſimum collocat, quod haec editio cum Neapolitana commentarii *Abeneſrae* in Pentateuchum editione de anno 1524. eodem ferme charactere quadrato et Rabbinico impreſſa ſit. Numerus anni impreſſionis in exemplari, quo uſus eſt *Deroſſi*, ſuppletus eſt a manu cuiusdam Iudaei, qui inſcriptionem non appoſuit. Interim quoque

quoque ipſi non arridet coniectura *Wolfii* noſtri, eundem per vocem רזים in inſcriptione libri expreſſam deſignari.

Num. 438. *pag.* 1368. *Marsh Muſar.* Pleniorem huius libri Iudaici recenſionem ſuppeditavit b. *Io. Fridric. Hirtius* in *Bibliotheca orientali et exegetica. Part.* VII. *pag.* 18. 22. ex qua varia, quae *Wolfius* de eodem ſcripſit, emendari poſſunt. Sic, quando *Wolfius* affirmat, librum hunc dialecto Rabbinico-germanica exaratum eſſe, *Hirtius* potius aſſerere mavult, quod proverbia et ſententiae Rabbinorum, quae in hoc libro continentur, potius ad metrum rhythmorum vulgarium antiquiorum redactae fuerint, qui rhythmi ſimul loco commentarii et explicationis earundem inſeruire poſſent. *Wolfius* memorat, prodiiſſe editionem *Francofurtenſem* huius libri de A. 440. C. 1680. 4. cum praefatione *Seligmanni Vlmae.* Hic idem ille eſt ex ſententia *Hirtii*, de quo in ſuperioribus *Tomo* I. *Bibliothecae hebr. num.* 578. *pag.* 360. et *Tom.* III. *pag.* 246. verba fecit *Wolfius* noſter, eundemque pro ipſo huius libri auctore declarat. Tandem *Hirtius* praeter editiones quinque huius libri a *Wolfio* memoratas recenſet ſextam, quae *Soliſbaci* anno aerae Iudaicae 482. C. 1723. impreſſa fuerit, in cuius inſcriptione *R. Seligmannus Vlma* pro auctore huius libri expreſſis verbis declaratur. Vocatur iſte tum in inſcriptione tum in ſubſcriptione, quae in fine praefationis occurrit, *Gunzburgenſis*, et in praefatione, quae etiam rhythmice expreſſa eſt, de utilitate huius libelli varia proferuntur.

Ad literam ס. Num. 493. *pag.* 1380. *Siddur Mibberacha.*) Praeter editionem libri huius a *Wolfio* memoratam *Deroſſi* quoque mentionem fecit in *Commentat. de Typographia hebr. Ferrarienſi Cap.* III. *pag.* 50. editionis *Ferrarienſis*, quae prodiit anno aerae Iudaicae 453. C. 1693. apud Filoni per *Ioſephum Niſſim* et *Abraham Chajim Fanenſem* in 12. cuius typi ſunt quadrati cum punctis ac luculenti, quae editio complectitur teſte eodem paginas 161.

Num. 513. Pag. 1383. *ſequ.* III. 1208. IV. 1054. *Selichoth.* Prodierunt quoque iam A. C. 1691. fol. in qua tamen editione nonnulla deſunt, quae in recentiſſima eorum editione *Dyrenfurtenſi* de anno 1705. fol. quam *Wolfius Tomo* III. memorat, acceſſerunt, id quod obſeruauit vir doctus in *conſignatione librorum Iudaicorum Dyrenfurtenſium* in *Muſeo librorum nouorum Tom.* II. *Part.* XIV. *pag.* 94. *num.* 7. Ibidem *pag.* 101. recenſetur alia huius collectionis Iudaicarum, praeter editio, quae *Dyrenfurti* prodiit 1702. 8. (Vid. *Wolf. Tom.* III.) cui ſub finem eius adiectum eſt opuſculum *R. Schabtai Ben Meir* ex genere ſacerdotali, in quo deſcripſit iſte calamitates Synagogis Lithuanicis et vicinarum prouinciarum anno Chriſti 1648. et 1649. a militibus Coſaccis illatas. Conf. *R. Schabtai* Siphte Jeſchenim *lit.* ס. *num.* 33. Additur ibidem, hoc ipſum opuſculum quoque exſtare in fine verſionis germanicae libri שבט יהודה, *Virga Iehudae*, *R. Salomonis ben Iehuda Virgae*, Amſtelodami anno 469. Chriſti 1700. 8. in publicam lucem emiſſae. Plura de his *Selichoth* memorat *Wagenſeilius* in *notitia librorum*

Rab-

Rabbinicorum. pag. 22. et *Buxtorfius* in *Bibliotheca Rabbinica. pag.* 152. *edit. Herbornenſis.*

Num. 522. *pag.* 1387. III. 1209. *Siphra.* Autorem huius libri quod attinet, ſententiam, qua nonnulli hunc librum R. Iehuda bar Elai tribuunt, quoque amplexus eſt eamque uberius confirmavit *Sebaldus Ravius* in diſſertatione de auctore atque uſu antiquiſſimi in Leviticum commentarii. Siphra dicti. Vltraiecti 1751. 4. de qua plura memorantur in *Ephemeridibus Goettingenſibus literariis* ad annum 1751. *Scid.* 86. *pag.* 829. *ſequ.* et in *Ephemeridib. Lipſienſ. literar.* eiusdem anni *Scid.* 74. *pag.* 667. *ſequ.* Vid. *Wolf. pag.* 1388. Praeter editiones, quarum *Wolfius* mentionem fecit, prodiit quoque hic liber *Deſſaniae* anno aerae Iudaicae 502. C. 1742. 4. Eundem librum cum translatione latina a ſe primum compoſita et notis doctiſſimis adiectis *Blaſius Vgolinus Parti* XIV. *Theſauri* ſui *Antiquitatum ſacrarum* inſeruit, quod obſeruauit *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* IV. *Part.* XXIII. *pag.* 413. Plura memoratu digna de hoc libro in medium adduxerunt *Buxtorfius* in *bibliotheca pag.* 153. *edit. Herbornenſ. Groddekius* apud *Wolfium Tom.* IV. *pag.* 1030. et *Ravius loc. citato.* Inter ſcripta a Theodoro Daſſouio promiſſa fuit etiam tractatus de holocauſtis, victimis pro peccato et pro reatu caeſis, atque victimis ſalutaribus ex libro Siphra recenſitis, teſte *Fabricio* in *Bibliographia antiquaria pag. m.* 15. *edit. nouiſſimae.*

Pag. 1376. *num.* 468. *Naphtule Elohim*) Editum eſſe hunc librum Iudaicum quoque Sabionetae 327. C. 1567. 4. obſeruauit *Deroſſi* in appendice *Annalium typograph. Sabionetenſ. pag.* 50. *edit. latin. Erlang.*

Pag. 1388. lin. 5. *Maimonides in Iad chaſaka*) *fol.* 2. *col.* 2. *lin. d.*

Num. 523. *pag.* 1389. *Siphri.* Loco huius tituli ſcribatur potius *Siphre*, enarrationes libri Numerorum et Deuteronomii, quo titulo etiam nuncupatur hic liber in libro *Melcho haggemara. pag.* 223. in fine *lin.* 12. et in *Melcho haggemara pag.* 327. *Ibid.* lin. 15. *Halichoth. Olam pag.* 6. melius: 26.

Pag. 1389. lin. 17. *incipit.*) Hac voce non incipiunt Siphre, ſed potius Siphra.

Num. 546. *pag.* 1393. Ad literam ℣. *Aſereth haddeuaroth.* Liber hic comprehendit Decalogum Moſis cum explicatione Abenezrae, atque prodiit *Baſileae* 8. teſte *Buxtorfio* in *Catalogo librorum Iudaicorum.* b. 7. Vid. quoque *Buxtorf.* in *Bibliotheca Rabbinica pag.* 164. *edit. Herbornenſ.*

Ad literam ב. Num. 550. *pag.* 1394. *Petirat Moſche.* Liber hic *de morte Moſis* agens, quem multi volunt a Iuda apoſtolo in epiſtola ſua catholica allegatum fuiſſe, prouſi obſeruauit *Io. Andr. Schmidius* in *diſſertat. de morte Moſis* §. 44. *ſequ.* fabulis Talmudicis eſt refertiſſimus, et ſcopus Autoris eo redit, ut Auctor oſtenderet, Moſen renuiſſe mori, et, ne morti traderetur, quamplurimis licet maxime ineptis rationibus Deo perſuadere voluiſſe, quae obſeruauit Schmi-

dius

dius loc. citato. Editio *Conſtantinopolitana*, quam *Wolfius* memorat, prodiit anno 1517. Praeter eandem quoque editus eſt hic liber *Pariſiis* 1629. 8. quam editionem *Ioh. Albert. Fabricius* in *Codice* ſuo *Pſeudepigrapho Veteris Teſtamenti pag.* 834. rariſſimis libris adnumerare non dubitauit. Quae ipſa raritas libri huius eundem mouit, ut hunc librum denuo *Hamburgi* 1714. 8. cum verſione latina et *Gaulmini* notis ab ipſo anno 1692. compoſitis, et ſuis variis doctiſſimis annotationibus in lucem publicam ederet, quam editionem nouiſſimam recenſuerunt Autores libri Gallorum periodici *Iournal des Sauans*, ad annum 1715. *menſ. Februario* et Autores *novorum literar. Lipſienſium* ad annum 1715. *menſe Martio pag.* 10. *pag.* 75. *ſequ.*

Num. 593. *pag.* 1404. III. 1218. IV. 1256. addantur duo adhuc *Peruſchim* a Wolfio noſtro praetermiſſi. Horum alterum eſt inſcriptum: פירוש ירושע לרבי ישעיה hunc inter ipſos Iudaeos rariorem, quippe quem permulti Iudaeorum plane ignorant, unde nec eius omiſſio *Wolfio* noſtro valde exprobranda erit, *Io. Georgius Abichtius* ex codice manuſcripto bibliothecae ſenatus Lipſienſis cum latina verſione et adiectis annotationibus *Lipſiae* 1712. 4. recudi curauit. Alterum eſt פירוש על המסורה, quod editum eſt etiam Lublini 1616. 8. teſte *Buxtorfio* in *Catalogo librorum Iudaicorum.* b. 8.

Pag. 1404. *ſequ. Abichtii Selecta Rabbinica*) prodierunt etiam teſte *Reimanno* in *Catalogo bibliothec. theol. pag.* 882. anno 1701. Plura de hoc ſcripto memorauit *Erueſt. Frideric. Neubauerus* in der Nachricht von den Evangeliſchen Theologen in und um Deutſchland. *Part.* I. *pag.* 3. *ſequ.*

Pag. 1405. *Aquini, Philipp.*) Ab hoc autore quoque editus eſt liber a Wolfio omiſſus, qui inſcribitur: *Veterum Rabbinorum in exponendo Pentateucho modi* XIII. — *Acceſſerunt et* 8. *eruditorum Rabbinorum commentarii in Pſalmum* 119. *theologiae myſticae quaeſtiones* 10. *et excerptae ex Sohar aliisque libris ſententiae, quibus orthodoxae fidei articuli quidam contra contumacem Iudaeorum impietatem defenduntur. Pariſ.* 1620. 4. Perrarus eſt liber teſte *Daniel. Salthenio* in *Catalogo librorum rariorum Bibliothecae ſuae pag.* 225. *num.* 1102. et *Melchior. Ludou. Widekindo* in dem ausführlichen Verzeichniß von raren Büchern. *Part.* I. *pag.* 160. Vid. *Wolf. bibliothec. ebr. Tom.* I. *pag.* 978. *num.* 4.

Pag. 1407. *Io. Frider. Loſcani*) Liber eius a *Wolfio* memoratus pluribus recenſetur a *Io. Fabricio* in *Hiſtoria Bibliothecae Fabricianae Tom.* IV. *pag.* 80.

Pag. 1409. Huc addantur ſcripta ſequentia: Notae ſelectiſſimorum Commentatorum Rabbinicorum in Pſalmos Davidis ex collectione hebraica D. *Henric. Iacob. van Baſ truyſen* latine redditae a *Conrad. Stephano Meintelio.* Swobaci 1744. quem librum data opera recenſuit *Kraftius* in Jenaiſchen Nachrichten von theologiſchen Büchern. *Tom.* III. *Part.* 23. *pag.* 256. *ſequ.* et *Chriſtoph. Cartwhrighti* Electa Targumico-Rabbinica ſive Annotationes in Geneſin ex tripli-

ei Targum seu Chaldaica Paraphrasi — et ex *R. Salomone*, *Abenezra* aliisque Ebraeis excerptae cum adnotationibus interspersis. Londini 1648. 8. *Io. Iust. Sommerschmidii* Decas philologico-rabbinica. Ien. 719.

Num. 596. *pag.* 1410. *Paneach Rasa.* Plura de *R. Isaaco* filio *Iuda Leuitae* attexit, tamquam de autore libri huius *Wolfius num.* 1197. *Tom.* I. *pag.* 657. III. [illegible]

N[illegible] *pag.* 1411. *Pirke Schira.* Mentionem fecit huius libri quoque *Theodorus Dassouius* in *Tractatu de resurrectione mortuorum ex sententia Iudaeorum Dedicat.* c. his verbis: *In varia Scripturae S. loca commentati sunt R. Isaac et R. Simeon Wolf, filii R. Meir in Sepher Pirke Schira, in quo coelo, plantis, animalibus, quibus cet. certa Scripturae dicta quasi per Prosopopoeiam assignantur et explicantur, sicut etiam Birke schira explicat Moses de Trina in suo Bes Elohim.* Prodiit quoque hic liber praeter editiones a *Wolfio* memoratas *Wilmersdorfii* 1712. quod obseruauit *Io. Christian. Wibelius* in *Collectione nouantiquorum theologicorum* ad annum 1743. *pag.* 520.

Num. 609. *pag.* 1413. III. 1213. *Petach devarai.* Sui oblitus fuisse videtur *Wolfius*, cum priori loco linea 5. librum hunc *Ferrariae* prodiisse scriberet, quae editio potius *Pisauri* ex asserto ipsius *Wolfii Tom.* I. *Bibliothecae hebr. pag.* 159. lin. 2. lucem publicam adspexit. Rectissime in hoc citato loco editionem *Ferrariensem* pro spuria declarauit, qua in sententia ei quoque accessit *Io. Bernhardus Derossi* in *Comment. de Typographia hebraica Ferrariensi Cap.* VII. *num.* 1. *pag.* 124. Mirandum est quoque, eundem *Wolfium* utroque in loco omisisse editionem *Neapolitanam* huius libri de A. 257. C. 1497. quod idem *Derossius* obseruauit loco citato.

Ad literam ק. Num. 646. *pag.* 1421. III. 1215. IV. 1058. *Kirubbatz.* Plenior titulus huius libri, quem Iudaei contracte *Kurbuz* appellant, est: קול רינה וישועה באוהלי צדיקים quem titulum *R. Samuel* Fürthi *M. Norbuio* indicauit. Caeterum cum hic liber in gratiam mulierum Iudaicarum sit conscriptus, rarior est et infrequens. Haec *Wagenseilius* obseruauit in *notitia librorum Rabbinicorum pag.* 21.

Pag. 1422. *Wilmersdorfii* 441. C. 1681.) fol. Vid. *Io. Christian. Wibel.* in *Collectione nouantiquorum theologicorum* ad annum 1743. *pag.* 506.

Ad literam ר. Num. 652. *pag.* 1423. III. 1215. IV. 1058. *Rabboth.* Editio a *Wolfio Tom.* II. *pag.* 1426. post medium fere paginae memorata *Wilmersdorfiensis* de anno C. 1673. prodiit in folio una cum *Mattenos Cahunna* obseruante *Dassouio* in *Tractatu de resurrectione mortuorum ex sententia Iudaeorum, dedicat.* et *Io. Christian. Wibelio* in *Collectione nouantiquorum theologic.* ad annum 1743. *pag.* 507. Vid. quoque *Groddeckius* apud *Wolfium Tom.* IV. *Bibliothec. hebr. pag.* 1032. *seqq.*

Num.

Num. 654. *pag.* 1428. *Ruach chen.* Vid. *Groddek.* apud *Wolf. Tom.* IV. *Bibliothec. pag.* 1033. Cremonenſis editio de A. 316. C. 1566. a *Wolfio* obſeruata prodiit apud Vincentium Conti, eandemque aſſeruat bibliotheca publica Thorunienſis.

Ad literam ש. Num. 667. 668. *pag.* 1431. 1432. IV. 1059. *Scheeloth uteſchuvoth.* Alius tractatus, qui eandem inſcriptionem in fronte gerit a *Chriſtophoro Arnoldo* apud *Wagenſeilium* in *Appendice ad codicem Sota pag.* 1173. tribuitur *R. Beniamini Wolfio*, de quo *Wolfius* quaedam [illegible] *bibliothec. hebr. Tom.* I. *pag.* 246. *num.* 390.

Num. 672. *pag.* 1432. *Schomerim labboker.* Eſt liber ritualis inter Bohemiae, Poloniae, Lithuaniae, Germaniae Iudaeos uſu receptus, cuius compilatorem Autor Siphte ieſchenim lit. ש. n. 91. indicauit. Prodiit eius translatio hebraeo-germanica a docta foemina Iudaica מרת עלוש concinnata Francofurti ad Viadrum 1704. 8. quod memorat vir doctus in *Muſeo librorum novorum Tom.* II. *Part.* XIV. *pag.* 96. *ſequ.*

Num. 677. *pag.* 1433. *Paul. Chriſtoph. Meier.)* Vid. *Wolf. Bibliothec. hebr. Tom.* I. *pag.* 1010. *num.* 1899.

Num. 695. *pag.* 1436. III. 1221. IV. 1060. *ſequ. Schimmuſch Tehillim.* Liber eſt agens de uſu magico Pſalterii, quod totum in magicum pene uſum tractum eſt a Iudaeis. Hinc rectiſſime obſeruauit *Iohannes Saubertus* in *Operibus poſthumis pag.* 256. certa carmina et verſiculos ſacri codicis contra vulnera, infirmitates et quoslibet infaustos occurſus recitata fuiſſe a Iudaeis ſuper hominibus, quo imprimis pertineant ex odis Dauidis Pſalmus tertius et nonageſimus primus usque ad verſum nonum, qui tantopere commendantur in Talmudis Hieroſolymitani Tractatu *de Sabbatho. fol.* 8. col. 2.

Num. 698. *pag.* 1437. III. 1221. IV. 1064. *Simchath hannepheſch.* Impreſſus eſt quoque hic liber *Wilnersdorfii* 1722. 4. referente *Io. Chriſtian. Wibelio* in *Collectione nouantiquorum theologicorum* ad annum 1743. *pag.* 516.

Num. 723. *pag.* 1440. *Schaare Ziion.* Alius liber Iudaicus isque *Cabbaliſticus* ſub eadem inſcriptione prodiit *Dyrenfurti* ſine mentione anni et loci, et ibidem quoque 1705. in 12. quod memorat vir doctus in *Muſeo librorum novorum Tom.* I. *Part.* IX. *pag.* 702. *ſequ.*

Ad literam ת. Num. 760. *pag.* 1452. *Tappuche ſahav.* Liber hic, qui editus eſt Mantuae a. 383. C. 1623. eſt compendium libri *Reſchith chochma R. Iechielis Meli.*

Num. 761. *Tephilloth.* Memoratur a *Wolfio pag.* 1456. editio *Dyrenfurtenſis* de anno 1690. 4. de qua obſeruauit vir doctus in *Muſeo librorum nouorum Tom.* II. *Part.* XIV. *pag.* 101. not. reperiri in eadem preces germanicarum, Bohemicarum, aliarumque ſynagogarum Iudaicarum pro ſalute Imperatorum Romanorum Leopoldi et Ioſephi fuſas, quae in aliis libris precum earumque editio-

nibus Dyrenfurtenſibus fruſtra deſiderantur. His addendae ſunt ex editionibus *Dyrenfurtenſibus* aliae, quae anno 1709. 8. et ibidem in forma minutiſſima 48va lucem ibidem viderunt, et recenſentur in *Muſeo librorum novorum Tom.* I. *Part.* IX. *pag.* 707. et *Tom.* II. *Part.* XIV. *pag.* 95. Memoranda eſt quoque editio *Dyrenfurtenſis* de anno 1704. 8. quae cum interpretatione germanica prodiit, cui ſubnectum eſt Pſalterium Hebraico-germanicum et narratio de praecipuis ritibus ſtationum ſacrarum. Vid. *Tom.* I. *Part.* IX. *pag.* 708. Interim, quod obiter obſeruo, [illegible] aliis minoribus editionibus *Tephilloth* nonnulla deſunt, quae in maioribus [illegible] ſcriptorum editionibus reperiuntur.

Ad [illegible] precum Iudaicarum quoque ſpectat liber precum, quem *Paulus Fagius Iſnae* 1542. 4. edidit, cuius pleniorem titulum adduxit eundemque pluribus recenſuit *Theophilus Sincerus* in *Collectione nova germanica librorum rariorum pag.* 127. Quo etiam ſpectat *Io. Boeſchenſteinii* liber inſcriptus: Viele gute Ermahnungen zu Gott dem himmliſchen Vater, aus der hebräiſchen Sprache ins Deutſche gebracht. Noribergae 1525. 8. De quo ſcripto rariori commentatus eſt idem *Theophilus Sincerus* in *Bibliotheca hiſtorico-critica librorum rariorum* ſeu *Analectis de libris rarioribus pag.* 21. 23.

Pag. 1458. lin. antepenult. *Tephilloth iom kippur katon* quoque prodierunt *Wilmersdorfii* 1720. et 1724. 4. teſte *Io. Chriſtian. Wibelio* in *Collectione nouantiquorum theologicorum* ad annum 1743. *pag.* 521. Quibus libris caeremonialibus Iudaicis addendus eſt alius, qui *Hiſpanice* prodiit Amſtelodami anno 1422. 8. et a *Baumgartenio* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* II. *Part.* X. *pag.* 299. *ſequ.* recenſetur.

Pag. 1459. Dantur etiam libri precum in uſum mulierum Iudaicarum deſtinati, quorum unus ſub titulo: סדר תורתנות ובקשות *Wilmersdorfii* anno C. 1724. 4. teſte *Wibelio* in *Collectione nouantiquorum theologicor.* ad annum 1743. *pag.* 521. prodiit. Praeterea etiam *Philippus Henricus Willemerus*, Paſtor et Rector Gelnhuſanus latinam verſionem eiusmodi סדר תורתנות in uſum mulierum adornati edidit *Suidnitii* et *Lipſiae* 1734. 8. cum praefatione doctiſſima *Io. Iacob. Rambacchii* de uſu librorum precum Iudaicorum, quae editio recenſetur in *Collectione* ſaepius citata *nouantiquorum theologicorum* ad annum 1736. *pag.* 771.

Pag. 1472. Addantur libris Iudaicis *Anonymis* a *Wolfio* memoratis ſequentes itidem ordine alphabetico diſpoſiti:

אסף חמזכיר. De hoc libro, cuius neque *Buxtorfius* in *Bibliotheca rabbinica* neque autor *Siphte jeſchenim* mentionem fecerunt, memorat *Wagenſeilius* in *notitia librorum Rabbinicorum pag.* 16. his verbis: *Eſt utiliſſimus liber iſtis praecipue, qui in aliquem Tractatum Talmudicum commentari volunt, cum in eodem omnes fere auctores, qui de aliquo Talmudis loco commentati ſunt, allegantur.*

בית

בית אהרון *Francofurti ad Oderam fol.* Est index locorum Talmudicorum per uniuersam Scripturam, ubi quoduis dictum reperiatur in Talmude explicatum.

בית הלל impressus est לפ"ק anno Iud. aerae 451. fol. Commentatus est auctor eius in hoc opere in *Schülchan Aruch*: et nominatim in eas huius operis partes, quae *Ioreh deah* et *Ebhen haeser* inscribuntur. Plura de hoc libro memorat vir doctus in *Musco librorum novorum Tom.* II. *Part.* XIV. *pag.* 98.

בית יעקב, quem librum adduxit *Buxtorfius* in *Bibliotheca rabbinica pag.* 50. *edit. Herbornens.* et in *Catalogo librorum Iudaicorum* a. 6. Impressus est *Venetiis* anno M. 307. C. 1547. Continet historias Talmudis iucundiores, et in editione a *Buxtorfio* in loco posteriori adlata pars secunda libri huius inscripta est עין יעקב.

בית שמואל prodiit A. 449. C. 1689. et iterum *Pfirdae* 1695. in qua editione tamen desideratur carmen *R. Schabtai*, quo origines typographiae Dyrenfurtensis exponuntur. Plura de hoc libro memorant auctores *Musei librorum novorum. Tom.* II. *Part.* XIV. *pag.* 91. et *Wolfius Bibliothec. hebr. Tom.* I. *num.* 2129. *pag.* 1115. III. 1122. et IV. 997.

דברי דוד prodierunt A. C. 1689. vel 1690. Forte auctor huius opusculi inter magistros Iudaicos Saeculi XVII. floruit anno 1650. Liber *Dyrenfurti* est impressus, quod memorat vir doctus in *Musco librorum novorum. Tom.* II. *Part* XIV. *pag.* 91.

זכרון דברי רומי. Continet historiam aedificationis urbis *Romae* et Imperatorum Romanorum, et prodiit in 4. uti memorat *Buxtorfius* in *Catalogo librorum Iudaicorum* a. 8.

זמירות ותושבחות. Liber hic est collectio cantionum a Iudaeis in honorem Sabbathi potissimum decantatarum hebraeo-germanicarum. In fine subiuncta est cantio hebraica rhythmis germanicis expressa, quae comprehendit disputationem inter aquam et vinum. Prodiit liber hic *Basileae* anno 1599. Vid. *Buxtorf. loc. citato.*

חכמת שלמה, *Sapientia Salomonis.* Liber hic a libro Veteris Testamenti apocrypho probe distinguendus, qui eadem ratione inscribitur, exhibet *Criticam in Talmudem*, variasque eiusdem lectiones. Rarissimum librum esse, vel inde patet, quod neque *Buxtorfius* ullo loco neque *Wolfius* eius mentionem fecerint. Interim in nova editione *Talmudis* hic liber simul comparet, uti patet ex eius titulo. Plura de isto memorant Schabtai in Siphte ieschenim sub hoc titulo, et *Wagenseilius* in *notitia librorum Rabbinicorum pag.* 12.

ילקוט ראובני, *Pera Rubenitica.* Commentarius est Cabbalisticus in universam *Legem Mosis* seu *Torah* ex variis libris Cabbalisticis et potissimum manuscriptis collectus. Citatur *a Knorrio a Rosenroth* in *Kabbala* sua *denudata Tom.* II. *pag.* 6. et *Wagenseilio* in *Sota pag.* 154. 164. Prodiit hic liber *Wilmersdorfii*

dorfii anno 1681. teſte *Io. Chriſtian. Wibelio* in *Collectione nouantiquarum theologicorum* ad annum 1743. *pag.* 506. Vid. quoque *Ephemerides Lipſienſ. literar.* ad annum 1684. *pag.* 8. *ſequ.* et ad annum 1687. *pag.* 88. Compendium huius maioris operis prodiit *Pragae* 4. uti memorat *Buxtorfius* in *Catal. librorum Iudaicorum* a. 11.

מלחמה בשלום *Bellum in pace.* Liber eſt repraeſentans hiſtoriam de Semipragenſis urbis poſtrema expugnatione per Suecos facta, quam ſub auſpiciis Chriſtinae Sueciae Reginae anno 1648. peregit Comes Koenigsmarckius. Recenſuit hunc librum hebraice et latine *Wagenſeilius* in *Exercitationibus ſex varii argumenti. Exercitat.* III. *pag. m.* 98. 159. Vid. quoque eiusdem *Sota pag.* 195.

סדר ברכת המזון וקריאות שמע זמירות ברכת לבנה) Continet hic liber compendium precum et benedictionum, quibus Iudaei uruntur, cum cibum capiunt, ubi pericopam Exod. XX. Deut. VI. audi Iſrael cet. recitant, hymnum Sabbathicum, et ritus laudandi Deum tempore nouilunii. Sub finem huius libri addita eſt farrago benedictionum breuiſſimarum v. gr. quomodo Deo ſint gratiae perſoluendae pro vino, pomis, frugibus, leguminibus, aromatibus, floribus, iride apparente cet. Prodiit hic liber *Dyrenfurti* in 12. ſine mentione anni, quod membrat vir doctus in *Muſeo librorum nouorum Tom.* II. *Part.* XIV. *pag.* 105. *ſ.*

עשרים וערבעה Liber hic impreſſus eſt *Pragae* et *Dyrenfurti* 1703. quae poſterior editio per omnia ſequitur *Pragenſem*, niſi quod in *Dyrenfurtenſi* editione carmen, quod interpretatus eſt *R. Chajim filius R. Nathanis* in editionis *Pragenſis* philyra ultima exſtans omiſſum fuerit. Memoratur haec editio *Dyrenfurtenſis* in *Muſei loco citato pag.* 95.

צוק העיתים eſt liber exiguus in Quarto. Continet breuem hiſtoriam perſecutionum, quas perpeſſi ſunt Iudaei in Polonia et alia terra, quam non memini. Iudaei tamquam arcanum ſeruant hunc librum, quem *Buxtorfius* numquam vidit. Haec *Wagenſeilius* obſeruauit *de notitia librorum Rabbinicorum. pag.* 30. *ſ.*

תאבת לעיתים. Eſt quaſi Commentarius in librum Iudaicum עין יעקוב obſeruante *Wagenſeilio* in *notitia librorum Rabbinicorum. pag.* 28.

תולדות יהודה. Index eſt locorum Pentateuchi et Megilloth, quae ſive iuſto ordine ſive extra eundem explicantur in *Ialkut.* Editus atque excuſus eſt hic liber Pragae in forma quarta, quod obſeruauit *Wagenſeilius* in *notitia librorum Rabbinicorum. pag.* 13.

ANA-

ANALECTA AD TOM. III.

Pleniorem huius *Tomi* III. *Bibliothecae hebraeae Wolfii* nostri praeter alios dederunt Auctores der Jenaischen monathlichen Nachrichten von gelehrten Leuten und Schriften, ad annum 1727. *pag.* 365. *sequ.* recensionem, ex qua ego quoque varia, quae huic operi corrigendo et supplendo inserviunt, his supplementis strictim inserenda curavi.

Pag. 31. *num.* 72. *f.* Editionis, quam hic Wolfius memorat, quoque mentionem fecit *Io. Bernhardus Derossi* in *Tractatu de Typographia hebr. Ferrariensi pag.* 46. *sequ.*

Pag. 44. *lin.* 1. *pag.* 452. *sequ.*) Idem *Reimannus loc. cit. Lib.* I. *Cap.* XVIII. *pag.* 627. *sequ.* eundem hunc Rabbinum in numerum *Atheorum* refert. Observat enim ibidem, eundem in sua porta coelorum varias nugas Cabbalisticas Platonico fere more proposuisse, easdemque in eodem libro cum Philosophia Platonica tali ratione esse combinatas, ut iisdem suppositis recta via ad Atheismum sternatur.

Pag. 47. *lin.* 6. *Lundii* dissertatio hic citata non prodiit anno 1711. sed iam 1710.

Pag. 63. *num.* 153. c. Plenius hunc librum מִלְחֲמַת חוֹבָה inscriptum recensuit b. *Baumgartenius* in Nachrichten von einer Hallischen Bibliothek. *Tom.* I. *Part.* I. *num.* 7. *pag.* 33. 46. In eo tamen a sententia *Wolfii* nostri maxime recessit, quod censeat, librum istum, quem *Wolfius R. Abrahamo Romano*, qui in fine huius libri *R. Abraham Ben Iuda Lew* vocatur, tribuit, isti non tribuendum esse, cum hic ipse *Abraham Romanus* ab auctore huius libri in praefamine inter mortuos refertur; quo ex fundamento inconsultum foret affirmare, quod sit auctor libri. Formam etiam huius libri diversam indicavit *Wolfius*. Hoc enim in loco memorat, prodiisse hunc librum in forma duodecima, contra infra *Tom.* IV. *pag.* 718. ubi quoque eiusdem libri mentionem fecit, forma octava editum esse perhibet, quod posterius etiam *Baumgartenius loc. cit. pag.* 34. in notis confirmavit. Vnum adhuc superest, quod mihi de hoc libro memorandum erit. Nimirum ex hoc ipso libro Iudaico Autor *Fragmentorum* recentissimo tempore editorum a *Lessingio de fine et scopo Iesu et discipulorum eius* potiora tela et primaria sua argumenta contra religionem Christianam, quibus eam penitus infringere aut saltem labefactare conatus est, deprompsit, quod ipsum satis ingeniose detexit celeb. *Maschius* in libro doctissimo fragmentis his opposito. Saltem illud certum est atque evictum, auctorem Iudaeum hoc in libro fundamenti loco posuisse commentum istud, quod Iesus Nazarenus voluerit in hoc orbe terrarum mundanum et terrestre constituere imperium, cui voluntati suae eventus haud responderit, id quod etiam memoratus Fragmentorum scriptor palam professus est.

Pag.

Pag. 83. *num.* 201. Liber *Niſchmath Adam* prodiit quoque *Wilmersdorfii* 1732. 4. teſte *Io. Chriſtian. Wibelio* in *Relationibus innoxiis de rebus nouantiquis theologicis ad Annum Chriſti* 1743. *pag.* 515. Auctor eius potiſſimum agit in hoc ſcripto de eſſentia, origine, bonis moribus animae, futuro ſaeculo cet.

Pag. 84. *num.* 205. b. *Vri Veibſch.* Forte hic eſt idem ille, quem *Iacobus Lelongius Iekuthielem filium Iſaaci* appellat, quod quidem arbitratus eſt *Reimannus* in *Introductione hiſtorica in Theologiam Iudaicam pag.* 135. de cuius *verſione Bibliorum hebraicorum Iudaeo-germanica Wolfius* noſter *Biblioth. hebr. Tom.* II. *pag.* 454. *ſequ.* conferendus erit.

Pag. 126. *num.* 328. in fine.) Praeter hanc editionem *opuſculorum Alfragani* a *Riccio* editam, quam *Bartoloccius* et *Wolfius* memorant, aliàm Auctores *Relationum innoxiarum ad A. C.* 1735. *pag.* 126. *ſequ.* obſervant et plenius recenſent, quae A. C. 1515. apud *Io. Mitlerum* prodiit.

Pag. 130. *num.* 336. *Megillath Antiochus*) Legantur de hoc libro Autores *relat. innox.* 1713. *pag.* 1051.

Pag. 139. *num.* 361. b. IV. 793. *Orchoth Chajim.*) Plenius et erudite hunc librum Iudaicum recenſuit b. *Io. Frider. Hirtius Bibliothec. orientalis et exegetic. Part.* V. *pag.* 40. 48. Memorat idem ibidem *pag.* 45. aliam editionem huius libri *Mentenſem* a *Wolfio* praetermiſſam, quae anno aerae Iudaicae 527. Chriſti 1727. ſuaſu Rabbini *Pheilii Ben Liebermanni* in forma octava minori prodiit, et folia 36. complectitur, quam ſeipſum poſſidere teſtatur. Rectiſſime laudatus Auctor ex inſcriptione huius editionis coniicit, quod notiſſimus *Rabbi Iom Tof* hoc opuſculum ſententias morales continens in ſeptem particulas diviſerit, easque etiam in uſum indoctorum et mulierum in linguam Iudaeo-germanicam ab ipſo converſas fuiſſe, quae verſio Iudaeo-Germanica etiam huic editioni *Metenſi* ſubiecta ſit.

Pag. 145. *num.* 478. lin. 5. a fine paginae ad verba *Wolfii annotationibus marginalibus*) Adnotationes has ex Opuſculo quodam, quod inter eruditos tunc temporis circumferebatur, ſub titulo: *Benedicti de Spinoza Notae manuſcriptae ad Tractatum eius theologico-politicum* deſcriptas fuiſſe ex originali exemplari, quod poſſedit *Iohannes Rienwertz*, Typographus Amſtelodamenſis, obſervavit *Reimannus* in *Hiſtoria Theologiae Iudaicae pag.* 643. 644. in nota adiecta.

De *Ethica* eiusdem *Spinozae* praeter *Baumgartenium*, quem iam in ſupplementis meis ad *Tom.* I. *pag.* 241. adduxi, nonnulla memoratu digna etiam adduxit *Reimannus loc. citato pag.* 645.

Pag. 159. *num.* 417. עמודיה שבעה) De editione *Dyrenfurtenſi*, cuius *Wolfius* hoc in loco et *Tom.* I. *pag.* 265. fecit mentionem, nonnulla obſervantur in *nova Bibliotheca orbis eruditi Tom.* II. *Part.* XIV. *pag.* 94. *ſequ.*

Pag. 165. *num.* 435. ad verba *Wolfii lin.* 4. *Eius Tabulae* [illegible] *Mantuae* 1552. *prodierunt*) De hac editione *Dauid Clement* in Opere ſuo *Bibl.* [illegible] *th.*

tique curieuſe hiſtorique et critique des livres, qui ſont difficiles à trouver, Tom. II. *pag.* 159. ſequentia obſervat: „*L' edition huius operis de Montoue citée par Monſ.* „*Wolf ne doit ſon origine, qu' à une faute d' impreſſion, qu' il faut corriger ſur* „*la date de nôtre edition.*"

Pag. 175. *num.* 461. *c. R. Gerſchon Chaphetz*) De libro eius *Sepher Iad Charuſim* inſcripto uberius diſſeruit *Wibelius* in *Relationibus innoxiis ad Annum C.* 1743. *pag.* 688. *ſequ.* ubi quoque de eius Auctore memorat, eundem admodum invenem morbo epidemico correptum ex hac mortalium vita emigraſſe anno ab O. C. 5460. C. 1700. quo ipſo anno hoc eius opus *Venetiis* typis excuſum fuerit. Praeterea *Wibelius* non impreſſam reliquit uberiorem recenſionem huius operis Iudaici, ad prelum iam paratam, una cum verſione regularum Poeſeos hebraicae, quae in eodem occurrunt, quod narratur a b. *Elia Friderico Schmerſahlio* in den Nachrichten von iezt lebenden Gottesgelehrten. *Part.* II. *pag.* 1035.

Pag. 181. *num.* 481. *Zemach David*) *Pragenſem* editionem huius operis Iudaici nuncupat *auctiorem.* Potius hoc praedicandum erit de *Francofurtenſi* editione de Anno 1692. cui ipſe *Wolfius* noſter etiam nomen auctioris editionis conceſſit *Tom.* I. *Bibliothec. hebr. pag.* 293. Deinde haec editio vere prodiit anno 1692. quo *Pragenſis* non prodiit, unde forte per ſphalma typographicum hoc encomium *Pragenſi* editioni tribuitur. Quae doctiſſime monuit vir doctus in *Relationibus menſtruis Ienenſibus de viris eruditis eorumque ſcriptis ad annum 1727. pag.* 369.

Pag. 191. *lin. 6. 7. non Poloniae, ſeu Vir doctus ſcripſit*) Vir iſte doctus, cuius hic literarium errorem obſervavit *Wolfius* noſter, eſt *Io. Iacob. Schudtius.* Iſte enim in *Praefatione* editionis ſuae *Francofurtenſis* huius Commentarii *Ianuierium pag.* 14. ibidem correcturus, qui ſibi perſuadet, *Paulum Fagium* eundem Commentarium in Germania *Iſnae* edidiſſe, coniecturam propoſuit, quod *Ianvierius Iſnam Poloniae* urbem cum *Iſenaco* urbe Thuringiae confuderit. Equidem *Ianvierius* facili negotio ex eius dialecto Franco-Gallica, cum Gallus natione fuerit, excuſari poterit. Contra b. *Schudtius* hic gravius contra Geographiam patriae ſuae Germaniae inſpegit, quod etiam poſt *Wolfium* monuerunt Autores citati *Relationum menſtruarum Ienenſium l. cit. pag.* 370. Plura videantur, quae ſupra obſervavimus ad *Tom.* I. *pag.* 303.

Pag. 215. *num.* 538. in fine) Plura de hac inſcriptione a *Wolfio* memorata in medium adduxit vir doctus im neuen Bücherſaal der gelehrten Welt. *Tom.* I. *Part.* IX. *pag.* 699. *ſequ.* ubi quoque in notis *Springeri* huius vita narratur. Titulus huius inſcriptionis, quae *Dyrenfurti* 1705. in folio edita eſt, hebraicus דרך הנשר, deſumtus eſt ex *Prov.* XXX, 19. Conferas quoque, quae in eodem opere periodico obſervantur *Tom.* II. *Part.* XIV. *pag.* 94.

Pag. 227. *num.* 5. *lin.* 2. *paginis* 15.) potius corrige: foliis 15. quibus absolvi hoc opus testatur *Deroſſi* in Tractatu suo *de Typographia Ferrariensi hebraica Cap.* III. *pag.* 30. *edit. Erlang.*

Pag. 239. *lin.* 5. *a fine paginae*) Citatur hic a *Wolfio* nostro *Epistola Io. Antonii Strubbergii de Victore a Carben eiusque scripto.* Quam vero cum *Wolfio* propriis oculis suis inspicere haud licuerit, id quod vel ex eo suspicantur Auctores *Relationum mensiruarum Ienensium ad A.* 1727. *pag.* 371. quod in sua narratione de *Carbenii* scripto ea corrigere et plenius ex ea collustrare omiserit, quibus uberior lux ex eadem adfundi potuisset, in gratiam lectorum meorum, ex memoratis Relationibus ea latine expressa hic adferam, quae ad supplendam *Wolfii* narrationem ex hac Epistola inservire poterunt. *Wolfius* refert de duabus editionibus huius scripti, *Colonienſi* nimirum et *Parisienſi*, quarum priorem saltem recensuit *Strubbergius.* Quodsi vero *Wolfius* nostro loco *pag.* 238. de Colonienſi editione memorat, eandem praemissam sibi habere *Ortuini Gratii*, tanquam editoris, Dedicationem ad Philippum Archiepiscopum Colonienſem, *Strubbergius* contra adfert, statim post titulum huius editionis exhiberi *Ortwini Gratii epigramma*, quo commendatur hoc scriptum lectoribus, deinde ex eius relatione pagina secunda post titulum sequitur *Ortwini Epistola ad Theodoricum, Philippi Archiepiscopi Colonienſis in pontificalibus Vicarium generalem*, quam demum pagina 3. excipit *epistola dedicatoria ad Philippum Archiepiscopum Colonienſem*, quam Strubbergius non *Ortuini Gratii*, sed potius ipsius *Victoris a Carben* foetum appellat. In reliquis narratio *Strubbergii* de hoc libro cum *Wolfii* historia consentit, praeterquam quod *Strubbergius* adhuc memoret, libro tertio huius operis praefixam esse *Ortwini* aliam *Epistolam ad Heliam de Luna*, quae tamen nihil fere memoratu dignum complectitur.

Pag. 259. *num.* 619. d. Excusus est hic liber (*Derech Chajim*) *Solisbaci* anno 1692. 4. Postea typis Dyrenfurtensibus accessit *supplementum* eius, דרך חיים הירושים inscriptum, quod memorat vir doctus in *indice librorum Iudaicorum Dyrenfurtensium num.* 19. Vid. *Bibliotheca nova librorum orbis eruditi. Tom.* I. *Part.* IX. *pag.* 704.

Pag. 260. *num.* 618. *lin.* 4. et 5. ad verba *Wolfii*: *Floruit Saeculo* XIV. *ineunte*) potius: saeculo XVI. circa medium circiter, prouti correxit b. *Io. Franciſc. Buddeus* in *Introduct. in Philoſoph. Hebraeor. pag. m.* 182.

Pag. 274. *num.* 644. *Or Iehova*) Huius libri editionem *Ferrarienſem*, quam *Wolfius* noster, stemma *Vſquianum* in fine eius conspicuum secutus, ad A. C. 1556. refert, potius impressam esse A. aerae Iudaicae 315. C. 1555. observauit *Io. Bernhard. Deroſſi* Tract. *de Typographia hebraica Ferrarienſi. Cap.* III. *pag.* 38. *edit. Erlang.*

Pag. 283. *lin.* 3. *C.* 1608.) praeterea etiam *Wilnersdorfii* 1716. Folio, quam editionem una cum ea, quae annotationibus in varios codices Talmudicos

instructa

instructa est, et quam *Wolfius* paulo infra notauit, diligenter recensuit *Io. Christian. Wibelius* in *Relationib. innoxiis de rebus nouantiqu. theologic.* ad A. C. 1743. *pag.* 510.

Pag. 304. *num.* 700. ad verba: *obiit anno C.* 1609.) aetatis suae 104. quod etiam observat *Wibelius* in [illegible]*tionib. innoxiis* ad A. C. 1743. *pag.* 510.

Pag. 314. *lin.* ultim. [illegible] *Io. de Gara*) Pro his verbis potius scribas: apud *Suan de Gara*, cum manifeste confuderit Wolfius [illegible] literas Hebraeorum Sain et Iod, prouti correxit *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* IX. *Part.* LI. *pag.* 207. not. adiecta.

Pag. [illegible]7.) *Versionem Italicam Dialogorum* horum quod attinet, in recensendis eius editionibus unam *Wolfius* noster praetermisit, quae *Venetiis* apud *Aldum* A. C. 1545. in forma octava prodiit, quam inter rariores libros retulit et data opera rece[illegible] *Theophilus Sincerus* in *Collectione scriptorum rariorum et antiquiorum, Part.* [illegible] *pag.* 175.

[illegible] 333. *num.* 752. 2. *lin.* 5. *Wolfio* nostro in sententia sua, quod coniectura [illegible]*abbataei*, scriptum hoc *Coloniae* impressum esse, maxime incerta sit, calculo suo accessit recentissimo tempore *Derossi* in *diatribe de hebraicae typographiae origine et primitiis. Cap.* VII. *§.* 4. *pag.* 84. *edit. Erlangens.*

Pag. 342. *num.* 779. לכל חפץ) Editionem Venetam, quam *Wolfius* hic memorat, appellat *David Clement Bibliotheq. curieuse histor. et critiq. Tom.* I. *pag.* 7. editionem *perraram.* Idem etiam praeterea, librum hunc prodisse *Romae* A. C. 1535. in forma quarta, *Venetiis* 1541. et 1558. in forma octava. Anno autem C. 1568. idem opus in linguam Italicam translatum est, cuius versionis auctorem *Nicolaus Antonius* in *Bibliotheca Hispanica nova Tom.* I. *pag.* 817. esse perhibet *Iohannem Costa, Argentinensem.*

Ibid. num. 780. ad verba: *operarum vitio*) Errorem istum *Hottingeri* forte inde ortum esse coniiciunt [illegible]*oloccius Bibliothec. magn. Rabbin. Tom.* III. *pag.* 8. et *Buddeus* in *Introduct.* [illegible] *Historiam Philosoph. Hebraeor. pag.* 188. 189. quod *Hottingerus* satis incaute secutus fuerit *Buxtorfium*, qui duos huius libri titulos adducit, alterum Kabbalisticum *R. Iehuda Schemaia*, non autem R. *Iedaiah.*

Pag. 361. *num.* 822. Liber hic in fine huius numeri a *Wolfio* adductus: Buch des Glaubens des Messias, prodiit quoque *Hamburgi* 1720.

Pag. 373. *num.* 837. ad 7.) Editionem *Ferrariensem* huius libri iuxta epigraphen [illegible]m potius ad annum aerae Iud. 316. C. 1556. referendam esse, censet *Derossi* in *Tract.* de *Typographiae hebraicae origine et primitiis Cap.* III. *pag.* 46. ex cuius coniectura *Wolfius* noster alium annum aduuxit, quoniam alia in titulo, alia vero eaque serior nota anni sub finem libri huius in suo exemplari expressa fuerit.

Pag. 421. *num.* 9. Editionem *Schülchen Aruch* de A. C. 1428. cum *Caillio* et *Wolfio* nostro pro spuria et supposititia declarauit *Derossi de Typograph. hebr. origine et* [illegible]*itiis Cap.* VIII. *§.* 1. *pag.* 91. *edit. Erlangens.*

Pag. 425. *num.* 970. *R. Ioseph Karaeus*) Floruisse hunc Rabbinum Saeculo XI. confirmat quoque *Reimannus* in *Histor. Theolog. Iudaicae pag.* 480.

Pag. 442. IV. 864. Numerus a *Wolfio* articulo suo de *R. Iacobo Ben Aschet* praepositus 1024. corrigatur, et pro illo ponatur alius nempe 1023. sub quo numero *Tom.* I. *pag.* 582. de hoc Rabbino actum est.

Pag. 444. post medium paginae:) Editionem *Plebisacienſem* libri *Arba Turim*, quam *Wolfius* hoc in loco memorat, appellat *Dauid Clement* in *Bibliotheque historique et critique Tom.* II. *pag.* 159. editionem perraram primariam, quod ipsum etiam confirmant Auctores *Noverum Lipsienſium literariorum* ad A. 1727. *p.* 1019. Memoratus *Clement* loco citato addit sequentia: „*Iamais il n' a été de Liure „Hebreu imprimé chez les Iuifs, qui soit plus ancien que celui-ci et n' a jamais été „aucun Auteur, qui ait rapporté auec verité une Edition imprimée auant l' année „1478. Il est vrai, que Iean de la Caille raconte dans son Histoire de l'Imprimerie pag.* 6. *apres Boxhornius, que le liure du R. Ioseph Karo intitulé Schulchan Aruch auoit été imprimé à Venise de l' an* 1428. *mais qui ne voit que c' „est une bourde? Nôtre edition* (*Plebisac.* 1478. *fol.*) *conseruera donc le premier rang, iusques à ce que l' on nous en faſſe voir auec certitude une plus ancienne, qui soit sortie „d' une presse Iudaique.*" Caeterum plura de hoc opere Iudaico eaque memoratu digna memorant *Bartoleccius Bibliothec. magn. Rabbinic. Tom.* III. *pag.* 537. Auctor *Bibliothecae ecclesiasticae* Gallicae *Tom.* I. *pag.* 653. et *Io. Bernhard. Deroſſi* in *Tract. de hebraicae Typographiae origine et primitiis Cap.* III. *pag.* 15. *ſ.*

Pag. 446. *Soncini* 141. C. 1481. Vberius de hac editione verba fecit *Deroſſi loc. cit. Cap.* IV. *pag.* 18. *ſequ.* qui eandem ob defectum exemplarium pro dubia et fere spuria venditat. Idem notat, praetermissam esse hic a *Wolfio* nostro mentionem editionis *Pragenſis* de anno 1540.

Pag. 447. *lin.* 12. ad verba: *Ex calce patet* cet.) Contra ea, quae *Wolfius* hic loci obseruauit, varia monuit *Deroſſi* [illegible]nato. *Cap.* VI. § 11. *pag.* 71.

Pag. 467. *num.* 1049. b. 1.) Plenius [illegible]ripsit editionem *Ferrarienſem* libri יסוד a Wolfio nostro memoratam *Io. Bernhard. Deroſſi* in Tractat. *de Typographia hebraica Ferrarienſi Cap.* III. *pag.* 43. 44. ubi quoque varia, quae *Wolfius* circa eandem obseruauit, doctissime emendantur. Sic, cum Wolfius hoc opusculum paginas 14. complecti affirmet. ex obseruatione Viri huius doctissimi potius comprehendit 16. folia. Deinde quoque inscriptionem eiusdem scilicet שיר seu carmen rhythmicum, falsam et suppositiciam esse perhibet *Deroſſi*, quippe [illegible] potius hac ratione exprimenda foret: *Schilte haggibhorim* s. clypei fortium.

Pag. 471. *num.* 2. *Wilmersdorfii* 1717. *fol.*) Varia de hac editione memorantur a *Io. Christian. Wibelio* in *consignatione librorum ex typographia Wilmersdorfi editorum* in *Relationib. innoxiis ad A. C.* 1743. *pag.* 507.

Pag. 534. *num.* 1129. *Seculo* XII.) Vid. supplementa mea ad *Wolf. biblioth. hebr. Tom.* I. *pag.* 621. *num.* 1139.

Pag.

Pag. 542. num. 1142. *Baſhuyſenianam* editionem *commentarii R. Iſaaci Abarbanelis in Pentateuchum Wolfius* noſter appellat *elegantem*. Interim tamen obſeruauit vir doctus in *Relationibus menſtruis Ienenſibus*, de Anno 1727. *pag.* 373. quod eadem non ſatis ſit correcta et accurate expreſſa, unde iſta hoc encomium a Wolfio eidem tributum vix meretur.

Pag. 542. *Commentar. in Danielem Amſtelodami* 1647. 4.) Falſum eſt, quod hic *David Bar Abraham de Caſtro* fueritis, cuius ſumtibus haec editio prodiit, cum tantum hic ipſe typotheta fuerit, ex cuius officina typographica edita fuit haec editio, id quod obſervat b. *Baumgartenius* in Nachrichten von einer Hallischen Bibliothek. *Tom.* II. *Part.* VII. *pag.* 20. *not. adiecta.* Plura de eodem opere *Abarbanelis* obſervavi in ſupplementis ad *Tom.* I. *Bibliothec. ebr. pag.* 633.

Ibid. num. 6. Sententiam *Wolfii* noſtri, quod *Schabbatanus*, quem etiam hac in ſententia ſecutus eſt *Io. Henricus Maius* in *vita Abarbanelis*, annum, quo liber hic ſcriptus eſt, cum illo, quo prodiit in lucem publicam, confuderit, inde etiam confirmat *Io. Bernhard. Deroſſi de Typographiae hebraicae origine et primitiis. Cap.* VIII. *§.* 19. *pag.* 106. *edit. Erlangenſ.* quod ipſe *Abarbanel* in fine huius ſcripti confeſſus fuerit, ſeſe illud ipſum *Monopoli* Anno 256. ad finem perduxiſſe. Hinc idem ipſe *Deroſſi* editionem *Conſtantinopolitanam* de anno 256. C. 1496. pro ſuppoſititia declarat, et *Wolfio* accedit, qui eandem ſummo cum iure ad annum aerae Iud. 266. C. 1506. referendam eſſe cenſet.

Pag. 546. fere circa medium paginae.) De *Iacobi Chuſſetii confutatione libri Chiſſuk Emunah* digna eſt quae legatur b. *Iacob. Wilhelm. Blauſuhii* recenſio in den vermiſchten Beyträgen zur Kenntniß ſeltner und merkwürdiger Bücher. *Part.* I. *pag.* 35. 43.

Pag. 571. in medio, ad verba: *Ad eam expreſſa eſt editio Sabionetenſis.)* Memorant hanc editionem, eamque rariſſimam eſſe perhibent Auctores *Bibliothecae novae librorum germanicae*, *Tom.* V. *Part.* 59. *pag.* 854. et *David Clement* in opere ſuo, *Bibliotheque curieuſe et critique* inſcripto *Tom.* I. *pag.* 208. cuius poſterioris verba ex nota ibidem adiecta eo libentius hic deſcribo, quo certius de numero et pretio editionum huius Operis conſtet. Sequenti ratione autem ſcripſit „*Clement*: „*La premiére edition de cet Ouurage, qui eſt la plus-rare, parut à* „*Conſtantinople l' an* 254. *ou de C.* 1494. *fol. La ſeconde vit le iour à Veniſe* „*chez Daniel Bomberg l' an* 1521. *et* [illegible] *in Folio. Volum.* III. *La troiſiéme* „*ibidem l' an* 312. *ou de C.* 1552. *in Folio. Volumes* II. *C' eſt ſur cette derniére* „*edition, qu' a été faite la nôtre de Sabioneta de l' an de Ieſus-Chriſt* 1554. *Elle eſt un peu plus ample, que celle de Veniſe. La cinquiéme a été imprimée Ri-*„*uae Tridenti l' an* 318. *ou de C.* 1558 *in Folio, Volumes* III." Praeterea quoque hanc editionem rariſſimam obſeruauit quoque *Io. Bernhard. Deroſſi* in *Annalib. typograph. hebr. Sabionetenſ. num.* VII. *pag.* [illegible] *Iequ.* eandem emaculatiorem et pleniorem praecedentibus eſſe pronunciat.

Ibid. paulo infra, lin. 6. a fine paginae, ad verba: [illegible]*ienſis an.* 357. *C.* 1597. — *rarior)* Idem quoque raritatis teſtimonium de ipſa perhibet *Gottfried. Chriſtian. Goetzius* in *Programmate*, quo Bibliothecae senatus Lipſienſis publicae [illegible]em indixit (1711.) *pag.* 18. (Vid. Neuer Bücherſaal der gelehrten Welt. *Tom.* I. *Part.* XII. *pag.* 919.) et *Clement. loc. citato Tom.* I. *pag.* 208. not. ubi ſcribit." *Il ſuffit pour prouuer la rareté de cette Edition de dire, qu' elle a été procurée par les ſoins d' Iſaac ben Aharon Proſtitz. Elle eſt enrichie des commentaires de Raſchi, R. Niſſim, R. Ionas* cet.

Pag. 572. addatur in medio paginae poſt ea, quae *Wolfius* de editione *Francofurtenſi* et *Amſtelodamenſi* obſeruauit, quod de iisdem ſcripſit *Clement. loc. citato not.* „*Les Iuifs de Francfort entreprirent en faire une nouuelle édition ſur* „*celle de Sabioneta auec quelques Supplements en eu lieu: ce qui excita les Iuifs d' Am-* „*ſterdam en* 480. *ou de C.* 1720. *in Folio Volum.* III. *edition entreprendre. C'eſt* „*la plus ample de toutes les Editions, que Wolfius memorat.*"

Pag. 584. *num.* 1218. *b.)* *Editionem Conſtantinopolitanam* huius *Commentarii in Iobum* plenius deſcripſit eique magnum raritatis pretium tribuit b. *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* X. *Part.* LVIII. *pag.* 284. *ſequ.*

Pag. 626. IV. 1887. *num.* 1285.) Liber *R. Iekuthielis filii Auigdor* inſcriptus *Lechem happanim* quoque praeter editionem a *Wolfio* memoratam prodiit *Wilmersdorffii* 1726. quod obſeruat *Io. Chriſtian. Wibelius* in *Relationibus innoxiis de rebus nov-antiquis theologicis* ad annum Chriſti 1743. *pag.* 511.

Pag. 624. *num.* 1295. b. *lin.* 2. Scriptor chriſtianus, qui ſub nomine *R. Iſmaelis filii Abrahami* contra *Houttevillium* ſcripſit, quem ſe neſcire fatetur *Wolfius* noſter, fuit doctiſſimus *Stephanus Fourmontius*, quod obſeruavit b. *Elias Frideric. Schmerſahlius* in den Nachrichten von jüngſtverſtorbenen Gelehrten. *Part.* [illegible] *pag.* 27. *ſequ.*

Pag. 630. *num.* 1308. b.) Vid. *Tom.* I. *pag.* 808. *num.* 6. et III. *pag.* 735. *num.* 6.

Pag. 649. *num.* 5. *Comment. in Proverbia*) Vid. ſupplementa mea ad *Tom.* II. *pag.* 409.

Pag. 661. Noviſſime prodiit *Amſtelodami* 1711.) Plenius et accurate ſatis de hac libri *Nizzachon* editione commentatus eſt b. *Baumgartenius* Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothek. *Tom.* VII. *Part.* XL. *pag.* 333. 336.

Pag. 708. *num.* 16. *lin.* 4. *plagulis tribus)* Varia de hac verſione germanica libri Iudaici *Niſchmath Chaſim* in medium adduxit *Wibelius* in *Relat. innoxiis* 1726. *pag.* 602. *ſequ.*

Pag. 727. *num.* 1513.) Vid. ſupplementa mea ad *Tom.* I. *pag.* 801. *num.* 1513.

Pag.

Pag. 736. in fine *num.* 6. *Act. erudit. Lipſienſium* 1724.) *Mart. num.* 13. ubi recenſetur haec *Ieſuitienſis* editio a *Wolfio* memorata. Iidem Autores ſequente *menſe Maio* eiusdem anni ſuis commentariis Addenda huius obſervationis inſeruerunt, in quibus inſuper lectores monent, quod Commentarius in hac editione non plene et perfecte abſolutus ſit, cum typotheta demum tum, cum usque ad Ieremiae caput XXVI. perveniſſet, animadverterit, ſibi in ſuo exemplari, quod ipſi ad manus eſſet, quaedam folia eſſe manca atque penitus deficere, quod ipſum eum monuit, ut in folio 102. ſtatim in principio memorati capitis laboris ſui filum abrumperet. Similis lacuna etiam occurrit in *Ieremiae* capite XXXVIII. ubi omnia, quae hoc caput ſequuntur, una cum uniuerſo Ezechielis vaticiniorum volumine deficiunt. Interim is, qui ſumtus huius editionis fecit, promiſit, ſeſe ſuppleturum eſſe hos et ſimiles defectus huius operis in editione reliquorum *Miſchechi* Commentariorum. Vid. *Nova literar. Lipſ. de A.* 1724. *pag.* 423. Non obſtante hoc defectu etiam, quod mirandum eſt, numerus foliorum ſuo ordine procedit. Etiam editor huius editionis *Iſaacus Calomymus fol.* 111. col. a. ſeſe probe propter hunc defectum excuſavit, cum ſcribat, ſeſe iſta, quae deſunt, non ſecum attuliſſe, ſed eadem potius domi reliquiſſe. Cum vero tempus lectoribus ſuis nimis longum fieret, ſi prius in patriam proficiſci et inde ſupplementa harum lacunarum deportanda curaret, interea ſeſe iſta, quae ſibi fuerint ad manus, imprimi curauiſſe pronunciat. Vid. *Relat. Ienenſes menſtr.* 1727. *pag.* 373. *ſequ.*

Ibid. *num.* 10. ad verba: *recuſus Ieſnitii*) continet 15. plagulas. Pluribus de hac editione conferendi ſunt Auctores *Actorum erudit. Lipſienſ. latin.* 1725. *Septembr.*

Ibid. *num.* 11. Recentiſſima eſt *Ieſnitienſis* 1711. *fol.*) De qua nonnulla a me obſervata leguntur in ſupplementis ad *Tom.* I. *pag* 809. *num.* 11.

Pag. 738. *lin.* 3.) Verſionem Hiſpanicam R. Moſis Altarae de Anno 1609. a *Wolfio* hoc in loco memoratam perraram appellat *Clement Bibliothéque hiſtoriq. et critique Tom.* I. *pag.* 221. Simili ratione quoque de raritate eius teſtatur *Daniel Gerdeſius* in *Florilegio librorum rariorum pag.* 14. In Bibliotheca *Sartaziana* vendita eſt haec editio quatuor florenorum pretio, quod obſervavit *Clement. loc. citato not.* 42. *Wolfium* noſtrum ipſum eandem magni aeſtimaſſe pretii, ex eo conlici poterit, quod iſte *Maturino Veyſſerio la Crozio* commiſerit, ut eandem pro ſe, quocunque fieri poſſet, pretio redimeret, quod ipſe memorat *La Crotze* in *Theſauro epiſtolico Lacrotziano a Io. Ludou. Vhlio edito. Tom.* II. *pag.* 131. et 134.

Pag. 750. IV. 907. *num.* 1541. d. *Moſes ben Daniel*) Mentionem fecit hic Rabbinus in libro ſuo סגירת התלמוד inſcripto, conſuetudinis penes Iudaeos tum Norimbergenſes tum Ratiſponenſes diſputandi, quae vocatur בלא זאת, eiusque uberiorem explicationem pollicitus eſt. Cum vero *Buſſhuyſenius* eundem accuſaverit in *Addendis* ſuis *ad clavem Talmud. maximam*, quod huic promiſſo ſuo

non

fecerit, neque scriptum eius a *Wolfio* memoratum eiusmodi explicationem contineat, contrarium hinc demonstravit simulque hunc Iudaicum Doctorem ab hac iniusta accusatione *Basnagii* defendit celeb. *Io. Andr. Michael Nagelius* in dissertatione doctissima de modo disputandi, *quo doctiores Iudaei quondam Norimbergae in exercendis atque acuendis suis discipulis usi sunt*. quae prodiit *Altorfi Novorum* 1737. et cuius argumentum strictim exhibetur in den Hamburgischen gelehrten Berichten ad annum 1737. *pag.* 291. 293.

Pag. 752. *num.* 1. [illegible] Editus est hic liber *Venetiis*, Anno aerae Iudaicae 463. C. 1703. forma duodecima, et constat foliis 30.

Pag. 776. *Lib.* V. *tract.* 2. Coniunctim sex dissertationes, quae hanc *Woeldikii* versionem constituunt, in publicam lucem prodierunt Lipsiae 1734. uti memorat *Elias Frid. Schmersahlius* in den Nachrichten von verstorbenen Gelehrten. *Tom.* II. *Part.* 2. *pag.* 345. Vid. quoque *Tom.* IV. *Bibliothecae* huius *hebr. pag.* 915.

Pag. 796. *lin.* 4. a fine paginae.) Hanc editionem, quam *Wolfius* noster hoc loco ad annum aerae Iudaicae 250. C. 1490. refert, infra *Tom.* IV. *pag.* 921. ab ea, quae anno 249. C. 1489. prodiit, prorsus non esse distinctam censet, qua in sententia autem erraviſse *Wolfium* nostrum clarissime ostendit *Io. Bernh. Derossi* in *disquisitione de hebraicae Typographiae origine et primitiis. Cap.* V. *§.* 12. *pag.* 51. ubi plenior eiusdem editionis exhibetur descriptio. Locum impressionis eius quod attinet, ex sententia eiusdem Viri doctissimi prodiit *Neapoli*, et comprehendit paginas 243. Forma eius non est quarta, uti *Wolfius* perhibet, sed potius in Folio prodiit. Caeterum expressa est haec editio Italica vulgari dialecto Rabbinorum. Cum autem contra *Vlyssiponensis* editio de anno 249. C. 1489. Hispanicam Iudaeorum dialectum referat, iam ex eo, quantum haec editio ab ista, quam hoc in loco memoravit *Wolfius*, differat, facili negotio iudicari poterit.

Pag. 800. *num.* 26. *Neapoli* C. 1490. In hac editione praeter ultimam sectionem libri *Torath Adam* nihil exhibetur, quod observarunt *Derossius disquisit. de typographiae hebr. primitiis. Cap.* V. *§.* 11. *pag.* 54. *sequ.* Vid. *Wolf. Tom.* I. *pag.* 880. *num.* 26.

Pag. 810. *num.* 1. *Orthonae* 315. C. 1555.) Hanc editionem *Grammaticae Mosis Kimchii hebraicae Derossi* in *disquisitione de hebraicae Typographiae origine et primitiis cap.* VIII. *§.* 4. *pag.* 93. ex rationibus haud spernendis pro spuria et supposititia venditavit. Memorat idem praeterea, quod in suo exemplari eiusdem specialis et plane singularis titulus huic operi praefixus sit, in quo tam impressionis locus quam annus tum nomine typothetae huius libri Iudaici fuerit expressus, quae omnia produnt, longe recentiorem esse aetatem huius editionis, quam hic a *Wolfio* perhibetur.

Pag.

Pag. 823. *num.* 1682. b. Vid. *Tom.* IV. *pag.* 927. 928. ad quem locum conferantur simul Auctores *Relationum menſtruarum Ienenſium* ad annum 1727. *pag.* 375. 376.

Pag. 844. *num.* 1712.) Varia memoratu digniora de libro *Emek hammelech* tradidit *Reimannus* in loco a *Wolfio* adducto. Imprimis huc ſpectat, quod *R. Naphtali Hirtz* plurima, quae in hoc libro occurrunt, ex ſcriptis *R. Iſaaci Loriae* hauſerit, quibus eum quam maxime in reſoluendis Cabbaliſtarum aenigmatibus uſum fuiſſe conſtat. Vid. *Reimann. Hiſtor. Theol. Iudaicae.* pag. 443.

Pag. 859. *num.* 1753. *lin* 4. *Amſtelodami* 408. C. 1648. in 4.) Prodiiſſe hanc editionem *apud Moſen ben Iſrael.* Melius ſcribas: *apud Ioſephum Ben Iſrael*, uti correxit hoc erratum *Wolfii Baumgartenius* in Nachrichten von einer Hallischen Bibliothek. *Tom.* II. *Part.* VII. *pag.* 9. in notis adjectis. Plura vide apud *Wolfium Tom.* I. *pag.* 933. et in Supplementis meis ad hunc locum.

Pag. 867. *num.* 2. Quod dubia et fere ſpuria ſit *Bononienſis* editio ſcripti *On Ammim*, quam prodiiſſe putant nonnulli anno 1471. (Vid. *Wolf. Tom.* I. *pag.* 939. II. 944.) cum *Wolfio* noſtro affirmarunt *Chriſtoph. Saxius* in *Prolegomenis ad Hiſtoriam typographico-literariam Mediolanenſem*, et *Io. Bernhard. Deroſſi* in *Diſquiſit. de origine et primitiis Typographiae. hebr. Cap.* VIII. *§.* 6. *p.* 96. qui poſterior hanc ſententiam novis argumentis confirmare ſtuduit.

Pag. 882. *num.* 1797.) De eius *Catechiſmo* legantur, quae obſervavi ſupra in *ſupplementis ad Tom.* I. *pag.* 952.

Pag. 908. *num.* 1.) Scriptum hoc loco memoratum de *Tekuphoth Iudaeorum* plenius recenſetur in *Relationibus innoxiis de rebus novantiqu. theologic. de Anno* 1718. *pag.* 494. Vid. quoque ibidem ad Ann. 1716. *pag.* 848. Plura de hac materia obſervata ſunt in *ſupplementis* his *ad Tom.* II. *pag.* 1110. ubi ſimul alii ſcriptores, qui de eadem materia tractarunt, memorantur.

Pag. 932. et *Tom.* IV. *pag.* 954. *num.* 1830. b. Narrationem vitae huius clariſſimi Ex-Iudaei debemus *Iohanni Chriſtiano Wibelio*, qui eandem Parti ſeptimae Iudaiſmi recentioris huius Iudaei praemittendam curavit. Vid. *Acta hiſtorico-eccleſiaſtica nova Vinarienſia. Tom.* V. *pag.* 914.

Scripta huius *Ex-Iudaei* quod attinet, iis, quorum Wolfius mentionem fecit, iungantur ſequentia:

אמונה חדשה של יחודים. h. e. das neue Judenthum, qui liber ſeptem partibus abſolutus eſt, quarum prima *Onoldi* 1735. 8. prodiit. *Parte* VI. quae edita eſt *Schwobaci* 1738. imprimis egregie *de libro Sohar* commentatus eſt. Vid. *Relation. innoxias de Anno* 1745. *pag.* 200. *ſequ.* Prioribus duabus Operis huius partibus *Io. Chriſt. Wibelius* nonnullas adiecit adnotationes, quae in opere ipſo litera W. ſignatae exhibentur.

אמונה ישנה של יחודים) h. e. altes Judenthum, cuius operis prima Pars prodiit *Schwobaci* 1739. 8. Vid. *Relation. innox.* citatas de Anno 1741. *p.* 317.

Geſpräch im Reich der Todten über die Bibel und den Talmud. *Schwobaci* 1737. Vid. *Relation. innox.* 1742. *pag.* 451. Information, was einem Juden, der einen Eyd ſchwören will, vorzuhalten ſey. Citatur hoc ſcriptum a *Io. Wilhelm. Englerto* in *diſſertat. de Iuramentis Iudaeorum. Giſſae* 1747. Annum, quo prodiit, ignoro.

Pag. 942. *num.* 3. Fortaſſe *Colonienſis* editio *Speculi adhortationis* de Anno 1508. quam *Wolfius* hic memorat, ab ea non diſtincta eſt, cuius mentionem fecit b. *Daniel Salthenius* in *Catalogo librorum Bibliothecae ſuae rariorum. pag.* 51. *num.* 266. Eſt autem ea *Belgice* expreſſa et ſequenti titulo inſtructa: Ich heyſch ein Böchelgyn der Joden Bicht. In allen Orten vint man mich licht, vil newe meren ſynt mir wail becannt, ich will mich ſpreyden in alle Landt. Wer mich leſt, dem wenſch ich Heyl. Doch dat ich den Jöden nict werde tzo deyl. Gedruckt in Cöllen durch Joh. Pfefferkorn im vartzyden eyn Jöde. 1508. 4.

Pag. 970. *num.* 1892. *lin. 6. a fine paginae*) Coniecturam *Oppenheimerianam*, quod editio a *Wolfio* memorata libri *Eben Bochen* anno aerae Iudaicae 249. C. 1489. impreſſa ſit *Neapoli*, ſuo calculo comprobat *Io. Bernhard. Deroſſi* in *diſquiſit. de hebraicae Typographiae origine et primitiis. Cap.* VII. §. X. *pag.* 89. praeſertim ex ea ratione, quoniam hoc ſcriptum in hac editione iisdem, quibus *Chobath Hallevavoth*, typis impreſſum ſit, quod etiam *Wolfius* noſter obſervauit.

Pag. 979. IV. 965. *num.* 1897. c. Praeter ſcripta his in locis a *Wolfio* noſtro memorata idem hic *Ex-Iudaeus Chriſtianus de Pomis* quoque edidit *Orationem*, quae inſcribitur: *Trinitas probata et vindicata ex Veteris Teſtamenti et Rabbinorum Commentariis ipſo Trinitatis feſto publicata a Chriſtiano de Pomis*, de qua pluribus commentatus eſt *Wagenſeilius* in *Notitia librorum Rabbinicorum. p.* 173.

Pag. 982. *num.* 1899, 2. Tractatus hic de mactationibus Iudaeorum quoque prodiit germanice *Wittebergae* 1677. 4. Vid. *Wolf. Bibliothec. hebr. Tom.* II. *pag.* 1433. *num.* 677.

Pag. 985. *num.* 1901. 1. Hunc librum לקוט ראובני inſcriptum ſ. *pera Rubenitica Buxtorfius* in *Bibliothec. Rabbinic. pag.* 90. et *Io. Chriſtian. Wibelius* in *Relationib. innoxiis de rebus nouantiqu. theologicis* ad A. C. 1740. *pag.* 786. eundem eſſe Commentarium ſuſpicantur, quem olim in ſua Bibliotheca poſſedit Auctor clariſſimus Kabbalae denudatae *Knorrius a Roſenroth.*

Ibid. *num.* 3. Editio huius libri potius tribuenda eſt *R. Abraham Cohen Sopher* teſte viro docto in Ephemerid. Goetting. literar. 1783. *Scid.* 128. *pag.* 1280. Vid. infra in Appendice doctorum Iudaicorum a *Wolfio* omiſſorum.

Pag. 1027. *num.* 1960.) *Dyrnfurtenſis* editionis libri *Pithron Chalomoth* mentionem quoque fecit vir doctus in *Bibliotheca nova eruditi orbis. Tom.* I. *Part.* IX.

IX. *pag.* 708. 709. et insuper obseruat, additas esse germanice eidem ווידוי h. e. *Confessiones peccatorum* inter Iudaeos usitatas.

Tom. III. *pag.* 1034. *sequ.* IV. 976. *num.* 1967. 2. Rarissima est *versio germanica Clauiculae Salomonis*, quae *Vesaliae*, *Duisburgi et Francofurti per Andream Luppium* 1686. 4. edita est. Idem liber prodiit quoque *Amstelodami* 1686. et aliam adhuc editionem eius, quae f. t. *Clauiculae Salomonis*, oder die wahre Beschaffenheit von den Geheimnissen der Geister, worinnen der Weg alle sichtige und unsichtige Geschöpfe zu erlangen angezeiget wird. Mit Vergünstigung des Geistes *Aratron.* 1686. 4. novi. Quam editionem Reichardus in libro infra citando *pag.* 501. *sequ.* pluribus recensuit. Causam raritatis prioris editionis per *Luppium* curatae in eo potissimum collocandam esse sibi persuadet b. *I. Vogtius* in *Catalogo librorum rariorum pag.* m. 598. quod Auctor eius, cum sibi ob hanc editionem capitis periculum imminere resciscceret, plurima eiusdem editionis exemplaria suppressserit. Memoratur quoque haec ipsa *versio germanica clauiculae Salomonis* inter κειμήλια rarissima bibliothecae *b. Raymundi Krafftii a Delmensingen* Vlmensis in eorundem Indice apud *Io. Georg. Schelhornium Amoenitat. literariar. Tom.* III. *pag.* 170. Caeterum haec editio *Clauicularum Salomonis* maxime differt ab ea, quam *Abrahamus Colorno* ex Hebraeo iussu Ducis Mantuani in *Italicum* sermonem convertit, cuius mentionem fecit *Wolfius* noster *Bibliothec. hebr. Tom.* IV. *pag.* 769. *num.* 144. b. Obiter hic obseruo, eundem *Luppium* plura scripta magica in lucem publicam edidisse, ex quibus vel unum eorum, ob singularem eius cum hac *Clauicula Salomonis* conuenientiam hic memorabo. Inscriptum est illud: *Semiphoras et Schemhamphoras Salomonis Regis*, quod scriptum in locis supra memoratis cum aliis magicis tractatibus prodiit. Caeterum de hoc et similibus scriptis, quae sub nomine *Clauicularum Salomonis* inter eruditos circumferuntur, vel saltem in Bibliothecis publicis privatisque latitant, et iis, quae ad historiam literariam eorundem spectant, erudite commentatus est doctissimus *Elias Caspar Reichardus* in den vermischten Beyträgen zur Beförderung einer genaueren Einsicht in das Geisterreich. *Tom.* I. *Part.* IV. *pag.* 498. 531. Vid. *quoque supplementa mea ad Tom.* I. *pag.* 1046.

Pag. 1038. *num.* 1973. *Binjan Schelomo*) Liber hic etiam excusus est *Francof. ad Moenum* 1708. 4. quam editionem plenius recensuit *Adam. Andreas Cuollenius* in *Relationibus innoxiis de rebus nouantiqu. theologicis ad A. C.* 1713. *pag.* 57. *sequ.*

Pag. 1071. *num.* 2036. b. *lin.* 5. *Consolacam as etc.*) Mentionem huius libri et huius editionis, quam *Wolfius* memorat, satis fusam quoque fecit *Io. Bernhard. Deroſſi* in *Disquisitione de Typographiae hebraicae origine et primitiis. Cap.* V. *pag.* 81. *sequ.* Inter alia hic vir doctissimus *Wolfium* et *Vogtium*, quorum posterior in *Catalogo librorum rariorum pag.* 717. summam libri huius raritatem testatur

testatur, de sola *Amstelodamensi* editione, quae sub emendito Ferrariae nomine impressa est, non vero de Ferrariensi Gothica, quae eandem *Amstelodamensem* raritate sua longissime superat, loqui videri observat. Vid. idem *Deroſſi loc. cit. Cap.* VII. *pag.* 129. 130. *edit. Erlangens.*

Pag. 1101. *segment. ultim. lin.* 6. *a fine paginae*:) Hanc *latinam* interpretationem *epistolae R. Schemuelis Argentorati.* 1523. 8. editam uberius recensuit *Theophilus Sincerus* in *Collectione nova antiquiorum et variorum scriptorum. Part.* VI. *pag.* 537. Ibidem iste memorat, quod in inclyta senatus et rei publicae *Norimbergensis Bibliotheca* reperiatur Codex manu descriptus huius Epistolae, cui adiecta sit alia epistola *Fr. Alphonsi Bonihominis Hispani*, quam *Sincerus loc. citato pag.* 538. *sequ.* in gratiam lectorum suorum recudi et operi suo inseri curauit.

Pag. 1110. *num.* 2090. *R. Schemuel Israelita*) Edidit hic quoque praeter ea, quorum *Wolfius* h. l. et *Tom.* I. *pag.* 1106. *num.* 2090. mentionem fecit scriptum aliquod Arabice s. t. *Epistola R. Samuelis Israelitae Marocca[illegible] R. Isaac Magistrum synagogae in Sabialmeta*, quae iterum edita est a [illegible]*sco Grixoni*, *Maceratae* 1693. et Antwerpiae 1711. 8. et 6. plagulas comprehendit. Eandem *Fr. Alphonsus Bonihominis*, ordine suo Dominicanus, in linguam latinam transtulit. Summam et argumentum huius Epistolae pluribus descripserunt Auctores *Relationum innoxiar. theol. nouantiqu.* de A. 1711. *pag.* 959. *sequ.*

Pag. 1136. *num.* 3. Editionis huius Sabionetensis quoque mentionem fecit *Deroſſius Annal. typograph. hebr. Sabionet. num.* XI. *pag.* 15. *sequ.* et obseruat, hanc editionem adornatam esse opera et studio *R. Salomonis Isaaci Hierosolymitani*, filii R. Menachem Gerundini.

Pag. 1154. *num.* 2187. 3. Huius editionis *Ferrariensis* mentionem quoque fecit *Deroſſi* in *Tract. de Typographia hebraica Ferrariensi pag.* 32. ubi obseruatur, librum hunc primum esse, qui typis *Vsquianis* apud *Abrahamum Vsque* prodierit.

Supplementorum ad notitiam Scriptorum hebraicorum Anonymorum Analecta.

Pag. 1201. *fere in medio*, ad *Wolfii* verba: *Vidi praeterea cet.*) Eandem eam editionem *Machsor* Hispanica a *Wolfio* iuxta ea, quae h. l. memorat, arbitratur esse eam, quam *Wolfius Tom.* I. *Bibliothec. hebr. pag.* 32. tribuit *Abrahamo Vsque Deroſſi* in *disquisit. de typographiae hebraicae origine et primitiis. Cap.* V. *pag.* 85. Idem quoque librum, quem *Wolfius* noster paulo infra adduxit: *Ordo orationes* cet. se vidisse testatur *loc. cit. pag.* 85.

Pag. 1208. *num.* 913. In editione *Dyrenfurtensi Selichoth* de anno 1705. nonnulla accessisse, quae in editione 1691. fol. *Dyrenfurti* impressa desiderantur, obseruauit vir doctus in *Bibliotheca nova librorum eruditi orbis*, *Tom.* II. *Part.* XIV. *pag.* 94.

Pag.

Pag. 1222. num. 739. *Toledoth Ieschu.* Librum hunc iterata vice edidit vir quidam doctus paulo post nominandus in libro, qui prodiit s. t. ספר תולדות ישוע הנוצרי s. *Historia Ieschuae Nazareni a Iudaeis blasphemeorrupta, ex Manuscripto hactenus inedito nunc demum edita, ac versione et notis illustrata a Io. Iacobo Hulderico Tigurino. Lipsiae* 1705. 8. Auctor eius in fine libri huius fuisse perhibetur *R. Iachan Ben Iacobi*, qui vixit Christi temporibus, et circiter duobus annis post excidium Hierosolymitanum ex hac mortalium vita excessit. Quod autem sibi haud persuadere possunt Auctores *Relationum innoxiarum de rebus nov-antiquis theologicis* ad A. C. 1728. *pag.* 174. in recensione huius scripti, cum res in hoc libro traditae narrentur, quae longo demum tempore post huius Iudaeorum doctoris aetatem acciderint. Praeterea recensetur quoque idem liber a *Io. Fabricio* in *Historia Bibliothecae Fabricianae. Tom.* V. *pag.* 348. *sequ.* quem etiam in eo errauisse putant memorati Auctores loc. cit. *pag.* 176. quod affirmauerit, librum hunc ab *Hulderico* translatum ab eo, quem *Wagenseilius Telis* suis *Satanae igneis* inseruerit, prorsus non esse distinguendum, cum ipse *Huldericus* eum ab eodem probe distinguat.

ANALECTA AD TOM. IV.

Pag. 5. Contra sententiam *Whistoni* de uniuersali Veteris Testamenti a Iudaeis tentata et suscepta corruptione praeter eos, quos *Wolfius* adduxit scriptores, strenue pugnavit M. *Ouerkampfius* in *dissertat. de Iudaeis frustra a Guil. Whistono aliisque corruptionis Hebraei codicis insimulatis. Gryphiswald.* 1739.

Pag. 10. Librum Anglice conscriptum *Whistoni An Essay cet.* data opera recensuit b. *Baumgartenius* in Nachrichten von einer Hallischen Bibliothek. *Tom.* IV. *Part.* XXIII. *pag.* 420. 424.

Pag. 12. *lin. ult. Christiani Koerberi*) qui munus Superintendentis Lobensteinensis functus est. Vberius haec editio scripti utilissimi recensetur in *Relationibus Ienens. menstruis* de Anno 1726. *pag.* 290. 297.

Pag. 16. *Mosen* ea, quae in Genesi sua de fatis primorum hominum et Patriarcharum refert, ex schedis memorialibus Patriarcharum et traditione orali hausisse, quam sententiam *Wolfius* memorat, iam olim varii literatissimorum Orientis indagatorum statuerunt. Ex istis *Fridericus Spanhemius* in *Historia Iobi Cap.* XIII. *§.* IX. *pag. m.* 224. *edit. Geneuens.* scribit hac de re: „*Neque vnquam dubitavimus, quin res Patriarcharum, quas Moses in Originibus digessit, ab illis ipsis viris relata sint in aliquas tabulas, privato ductu, ad usum posteritatis.*" Idem quoque uberius confirmare studuit *Campegius Vitringa Obseruat. sacr. Lib.* 1. *diss.*

diſſ. 1. *cap.* IV. *§.* 2. Recentiori tempore eandem ſententiam ornandam et defendendam in ſe ſuſceperunt, adeo ut fere communis ſit Philologorum noſtri aevi. Ex iis prae reliquis nominandi ſunt doctiſſimus Gallus *Aſtruc* in peculiari libro Gallice inſcripto: *Conjectures ſur les Memoires, dont il paroit que Moiſe ſ' eſt ſervi pour compoſer le liure de la Geneſe, avec des remarques, qui appuyent ou qui eclairciſſent ces conjectures. Bruxellae* 1753. 12. cuius libri argumentum accurate recenſuit Perilluſtr. *Io. David Michaelis* in *Relationibus Goettingenſibus de libris novis.* Quo etiam pertinent *Io. Iacob. Schultens* in *diſſertat. unde Moſes res in libro Geneſeos deſcriptas didicerit*, quae prius *Lugduni Batauorum* 1753. prodiit, poſtea autem a *Io. Oelrichs* ſuis *Opuſculis hiſtorico-philologico-theologicis Belgii literati. Tom.* I. *num.* 8. inſerta eſt, S. V. *Ieruſalem* in elegantiſſimo ſcripto germanico, Briefe über die Moſaiſchen Schriften und Philoſophie *pag.* 99. 105. Autor der bibliſchen Urgeſchichte in *Repertorio Literaturae Orientalis et biblicae Part.* IV. *pag.* 173. *ſequ.* et Anonymus auctor doctiſſimae commentationis ex diario Gallico, *Bibliothéque des ſciences in* linguam vernaculam traductae et poſtea inſertae denen auserleſenen Abhandlungen über wichtige und angenehme Materien theologiſchen Inhalts, aus verſchiedenen Sprachen überſetzt *num.* 6. ut alios praetermittam, qui eandem ſententiam ampleti ſunt. Neque tamen defuerunt, qui eandem ad examen revocare et qualicunque ratione fieri poſſit refutare conati ſunt. Memoranda ſunt hic ſequentia ſcripta: *Eberhard. Henric. Dan. Stoſchius* in *diſſert. de revelatione divina ante Moſen ſcripto conſignata. Francof. ad Viadr.* 1752. cuius argumentum ſtrictim exhibetur in vollſtändigen Nachrichten von kleinen akademiſchen Schriften, de Anno 1753. *Part.* VI. *pag.* 529. 543. *M. Eric. Heſſelgrenii diſſert. de Animaduerſionibus in Anonymi conjecturas de tranſcriptis a Moſe commentariis. Vpſaliae* 1761. Reſpond. *Biornſtoehlio.* Quibus recentiſſimo tempore acceſſit celeb. *Wilhelm. Frider. Hexelii* ſcriptum germanicum über die Quellen der Moſaiſchen Urgeſchichte, quod prodiit *Lemgouiae* 1780. 8. mai.

Pag. 23. *lin.* 2. *Schramm.*) cuius ſcriptum hic a *Wolfio* memoratum denuo recuſum et inſertum eſt a *Blaſio Vgolino* ſuo *Theſauro Antiquitatum ſacrarum. Tom.* XXXI. *Part.* I. *num.* 7.

Pag. 44. *lin. ult. Reinhardi Commentatio* a *Wolfio* memorata quoque adiecta eſt appendicis loco eiusdem *Hiſtoriae linguae graecae.*

Pag. 51. *Crameri* Bibel-Werk. Vid. *Relat. innov.* 1731. *pag.* 592.

Pag. 52. *Geisleri* libellus quoque prodiit ſ. t. Bibliſche Geſänge und Gebetlein *Laubae* 1715. 8. plagul. 16. Vid. *Relationi innov.* del A. 1715. *pag.* 352.

Pag. 53. *Gualtheri Argumenta etc.*) Quae *Herlinus Iſagogue ſuae*, de qua conferas *Wolfii Bibliothec. hebr.* Tom. II. *pag.* 850. paſſim inſeruit.

Ibid.

Ibid. *Helmboldi Monoſticha*) quae etiam *Io. Himmelius Memoriali* ſuo *biblico* ſpeciali *pag.* 174. *ſequ.* inſeruit.

Pag. 55. *Koitſch.*) Editum eſt quoque hoc eius *carmen heroicum Elbingae* 1727. 8. plagul. 2. et dimidia.

Pag. 59. *Io. Pappi — — lin.* 2. pro *Io. Taufreri* forte ſcribendum eſt *Io. Tauleri.*

Pag. 61.) *Schmackii*) Prodiit etiam *Lipſiae* 1610. et 1654. 8.

Pag. 67. *van Til opus analyticum. Baſil.* 1722. Plura de hac editione attulerunt in medium Auctores *Relationum innoxiarum* ad Ann. 1723. *pag.* 110. ſq.

Pag. 69. *Fabricii Partitiones* apud *Crenium Theſauro librorum philologic. Tom.* I. *pag.* 217. 409. reperies.

De codicibus manuſcriptis hebraeis V. T.

Pag. 85. *Bernae*) Ibidem quoque ex narratione *Beniam. Kennicotti de ſtatu collationis Manuſcriptorum codicis hebraei V. T. Relat.* III. aſſervatur fragmentum codicis manuſcripti hebraeo-biblici, quod in eiusdem uſum collatum eſſe ibidem perhibet. Vid. *Nicol. Barkey Bibliothec. Hagan. Claſſ.* I. *faſcic.* I. *pag.* 195. et *Relat.* IV. *Faſcic.* III. *pag.* 576.

Brigae Sileſiorum) Etiam hic codex a Wolfio noſtro memoratus in uſum Kennicottiani operis biblici collatus eſt.

Pag. 88. *Hafniae*) Praeter codices, qui hic loci ex mentione *Wolfii* reperiuntur, deprehenditur quoque ibidem in *Bibliotheca Regia* Codex Bibliorum hebraicorum, cuius collationem celeb. Prof. *Kallius* a *Kennicotto* ſibi demandatam in ſe ſuſcepit, eandemque una cum collatione octo aliorum Codicum manuſcriptorum huc ex Aegypto deportatorum *Kennicotto* transmiſit, quod hic ipſe grata mente praedicat *Relat.* IV. ſua *de ſtatu cet.* ad annum 1764. V. VII. VIII. Vid. *Bibliothec. Hagan. Claſſ.* I. *Faſcic.* III. *pag.* 571. *ſequ. Claſſ.* III. *Faſcic.* I. *pag.* 156. *ſequ. Claſſ.* IV. *Faſcic.* I. *pag.* 156. 157. *Claſſ.* IV. *Faſcic.* I. *pag.* 169.

Pag. 96. *Vlmae*) Citatur hic *Schelhorn. Amoenit. literar. Tom.* I. pro quo ſcribendum eſt *Tom.* III. In eadem Bibliotheca aſſeruantur quoque quatuor Prophetae maiores et duodecim minores membrana Hebraice ſcripti formae quadripartitae.) Vid. *Schelhorn. loc. cit. pag.* 7.

De Bibliis Polyglottis.

Pag. 99. *Biblia Pentapla Io. Draconitis*) Verba *epiſtolae Io. Spangenbergii ad Draconitem*, quae hic citantur a *Wolfio* noſtro, haec ſunt: „*Video tuum „propoſitum, nempe eccleſiae Dei parturire Bibl. quadrilinguia, et equidem fince-„ra, omni naevo carentia, ſed animus praeſagit, ſi cum ingenioſiſſima ſtructura „porrexeris haec Biblia, haec inter praecipua eccleſiae decora eſſe numeranda.*

Pag.

Pag. 101.) Vere prodierunt *Biblia Polyglotta* editionis *Chriſtiani Reineccii*, quae *Wolfius* hic tantum inter promiſſas eorum editiones recenſuit, duobus Tomis in Folio f. r. *Biblia quadrilinguia Veteris Teſtamenti cum Verſionibus e regione poſitis Graeca LXX. Interpretum, verſione latina Seb. Schmidii et b. Lutheri germanica. Lipſiae* 1749. *fol.* Vberius hoc opus biblicum recenſetur a viro docto im theologiſchen Bücherſaal, quod ſcriptum periodicum Ienae prodiit, *Tom.* I. *Part.* I. *pag.* 1. *ſequ.* et a b. *Io. Georg. Walchio Bibliothec. theologic. ſelect. Tom.* IV. *pag.* 173. *ſequ.* Vid. quoque *Andr. Gottlieb. Maſch.* in *Bibliothec. ſacra. Part.* I. *Cap.* III. *pag.* 382. *ſequ.*

De Editionibus Bibliorum hebraicorum.

Pag. 103. Editionem libri *Exodi*, quae *Conſtantinopoli* C. 1545. fol. prodiit, pro parte *Pentateuchi* praecedentis habere mavult *Maſchius* in *Bibliothec. ſacra Part.* I. *Cap.* III. *pag.* 394. cum ad *Geneſin* in praecedenti editione nulla anni nota ſit expreſſa, ad calcem autem *Deuteronomii* expreſſus ſit annus 306.

Pag. 108. Editionem, quae per *Gerſonem* A. C. 1466. ab aliis edita eſſe perhibetur, poſt *Wolfium* pro ſpuria et ſuppoſititia declararunt b. *Hirtius Bibliothec. oriental. et exegetic. Part.* VI. *pag.* 304. not. et Io. *Bernhard. Deroſſi* in *diſquiſit. de Typographiae hebraicae origine et primitiis. Cap.* VIII. *§.* 5. *pag.* 96. Poſterior inſuper obſervat, eandem a *Brixienſi* editione anno 1494. edita plane non eſſe diverſam, praeſertim cum iſta aetate nulli plane *Venetiis* exiterint typi hebraici.

Pag. 109. *Piſauri* 1494.) Editionem hanc pro ſpuria et ſuppoſititia declaravit *Deroſſius* in *diſquiſit. de hebraicae typographiae origine et primitiis. Cap.* VIII. *§.* 18. *pag.* 105.

Pag. 110. ad ann. 1515.) Hanc editionem Bibliorum hebraicorum curatam et editam eſſe per notiſſimum Iudaeum *Felicem Pratenſem*, obſeruauit *Io. Hottingerus* in *Bibliothecario quadripartito pag.* 126.

Pag. 111. *lin.* 5. Fatetur quidem *Wolfius*; ſe neſcire, an *le Longius* reſponſionem ab *Vngero* latam denuo examini ſubiecerit. Factum vero id eſſe patet ex iis, quae *le Longius* im Ausführlichen Bericht von neuen Büchern. 1709. *Part.* VI. *pag.* 954. *ſequ.* copioſe ſcripſit reſponſionis loco ad *Vngerum*, quo in loco utramque *Bombergii* editionem a ſe invicem probe diſtinguit. Conferantur, quae ad *Tom.* II. *pag.* 367. a me obſeruata ſunt.

Pag. 114. *in fine paginae*:) Verba haec a *Wolfio* adducta exſtant in exemplari huius editionis, quod aſſeruatur in *Bibliotheca Regia Pariſienſi*. id quod ex *Catalogo Bibliothecae huius Tom.* I. *pag.* 5. *num.* 30. conſtat, uti obſeruauit *David Clement* in *Bibliothéque curieuſe hiſtorique et critiq. Tom.* IV. *pag.* 36.

Pag. 115. ad ann. 1609. *Genuae*) Pluribus deſcripſit hanc editionem *Maſchius loc. citat. Part.* I. *Cap.* I. *Sect.* III. *pag.* 156. *ſequ.*

Pag.

Pag. 115. ad Ann. 1613) *lin.* 2. Numerus 393. aeram Iudaicam exprimens huius editionis in numerum 373. mutandus est, quod iam monuit *Baumgartenius.*

Ibid. ad A. C. 1618.) Mallem potius cum b. *Georg. Ludolph. Otton. Knochio* in den historisch-kritischen Nachrichten von einer Braunschweigischen Bibelsammlung *Part.* I. *pag.* 61. hanc editionem ad annum aerae Iud. 375. C. 1615. referre.

Pag. 117. *Amstelodami* 1705.) Rectissime obseruauit b. *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* II. *Part.* VIII. *pag.* 115. hanc editionem ab ista plane non differre, quam *Wolfius* noster supra *Tom.* II. *Bibliothec. hebr. pag.* 381. ad annum C. 1700. refert, quippe quo initium impressionis eiusdem factum est, quae demum anno 1705. finita est. Interim tamen idem *Baumgartenius* hanc editionem ad annum C. 1705. refert, et hinc hae in sententia *Wolfio* nostro accedit.

Pag. 119. Ad annum 1719. adiiciatur hac pagina titulus sequentis Bibliorum hebraicorum editionis: *Biblia hebraica cum latina eorundem interpretatione Xantis Pagnini Lucensis, Benedicti Ariae Montani Hispalensis et quorundam aliorum collato studio, ad hebraicam dictionem diligentissime expensa. Geneuae apud Petrum de la Rouiere.* 1719. *Fol.* Est tantum reperitio istius editionis, quae *Antwerpiae* A. C. 1584. *fol.* prodiit, quam *Wolfius* noster supra *Tom.* II. *pag.* 372. recensuit. Plura de hac editione *Geneuensi* memorat b. *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* X. *Part.* [illegible] *pag.* 5. 6.

Ibid. ad A. 1724. *Biblia hebraica Mejis.*) Vberiorem huius editionis recensionem dedit, simulque sphalmata et vitia nonnulla diligenter obseruauit *Paulus Theodorus Carpouius* in *Animaduersionibus philologico-criticis pag.* 1. 10. Conferantur quoque de ista *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* III. *Part.* XIV. *pag.* 107. *sequ.* et *Masehii Bibliotheca sacra Part.* I. *Cap.* I. *Sect.* II. *pag.* 108. 111.

Pag. 121. A. C. 1725. *Amstelodami*) Recensuit hanc editionem accurate *Baumgartenius loc. cit. Tom.* IX. *Part.* LI. *pag.* 196. *sequ.* ex cuius sententia autem non in uniuersum meretur istud elogium, quo eandem *Surenhusius* condecorare voluit, quod *Wolfius* noster hoc in loco memorat. Interim tamen eandem unam esse ex optimis editionibus, quae magna cum accuratione in lucem publicam prodierit, licet alii secus sentiant. In exemplari, quo usus est *Baumgartenius*, omissa est inscriptio latina huius editionis, quam *Wolfius* in medium adduxit, una cum testimoniis doctorum virorum de hac editione, unde idem rectissime suspicatur, hanc editionem praecipue in usum Iudaeorum curatam fuisse. Plura de hac editione notatu digniora memorat *Maschius* in *Bibliotheca sacra Part.* I. *Cap.* I. *Sect.* I. *pag.* 54. *sequ.*

Ibid. *fin. penult.* ad verba: *commata* 36. *et* 37.) quae in prioribus editionibus *Bombergii*, *Buxtorfii*, *Clodii* et *Hooghtii* deficiunt, in aliis editionibus autem, ut in *bibliis Complutenſibus*, editione *B. H. Gerſoniana*, *Francofurtenſi fratrum Hartmannorum* et *Io. Henric. Michaelis* exſtant. Pluribus hac de re legatur doctiſſima b. *Io. Georg. Abichtii diſſert. de reſtituendis duobus verſibus Ioſ.* XXI. Lipſ. 1714.

Pag. 122. 1725. *Chriſtian. Reineccii*:) quae etiam prodiit Lipſiae 1739. 56. Varia imprimis, quae deſiderari poſſunt in hac editione, diligenter obſervavit vir doctus Anonymus, qui ſub nomine *Hebraeophili* latitare voluit im Heſſiſchen Hebopfer. *Tom.* II. *pag.* 76. *ſequ.* Plura de eadem memorantur a b. *Krafftio Bibliothec. theolog. Tom.* XI. *pag.* 800. *Baumgartenio* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* II. *Part.* IX. *pag.* 204. *Tom.* IV. *Part.* XXI. *pag.* 194. 195. et *Maſchio Bibliothec. ſacr. Part.* I. *Cap.* I. *Sect.* I. *pag.* 55. *ſeqq.*

De promiſſa a b. *Buſchingio* Bibliorum hebraicorum editione, huius hoc loco etiam mentionem fecit *Wolfius*, uberius conferenda eſt narratio, quae exſtat in *Bibliotheca noua librorum orbis eruditi Tom.* I. *Part.* V. *pag.* 370. 379.

Pag. 123. ad finem huius Sectionis addenda eſt editio Bibliorum hebraicorum, quae ſub titulo: *Biblia hebraica ſine punctis. Accurante Nicol. Forſtero. S. T. B. C. C. C. Socio. Oxonii, ex typographeo Clarendoniano* 1750. 4. prodiit. Huius editionis mentionem fecit eamque recenſuit *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* IX. *Part.* LI. *pag.* 198. 199. ubi eidem parum pretii tribuitur.

Pag. 130. 1544. *Venet.*) Vberius hanc editionem deſcripſit *Maſchius* in *Bibliotheca ſacra Part.* I. *Cap.* I. *Sect.* I. *pag.* 71.

Pag. 131. ad A. C. 1551. Ex verbis *Reimanni* circa huius anni editionem *Pentateuchi* hebraici primo intuitu apparere videtur, quod *Sebaſtianus Munſterus* fuerit ſolus isque verus Auctor et editor huius editionis. Obſeruauit autem optime *Baumgartenius loc. citato. Tom.* IV. *Part.* XIX. *pag.* 13. *ſequ.* quod tantummodo ea, quae in hac editione exhibentur, ad labores *Munſteri* pertineant, id quod illius editor ſtudioſe tegere et occultare conatus eſt Auctor eiusdem. Caeterum haec editio, ſicut reliqui fere omnes libri, qui typis *Iuſtiniani* Venetis impreſſi ſunt, inſignis raritatis notam prae ſe fert.

Pentateuchus hebraicus cum Megilloth 1558. 12. *ſine loco.*) Sabionetae editus eſt, quod teſtatur ſimulque uberiorem de hac editione mentionem fecit *Io. Bernhard. Deroſſi* in *Annalibus typographiae hebr. Sabionetenſis num.* XXI. *pag.* 34. 35. *edit. Erlangenſ.*

Pag. 132. *Pentateuchus hebraicus Dyrenfurti* 1711.) Memorant Auctores *Bibliothecae novae librorum eruditi orbis Tom.* II. *Part.* XIV. *pag.* 106. hanc editionem

tionem quidem hoc ipso anno coeptam, certis de causis autem nondum ad finem perductam esse.

Pag. 133. ad annum C. 1728. addenda est sequens editio Pentateuchi hebraici: *Pentateuchus hebraicus cum adnotationibus Or Tora. Amstelodami per Chasan Schemuel Rodriges Mendes, Mosche Karpathi de Geronna et Davidem Gomes de Silva.* 1726. Continet haec editio praeter quinque libros Mosis quoque consuetas Haphtaras in Iudaeorum synagogis praelegendas. Caeterum eandem pluribus recensuit *Baumgartenius* Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* IX. *Part.* LI. *pag.* 201. *sequ.*

Pentateuchus hebr. Sabionetae sine anno) impressus inter annum 1553. et 1555. iudice *Derossio* in *Annalib. typograph. hebraicae Sabionetens. num.* XXIX. *pag.* 48. *sequ.* ubi varia, quae ad descriptionem huius editionis faciunt, erudite observantur.

Pag. 141. *Ketuvim Neapoli* 1487.) Editio haec quoad primam eius partem pluribus recensetur a *Io. Bernh. Derossio* in disquisitione *de hebraicae typographiae origine et primitiis. Cap.* V. *§.* 5. *pag.* 37. *sequ.* quoad reliquas autem ab eodem *loc. citato pag.* 39. *sequ.*

Ibid. *lin. penult. foliis* 254.) tantum foliis 252. observante *Derossio.*

Pag. 142. *Prouerbia.* 1601. 12.) Observante *Baumgartenio* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* IV. *Part.* XXI. *pag.* 204. haec eadem est editio, quam *Wolfius Tom.* II. *Bibliothec. hebr. pag.* 408. ad A. C. 1608. adduxit, unde numerus annorum apud Wolfium in alterutro horum locorum pro sphalmate reputandus erit.

Pag. 144. *Lipsiae* 1533. 8.) Complectitur haec editio, cuius *Wolfius* iam *Tom.* II. *pag.* 402. mentionem fecerat, plagulas 15. Quodsi vero *Wolfius* de ista observat, quod in eadem textus sine punctis expressus sit, falsum id esse obseruauit *Baumgartenius* in recensione eius, quae legitur in eius Nachrichten *Tom.* IV. *Part.* XXI. *pag.* 205. qui contra notavit, textum universum Psalmorum ipsamque inscriptionem in hac editione punctis hebraicis instructa reperiri, neque id valde erit insolitum. Fortasse iste error *Wolfii* ex eo ortus esse videtur, quod folia postrema huius editionis, quae versionem hebraicam priorum Evangelii Matthaei capitum continent, destituta sint punctis vocalibus Hebraeorum.

Pag. 145. *Psalmi* Basil. 1563.) Paucis haec editio a *le Longio Bibliothec. sacr. pag.* 77. pluribus *a Baumgartenio* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* VII. *Part.* XLI. *pag.* 381. *sequ.* memoratur.

Pag. 147. *Psalmi Wilmersdorf.* 1717. Plura de hac editione adduxit *Maschius Bibliothec. sacr. Part.* I. *Cap.* I. *Sect.* I. *pag.* 91.

Pag. 151. *lin.* 7. seorsim autem prodierunt singula *Salomonis* scripta obseruante *Maschio Bibliothec. sacr. Part.* I. *Cap.* I. *Sect.* III. *pag.* 169.

Pag. 154. *lin.* 4. de numeris) est opusculum Iudaicum *Maschius loc. citato pag.* 79.

Ad Librum III. *De Masora.*

Pag. 207. *D. Io. Frid Cotta* ſcriptum hoc loco memoratum uberius recenſetur in *Relationibus Ienenſibus menſtruis* ad annum 1727. *pag.* 44. 52.

Pag. 219. *Dachſelii Biblia hebraea accentuata*) Singulare et parum honorificum de hoc opere iudicium eſt, quod ex excerpto clariſſimi cuiusdam Theologi *Theophilus Sincerus Collectioni* ſuae *novae librorum antiquiorum et rariorum. Part.* III. *pag.* 183. *ſequ.* inſeruit.

Pag. 222. *Bauer.*) Edidit quoque hic ipſe alium librum huc ſpectantem ſ. t. Einleitung zur Hebräiſchen Accentuation als einer mathematiſchen Abtheilungs- und Verbindungs-Kunſt der Erlernung der Accente, durch mathematiſche Erklärung der Figuren erleichtert. Lipſiae 1742. 8. De quo libro pluribus legantur Nachrichten von theologiſchen Schriften Krafftii *Tom.* II. *Part.* XIII. *pag.* 271. *ſequ.*

Ad num. VI. *De Lexicographis hebraicis.*

Pag. 240. *Reineccii Ianua hebr. linguae* variis poſthac vicibus in lucem prodiit publicam. De quarta editione, quae Lipſiae 1741. 8. prodiit, conferantur Krafftii Nachrichten von theologiſchen Büchern und Schriften. *Tom.* I. *Part.* III. *pag.* 276. *ſequ.* Septima longe auctior eaque noviſſima edita eſt opera et ſtudio S. V. *D. Io. Frider. Rehkopfii* Lipſiae 1769. 8. Eiusdem *Index memorialis vocum hebraicarum et chaldaicarum Veteris Teſtamenti* quoque prodiit Lipſiae 1735. 8.

Pag. 241. *Robertſon.* Scriptum eius hoc in loco a *Wolfio* adductum eſt Compendium maioris operis, quod hic Autor ſ. t. *Theſaurus linguae ſanctae ſive Concordantiale Lexicon Hebraeo-latino-biblicum Londini* 1686. 4. ediderat.

Ad num. IX. Pag. 269. *Dau. Millii Catalecta Rabbinica*) Pluribus recenſetur hoc opuſculum in *Actis erudit. Lipſienſ. germanicis. Part.* CXLI. *p.* 677. 681.

Ad num. XI. *Grammatici hebr. ex Chriſtianis.*

Pag. 275. *Ariae Montani:*) Liber rarus appellatur in *Catalogo Bibliothecae Gerhard. van Maſtricht. pag.* 3. De auctore eiusque vita, fatis et ſcriptis plura narrarunt *Clarmundus in vitis clarorum virorum. Part.* VII. *num.* 9. et *Niceronius* in Nachrichten von berühmten Leuten und ihren Schriften. *Part.* XXII. *pag.* 147. *verſionis germanicae*, quam b. *Baumgartenio* debemus.

Pag. 276. *Bennet.*) Prior editio, quae *Wolfio* noſtro fuit incognita, quod quidem ex eius ſilentio de iſta coniicere licet, prodiit anno 1726. Ea vero, cuius *Wolfius* hic loci mentionem fecit, plenius recenſetur a *Baumgartenio* in den Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* VII. *Part.* XI. *pag.* 408. *ſequ.* Caeterum vitae et ſcriptorum eius narratio reperitur in *Bibliotheca Britannica*

nica pag. 712. 719. et in *Monf. de Chaufepié Nouveau dictionaire hiſtorique Tom.* I. *pag.* 210. 225.

Pag. 277. *ſequ. Boeſchenſtein. Io.*) Plenius et uberius eiusdem liber *Grammaticam hebraicam* complectens recenſetur a b. *Baumgartenio* in den Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* III. *Part.* XIV. *pag.* 118. 119. et b. *Hirtio Bibliothec. oriental. et exegetic. Part.* VI. *pag.* 312. 320. Prodiit quoque praeter *Wittebergenſem* editionem, cuius *Wolfius* mentionem fecit, *Coloniae apud Io. Gymnicum* 1539. cuius editionis exemplar in manibus prioris, *Baumgartenii* verſabatur, quam editionem *Wolfius* praetermiſit. Varia continet haec Grammatica memoratu digna, quae in aliis libris ad rem grammaticam Hebraeorum ſpectantibus fruſtra quaeruntur, quo *Hirtius loc. cit. pag.* 319. refert, quod praeter Alphabeti hebraici literas ne unica quidem vox hebraice impreſſa aut exemplum eius occurrat, ſed omnes potius per totam hanc Grammaticam obviae voces hebraicae pariter ac exempla ex ſacro codice plerumque depromptarum vocum ad marginem atramento rubro adſcriptae ſint. Iure meritoque haec Grammatica inſigni ſua raritate maxime ſe commendavit, quod vel ex eo conſici poteſt, quod alii doctiſſimi viri ſe eandem penitus ignorare confeſſi fuerint, alii vero cum *Wolfio* noſtro de eius exiſtentia ex variis rationibus dubitaverint. Caeterum praeter memoratos ſupra ſcriptores vitam, fata et ſcripta huius viri doctiſſimi ſuo tempore commemorant Auctores *Relationum innoxiarum de rebus novantiqu. theologicis*, 1719. *pag.* 386. *Iacob. Bruckerus* in dem Ehrentempel verſtorbener Gelehrten. *pag.* 54. 58. *Io. Martinus Schamelius in Libro Canticorum Numburgenſi gloſſato*, in Indice ſub artic. Boeſchenſtein. ut alios omittam. Vid. quoque *Wolf.* infra *Tom.* IV. *pag.* 840. *ſequ. num.* 810. b. ubi quoque conferas ea, quae ad hunc locum adnotabo.

Pag. 282. *Cocceji* — — in Operibus eius) et claudunt *Tomum* VII. eorum. Francof. 1689. fol.

Pag. 283. *Duſour*) Commemoratur hae *Inſtitutiones grammaticae linguae hebr.* in *Relationibus innox. de rebus novantiqu. theologic.* ad Ann. 1713. *pag.* 987.

Pag. 284. *Ebertus*) Scripſit quoque hic vir doctus de *litteris Moſche vecalebh. Lipſ.* 1629. quod opuſculum perexiguum appellat *Daniel Salthenius* in *Catalogo librorum ſuae bibliothecae rariorum pag.* 609. qui liber incognitus fuit editoribus *Lexici eruditorum Lipſienſis*, et *Wolfio* noſtro. Ipſe hic liber bonae frugis eſt et varias obſervationes exegeticas continet teſte *Salthenio* in *loco citato*.

Ibid. *Fabri*, *Georg.*) Plenior titulus huius Grammaticae eſt: *Inſtitutionum grammaticarum libri* IV. *Hebraeorum orthographiam, etymologiam, ſyntaxin ac proſodiam, ſive veterem diſtinguendi rationem ſuccinctis quaeſtionibus, plane et fideliter, explicantes. Noriberg.* 162[illegible].

Pag. 285. *Fabri Wolfgang.*) Eius iuſtiuncula *in linguam hebraicam* complectitur tantum duas plagulas. Nonnulla de eadem in medium adduxit b. *Io. Bartholom. Riedererus* in den Nachrichten zur Kirchen- Gelehrten- und Bücher-Geſchichte. *Tom.* IV. *pag.* 10. Vid. b. *Io. Auguſt. Erneſti* neue theologiſche Bibliothek. *Tom.* X. *Part.* I. *pag.* 68.

Ibid. *a S. Franciſco*) Luſitani. Prodiit quoque *Romae* 1589. 4.

Pag. 287. *Guarin.*) Vberius recenſuit librum eius huc ſpectantem, quem *Wolfius* etiam *Tom.* II. *pag.* 608. memorat, *Io. Chriſtoph. Colerus* in *Bibliotheca theologica ſelecta Tom.* II. *pag.* 91. *ſequ.* Obiter hic obſervo, eundem quoque edidiſſe Lexicon hebraeum et Chaldaicum, quod ad finem perduxit eruditus Gallus *Monſ. le Tournois*, quod commemorant Auctores *novorum literar. Goettingenſ.* ad annum 1748. *num.* 100. et *Bidermannus* in *novis Actis ſcholaſticis. Tom.* I. *Part.* I. *pag.* 78.

Pag. 290. *Helvici.*) Vid. *Tom.* II. *Bibliothec. hebr. pag.* 609. et Heſſiſches Schopfer. *Vol.* I. *pag.* 113. *ſequ.* II. 373.

Pag. 291. *Hurei*) Praeter *Slauyteri* Grammaticam hebraicam, quam hic ab eo editam eſſe perhibet Wolfius noſter, ipſe hic autor quoque in lucem edidit ſuppreſſo tamen ſuo nomine, Grammaticam hebraicam Gallice ſub titulo: *Grammaire ſacrée. Pariſ.* 1707. 12. in qua ſimul regulae exegeticae ſuppeditantur, ſecundum quas Scriptura ſacra explicanda ſit, quarum multae ex *Sal. Glaſſii* Philologia ſacra deſumtae eſſe videntur. Vid. *Relation. innox. de rebus novantiquo-theologicis* ad A. C. 1707. *pag.* 660. et *Io. Chriſtoph. Mylii Bibliothec. ſcriptorum Anonymorum et Pſeudonym. Part.* I. *pag.* 1263. *ſequ.*

Ibid. *Hutteri Alphabetum*) Prodiit quoque hic liber germanice ſ. t. Künſtlich neu ABC Buch, daraus ein junger Knabe die nöthigſten vier Hauptſprachen, Ebräiſch, Griechiſch, Lateiniſch, Deutſch zugleich ſo leicht, als ein alleine, mit groſſem Vortheil lernen kann — durch Eliam Hutter. Hamburg 1593. 4. 8. plagul. quam editionem uberius recenſuit b. *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* I. *Part.* IV. *pag.* 327. 329.

Pag. 295. *Meelführer.*) Prodiit quoque eius *Clavis linguae hebr.* ſingulas eius voces ſententiis complectens praeter editionem a *Wolfio* obſervatam *Norib.* 1598. 8. Porro exſtat eiusdem *Donatus hebr. Onoldi.* 1607. 4. *Ienae* 1623. *Norib.* 1626. 8. *Synopſis inſtitut. hebr. Norib.* 1623. 1643. 8. *Lugd.* 1642. Contraxit et eius grammaticam *Paulus Ioſephus.*

Ibid. *Munſter.*) Primam editionem huius Grammaticae hebraicae *Baſileenſem* de anno 1524. 8. cui editio Polyglotta vaticiniorum Ionae adiecta eſt, uberius recenſuit b. *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* V. *Part.* XXVI. *pag.* 101. 10[illegible]

Pag.

Pag. 297. *Petraei*, *Nicol.*) prima vice prodiit *Hafniae*, 1627. 8.

Pag. 298. *Poſtell.*) Vid. de hoc libro *Morhof. Polyhiſtor. Tom.* I. *Lib.* IV. *Cap.* V. *§.* 1. et *Gundlingii* Hiſtorie der Gelahrheit. *Part.* II. *pag.* 2720. 2727.

Pag. 301. *Schaaf.*) De eius Grammatica hebraica conferantur *Acta Lipſienſ. eruditor. germaniça. Part.* CLVI. *pag.* 346. 351.

Pag. 302. *Schultens*, *Albert.*) Addatur eiusdem *vetus et regia via hebraizandi*, *aſſerta contra nouam et metophyſicam hodiernam.* Lugd. Batau. 1738. 4. Etiam translatam eſſe hanc Grammaticam in linguam *Belgicam*, et ſ. t. *Korte* ſchets van de onderwyſing der gronden in de Hebreewſche Leerkunſt ꝛc. narrat *Strodtmannus* im neuen gelehrten Europa. *Tom.* VI. *pag.* 325. Defendit ſe quoque hic ipſe Auctor contra nonnulla ſcripta Theologorum Belgarum, *Antonii Drieſſenii* et *van den Honert*, qui eiusdem celebriores emendationes Hebraiſmi ex Arabiſmo reiecerant, in excurſibus ad viam hebraizandi ſparſim antea, mox iunctim Lugduni Batauorum publicatis. Horum excurſuum primus editus eſt Lugd. Batau. 1734. et recenſetur in *Collectione nov-antiquorum theologicorum* ad A. C. 1745. *pag.* 692. *ſequ.* Caeterum pluribus hic conferantur *Strodtmanni* neues gelehrtes Europa. *Tom.* VI. *pag.* 319. 326. et *Supplementa novorum Actorum Erudit. Lipſienſ. latin. Tom.* IV. *pag.* 210. *ſequ.*

Pag. 303. *Stancari*) Raritatem et inſignem huius Grammaticae uſum uberius oſtendunt, qui eandem plenius et accurate ſatis recenſent, b. *Iacob. Wilhelm. Blauſuſius* in den Beyträgen zur Geſchichte merkwürdiger Bücher. *Part.* II. *pag.* 296. *ſequ.* et *A. Gottlieb Maſchius* in den Beyträgen zur Geſchichte merkwürdiger und ſeltener Bücher. *Part.* V. *pag.* 257. *ſequ.*

His in ſupplementis meis de libris ad rem grammaticam ſpectantibus plura adhuc ſupplementa hauriri poſſent ex b. D. *Ia. Gottfr. Hauptmanni* copioſiſſimo Indice libellorum grammat. hebr. quae eiusdem Elementis ſermonis hebraici praemiſſus eſt, quem etiam hic atque inde conſului.

Pag. 308.) Iis, qui de Hiſtoria Linguae hebraicae ex profeſſo tractarunt, addenda eſt *Hauptmanni Hiſtoria linguae hebraicae*, quae prius ſeparatim *Lipſiae* prodiit, poſtea vero *Grammaticae* eius hebr. *pag.* 17. 83. eſt inſerta.

Amamae; *Sixtin. Paraeneſis*) Eandem quoque iterum edidit *Hermannus* von der Hardt et ſuo *Limini in Philologiae et Exegeſeos lucem.* (*Helmſtad.* 1711. 8.) adiecit.

Pag. 313.) Scriptoribus de facili methodo linguam hebraeam addiſcendi addendi ſunt ſequentes:

M. Georg. Guilielm. Kirſchii diſſ. de facili linguam hebraicam docendi ratione. *Lipſiae* 1777. et *Strodtmanni* tractatus germanicus continens diſcuſſionem quaeſtionis, an in ſcholis ſic dictis latinis docenda ſit lingua hebraica. *Flensburgi* 1780. qui conſtat paginis 132.

Rhen-

Rhenferdii differt. a *Wolfio* noſtro lin. 8. citata ſeparatim edita eſt Franequerae 1696. 4.

Pag. 315. *lin.* 3.) *Rhenferdii* diſſertatio, quam *Wolfius* hoc in loco memorat, ſeparatim prodiit Franequerae 1764. 4.

De phraſibus potioribus et iis, quae ad Phraſeologiam Hebraici ſermonis ſpectant, peculiaribus libris agere in animo habuerunt *Io. Buxtorfius* iunior, et *Michael Gottlieb. Hanſchius*. An vero hi duo labores eruditi lucem publicam viderint, me ignorare fateor. Interim de iis nonnulla referuntur, ſimulque Specimina harum lucubrationum exhibentur in *Bibliotheca nova librorum eruditi orbis Tom.* II. *Part.* XXIII. *pag.* 815. 826.

Pag. 316. *lin.* 4. a fine paginae:) Iterum recuſa eſt haec b. *Michaelis* diſſertatio Halae 1759.

Pag. 318. *Poſtelli Tract. de Originibus, ſeu de hebr. linguae et gentis antiquitate*) Hunc librum rariſſimis annumerandum eſſe eruditorum monumentis, obſeruauit *Io. Vogtius* in *Catalogo librorum rariorum. pag. m.* 549. Pleniorem et uberiorem eiusdem deſcriptionem exhibuit *Baumgartenius* in Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothek. *Tom.* VI. *Part.* XXXIV. *pag.* 359. *ſequ.*

Ad Librum IV. *De Talmude.*

Pag. 323. בראשית Impreſſus quoque eſt hic Tractatus Talmudicus *Wilmersdorfii* Anno aerae Iudaicae 472. fol. quae editio accurate conuenit ratione foliorum cum Commentariis Raſchii et Toſephoth. Accefferunt etiam huic editioni nonnulla ex libro Sapientiae Salomonis, et Indices in loca aliis Talmudiſtarum locis ſimilia.

Pag. 325. סוכה) De editione *Wilmersdorfienſi* huius Tractatus, quae prodiit anno 1717. fol. plura in medium adduxit *Io. Chriſtian. Wibelius* in *Relationib. innoxiis* de A. 1743. *pag.* 512.

Ad Librum V. *Sect.* VIII. *Catalogus eorum, qui de optima ratione Iudaeos convincendi egerunt.*

Pag. 406. *Callenbergiani* operis, Bericht von einem Verſuch ultima eaque decima quinta Continuatio prodiit Halae anno 1757. 8. Plura de hoc libro attulerunt in medium Autores der Sammlungen auserleſener Materien zum Bau des Reichs Gottes *Tom.* IV. *Part.* XXIX. *pag.* 570. *ſequ.* XXXII. 1017. *Tom.* VI. *Part.* XLIII. *pag.* 344. *ſequ. Tom.* V. *Part.* XXXVI. *pag.* 481. *ſequ.* Idem *Callenbergius* edidit quoque de hoc argumento alios libros, quo ſpectat eius Relation von einer weitern Bemühung, Chriſtum unter den Jüden bekannt zu machen, qui liber conſtat triginta particulis, quae Halae 1738—1750. prodierunt. Porro notentur eiusdem Bericht von einem Verſuch das arme Jüdiſche Volk zur Erkenntniß der chriſtlichen Wahrheit anzuleiten. 6. Partes.

Partes. Halae 1728 — 1734. Vid. *Supplementa collectionis citatae. Part.* I. *pag.* 32. *sequ.* *Eiusd.* Lehrer der chriſtlichen Erkenntniß den Jüdiſchen Irrthümern entgegengeſetzt. Halae 1733. 8. Vid. ibidem *pag.* 48. *sequ.* Eiusd. Fortwährende Bemühung um das Heil des Jüdiſchen Volks. 5. Partes. Eiusd. Chriſtliche Bereiſung der Jüden-Oerter. 4. Partes. Halae 1754—1759.

Ad IX. *Scriptores catechetici pro Iudaeis.*

Pag. 498. *Willichii Ex-Iudaei Catechiſmus* quoque prodiit eodem anno ſub titulo: Wahrer Weg zur Seligkeit, oder kurzer Begriff chriſtlicher Lehre zur Ueberzeugung und Bekehrung der Jüden. *Magdeburgi* 1729. 8. cuius editionis mentionem fecit b. *Parens* meus in der Catechetiſchen Geſchichte verſchiedener Religionen. *Cap.* IX. *ſ.* 6. *pag.* 336. et ſub alio titulo: Juden-Catechismus zur chriſtlichen Lehre teſte *Gregorio Langemachio* in *Hiſtoria catechetica Part.* II. *Cap.* XVI. *ſ.* 15. *pag.* 609. *sequ.*

Ad XIV. *Scriptores de antiquis ritibus Iudaeorum.*

Pag. 511. *Lewis)* non vocatur *Iohannes*, ſicuti praenomen eius a *Wolfio* h. l. et ſupra *pag.* 25. expreſſum eſt, ſed potius *Thomas* teſte *Daniel. Gerdeſio* in *Miſcellaneis Duisburgenſibus Tom.* II. *Faſcic.* II. *pag.* 386.

Ad XV. *Obſervationes miſcellaneae de Iudaeis.*

Pag. 517. *Meſſiae falſi*) Narratio rabbinica de *Rabbi Mardochai Pſeudo-Meſſia* anno 1682. exorto hebraice cum verſione latina et notis quibusdam adiectis inſerta eſt a *Buxtorfio Catalectis* ſuis *philologico-theologicis pag.* 361. *num.* 271. Quo etiam ſpectat *Caroli Antonii* Nachricht von dem falſchen Meſſias Sabbathai Sevi cum appendice. Guelpherbyti et Brunſwigae 1752. 1753. 4. Caeterum hic conferenda eſt praeter ſcriptores a *Wolfio* memoratos *Io. Gottlib. Bidermanni* Prolufio de ſpe Iudaeorum venturi Meſſiae deſperata Friberg. 1751. cuius argumentum ſtrictim exhibent Auctores der vollſtändigen Nachrichten von kleinen akadem. Schriften, ad annum 1752. *Part.* III. *pag.* 275. *sequ.*

Pag. 518. *sequ.* Pluribus *de iuramentis Iudaeorum et de ſumma cautione a magiſtratibus chriſtianis in iisdem exigendis obſeruanda* commentati ſunt *Chriſtian. Dieteric. Haltermannus* in diſſert. de formulis Iuramentorum Iudaicorum. Roſtoch. 1736. *Emo Lucius Vriemoetius* in diſſert. de ritibus in iureiurando a veteribus, Hebraeis maxime et Graecis obſeruatis, Franequer. 1735. quae inſerta eſt a *Io. Oelrichs Collectioni* ſuae *Opuſculorum hiſtorico-philologico-theologic. Part.* I. *num.* VII. VIII. *pag.* 195. 292. *Io. Wilhelm. Englerti* diſſert. de Iuramento Iudaeorum. Giſſae 1747. cuius argumentum ſtrictim exhibent Autores der vollſtändigen Nachrichten ad annum 1749. *Part.* V. *pag.* 431. *sequ.* *Anton. Iulii* von der Hardt [illegible]io de difficultate a Iudaeo per iuramenta in foro chriſtiano veritatem

eliciendi. Helmstad. 1744. *Philipp. Iacob. Heideri* Beantwortung der Frage, ob die Zulassung eines Juden-Eydes wieder einen Christen bedenklich sey. Halae 1778-44. et alii, quorum indicem copiosum exhibuit *Fabricius* in *Bibliographia antiquaria Cap.* XII. *pag.* 620. *sequ. edit. nouissimae.*

Pag. 647. ad verba: *Wolfii lin.* 9. *Et de hac praemonitione interpretor glossas illas cet.)* Hanc sententiam a *Wolfio* latam, quod b. *Io. Mullerus* exemplar libri Iudaici *Chissuk Emmah* possederit, haud quidem improbat b. *Christian. Ziegra* in Beyträgen von alten und neuen theologischen Sachen ad annum 1753. *pag.* 200. *sequ.* id tamen ab eodem citato loco negatur, quod *Praemonitio* hic memorata, quae Praefationi R. *Isaaci filii Abrahami* subiuncta est, glossas istas, quas *Io. Mullerus Aaroni* tribuit, in se contineat, uti *Wolfius* noster hoc in loco affirmauit. Negat illud ipsum *Ziegra* ex ea ratione, quoniam in b. *Mulleri* Manuscripto praeter istam Praemonitionem contineantur glossemata nonnulla, ex quibus coniectura quadam sequi videretur, quod hoc manuscriptum *Mullerianum* ei, quod *Wolfius* ante oculos habuit, omnino sit praeferendum. Vt vero lectores mei optime de eo, quid hac in re senserit *Ziegra*, iudicare queant, ipsa eiusdem hic adducam verba. Pag. 202. loco citato scripsit iste sequentia: „Ein Theil der „Vermuthung des sel. Wolfs ist ganz richtig, daß nemlich D. Joh. Mül„ler diese Gellingische Uebersetzung gehabt haben müsse, indem ich unter den „Handschriften, die mir von ihm durch Erbschaft zugefallen sind, dieselbe wirklich angetroffen habe; der andere Theil dieser Vermuthung aber, „daß diese Vorerrinnerung des Aarons die Glossen seyn, welche Müller „ihm zuschreibet, findet keine Statt, weil ich in der Müllerischen Hand„schrift nebst der Vorerrinnerung des Aarons etliche, wiewohl wenige „Glossen in dem Werke selbst gefunden habe; woraus der Vorzug der „Müllerischen Handschrift vor der Wolfischen abzunehmen ist." Dedit hoc ipsum b. *Christiano Ziegrae* occasionem in loco citato Manuscriptum hoc *Mullerianum* paulo accuratius describendi, quo in loco simul quoque vitae curriculum Gellingii narratur, quod etiam antea iam enarrauerat *Starkius* in *Historia Lubecensi ecclesiastica* et *Daniel Mollerus* in *Cimbria literata.*

Ad Supplementa Tomi IV. *de scriptis Iudaicis.*

Pag. 747. *num.* 21. fere in medio paginae. *Auicennae* editio *Neapoli* 1492. *rarius occurrit*) quod etiam testatur *Melchior Ludouic. Widekindus* in Verzeichniß von raren Büchern. *Part.* II. *pag.* 266. ubi etiam plures huius libri editiones recensentur. Vid. quoque *supplementa mea ad Tom.* I. *pag.* 9.

Pag. 776. *num.* 218. Ad scriptores, qui *confessus sic dictos Hariri* ediderunt, quorum hoc in loco mentionem fecit noster *Wolfius*, praeter alios quoque referendus est *D. Ioh. Vri*, qui praeter alia ad literaturam Arabicam spectantia quoque edidit Conflictum XXXI. huius Rabbini, qui *de latrone transfigurato* agit,

denuo

decus ex accuratissimo eius codice cum versione latina adiecta *Londini* 1773. 4. quam editionem recentissimam accurate recensuit Perillustr. *Io. Dauid Michaelis Bibliothec. oriental. et exegetic. Part.* VII. *pag.* 58. 70. ubi simul varia de hoc clarissimo Iudaeorum vulgo dicto *Hariri* et de *consessibus eius* in genere doctissime observantur. Vid. quoque *Bibliothec. Lengouens. literaturae german. Tom.* VII. *pag.* 54.

Pag. 782. *num.* 249. *Elias Levita. Bartoloccius cum patria Romanum cet.*) Idem quoque praeter *Bartoloccium* fecerunt *Io. Iacob. Schudtius* in *Memorabilibus Iudaeorum Part.* IV. *Sect.* II. *Lib.* VI. *Cap.* 29. et *Io. Christoph. Wagenseilius* in der Hofnung Israels *pag. m.* 134. 135. contra quos *Georgius Christophorus Oertelius* in *programmate de vita Eliae Leuitae eiusque Neostadiensis ad Aissum.* 1776. et b. *Io. Frideric. Hirtius* in Comment. de memoria *saeculari Eliae Leuitae Germani. Ienae* 1774. §. V. erudite demonstrarunt, celeberrimum hunc Iudaeorum doctorem in Germania *Neostadii ad Aissum* natum fuisse, quam sententiam etiam Autores *anglicani historiae uniuersalis Tom.* 28. *pag.* 536. *version. german.* et plures alii, quos in medium adduxit *Hirtius* loc. citato *pag.* 12. nota l. defendunt. Vid. quoque haec mea *supplementa ad Tom.* I. *pag.* 153. *seq.*

Pag. 791. *num.* 356. *Aristoteles.* Memorat *Wolfius* circa finem huius Articuli, libros *Aristotelis de Coelo et mundo a R. Serachia filio Isaaci* ex Arabico in hebraicum sermonem translatos fuisse. Tempus, quo hic Serachias vixerit, vix certo definiri potest. Interim ex nonnullis circumstantiis coniicit *Baumgartenius* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. *Tom.* X. *Part.* LIX. *pag.* 487. *seqq.* quod hic idem sit ille *Serachia Schechulja Leuita*, quem *Wolfius Tom.* I. *Bibliothecae* suae *hebr. pag.* 361. *num.* 582. memorat. Nominatur hic in libro Iudaico *Schalscheleth* etiam Hispanus, et vixit Saeculo duodecimo, quo tempore Arabicarum literarum maxime in Hispania florebant. Quae omnia a *Baumgartenio* diligentissime obseruata ad confirmandam eius supra memoratam coniecturam, vel saltem maxime probabilem reddendam multum facient. Insuper hic unicum ex *Baumgartenii* obseruationibus citato loco in medium adductis adferam. Notum est, quod *Themistius*, Rhetor et Philosophus Graecorum clarissimus, qui Saeculo IV. floruit, interpretationem *graece* conscriptam quatuor librorum Aristotelis de coelo in lucem publicam ediderit. Licet vero haec translatio in originario suo idiomate amplius non sit superstes, prodiit tamen *latina* eius *versio* ex codice versionis huius Hebraico manuscripta, a *Mose Alatino Venetiis* anno 1474. fol. adornata. Recentissimo tempore doctissimus quidam Iudaeus Nouiomagi vitam degens, nomine *Meierus Benedictus Compers* in schedula quadam hebraicis typis impressa propositum suum, libros *Aristotelis* cum *Themistii* memorata interpretatione edendi cum eruditis communicauit, quod propositum valde laudauit *Baumgartenius*, et vehementer optauit, ut haec editio eo citius in lucem proferatur publicam.

Quod vero an factum sit, et num hic Compers promisso suo steterit, me nescire fateor.

Pag. 795. *num.* 375. *lin.* 6. R. *Bechai fil. Ioseph.* Versionem Iudaeogermanicam libri eius *Chobath halebabhoth* adornauit *R. Iizchak Iudex Suerin*, de qua plura obseruauit *Io. Christian. Wibelius* in *Collectione nouantiquorum theologic.* ad annum 1743.

Num. 378. *pag.* 796. *Benedict. de Spinosa.* Plura de libro *l' Esprit de Monsr. Spinoza* hic memorato in medium adduxit *Vogtius* in *Catalogo librorum rariorum. pag. m.* 641.

Num. 389. *pag.* 805. *lin.* 9. *Vol.* I.) corrige et scribe pro hoc numero *Volum.* III. *pag.* 184. Pluribus de hoc libro *Io. Henr. Wolfii* hic memorato conferantur Auctores *nouantiquorum theologic.* ad annum 1727. *pag.* 155. *seqq.*

Num. 841. *Io. Boeschenstein.* Quae *Wolfius p.* 841. ex verbis citatis concludit b. *Lutheri*, quod *Boeschensteinius* natione Iudaeus fuerit, nequaquam ex iisdem concludi posse videntur. Sakem b. *Hirtius* in *Bibliotheca* sua *orientali et exegetica* T. VI. *pag.* 314. *seqq.* iisdem consecutionem legitimam inesse in dubium vocauit. Huic literatissimo viro potius videtur ex scripto a *Boeschensteinio* Coloniae edito, quod Aue Maria complectitur et a *Baumgartenio* in *Relationibus de libris memoratu dignis Tom.* III. *pag.* 118. obseruatur, clarissime constare, eundem *Boeschensteinium* Coloniae, ad quam citissimam paulo ante obitum suum profectus fuerit, solenni ritu ad sacra Pontificiorum transiisse. Huius causa, non vero ἀποστασίας ergo, cuius iniuste accusetur, recte vocatur a Luciano *apostata.*

Ad scripta eius quod attinet, praeter *Grammaticam hebraicam*, cuius *Wolfius Tom.* IV. *Bibliothecae huius pag.* 277. ubi conferas supplementa mea, edidit bina opuscula, quorum unum est inscriptum: christlicher Unterricht der brüderlichen Liebe. Sine mentione loci, forte Wittebergae 1523. 4. Alterum vero, quod titulum in fronte gerit: Viele gute Ermahnungen zu Gott dem himmlischen Vater, aus der Hebräischen Sprache ins deutsche gebracht, *Norimbergae* 1525. 8. prodiit, et liber est precum Iudaicarum germanice translatus. Vid. haec Analecta supra ad *Tom.* II. *num.* 761. de scriptis Iudaeorum Anonymis.

Num. 896. *pag.* 854. *R. Ioseph. Iosel.* Liber eius *Tiphereth Ioseph* hic a *Wolfio* memoratus quoque prodiit *Wilmersdorfii* anno C. 1725. fol. quod obseruauit *Io. Christian. Wibelius* in *Collectione nouantiquorum theologic.* ad annum 1743. *pag.* 513.

Num. 1024. *R. Iacob. ben Aschers.* Pag. 865. per *R. Dauid. bar Nachman et R. Schemuel*) Potius hi duo, qui curauerunt editionem libri Iudici *Arba Turim Venetam* de A. C. 1522. sunt filii *Nachmiae* quam *Nachmonis*, obseruante *Io. Bernhardo Doroffio* in disquisitione de *hebraicae typographiae origine et primitiis. Cap.* VI. *§.* 11. *pag.* 71. *edit. Erlangens.*

Num.

Num. 1369. *pag.* 896. ad vocem *exprimere*) quem anni numerum huius editionis verum et genuinum impressionis eius tempus etiam referre, etiam obseruauit *Buxtorfius* in *Catalogo librorum Iudaicorum.* b. 9.

Num. 1392. b. *Meir ben Zeui Hirsch.* Pag. 897. Liber eius a *Wolfio* memoratus, qui de ritibus Iudaeorum in immolandis, mactandis et diligenter inspiciendis animalibus varia praecipit, prodiit quoque *Dyrenfurti* 1701. 4. testeque eo docto in *Museo librorum nouorum Tom.* I. *Part.* IX. *pag.* 707.

Num. 1463. *R. Menasseh ben Israel.* Pag. 901. *lin.* 13. *cum Patre*) mercatore opulento. Plura de hoc clarissimo Iudaeorum doctore obseruata sunt a me in his Analectis ad *Tom.* I. *pag.* 779. *sequ.*

Num. 1523. *pag.* 904. *Chelkath Mechokek Lesnitii*) typis *R. Israelis Abrahami.* Vid. *Acta erudit. Lipsiens. latina* ad annum 1725. *Septembr. p.* 431.

Num. 1612. *Moses Nachmanides.* Praeter ea, quae iam ad *Tom.* I. *pag.* 877. *num.* 7. in his Analectis ex obseruationibus doctissimis *Io. Bernhard. Derossi* adduxi, idem vir in literatura hebraica versatissimus in sua *disquisitione de hebraicae typographiae origine et primitiis Cap.* V. *§.* 8. *pag.* 44. *sequ.* varios errores, quos hic loci in descriptione sua *editionis Vlissyponensis Commentarii in Legem Nachmanidis pag.* 920. commiserit. Verba eius, quae huc spectant, haec sunt: „In *exscribenda Epigraphe, quae sub finem exstat, grauissime hallucinatur „Wolfius. Etenim quum illa* 36. *versibus comprehendatur, binis columnis ita di„spositis, ut unicuique versui prioris columnae immediate versus rhythmicus posterio„ris succedat, — — ipse simul legit et retulit versus omnes prioris columnae, deinde versus omnes posterioris columnae sensu aut plane nullo aut prorsus incongruo.“ Simili ratione idem *Wolfio* nostro vitio vertit, quod ipse *pag.* 921. affirmauerit, hanc ipsam editionem prodiisse in aedibus *R. Arba*, et non distinctam esse ab ea editione, quae prodiit anno aerae Iud. 250. C. 1490. a qua tamen merito sit distinguenda. Vid. supplementa mea ad *Tom.* III. *pag.* 796. Caeterum haec ipsa editio obseruante *Derossio* 201. paginas complectitur.

Num. 1682. b. *R. Nehumias.* Pag. 927. Ad finem huius numeri addantur sequentia: Saltem ex hoc adducto *Epistolarum Grotii* loco clarissime patet, *Grotium* penitus ignorauisse, unde ipse testimonium *R. Nehumiae* desumserit, quod in libris *de Veritate religionis christianae* adduxisse narratur.

Num. 1797. *pag.* 947. *Immanuel Tremellius.* Huius *Catechismum* nihil aliud quam translationem hebraicam Catechismi *Caluini* continere, praeter *Paulum Colomesium* quoque obseruauit *Iacobus Lenfantius* in Opusculo gallico, *Discours sur les Catechismes, sur les Formulaires et sur les confessions de la foi* inscripto, quod appendicis loco libro suo, *L' innocence du Catechisme de Heidelberg demontrée contre deux libelles d' un Iesuite du Palatinat, Amsterdam* 1723. 8. adiunctum est. Vid. ibidem *pag.* 102. *sequ.* Caeterum de insigni raritate huius Catechismi agitatur *Freytagius* in *Analectis de libris rarioribus pag.* 1008. ubi simul

alia memoratu digna de hoc libro obſeruantur. Vid. quoque *ſupplementa mea ad Tom.* I. *pag.* 952.

Num. 1817. b. *pag.* 951. *ſequ. Paulus Staffelſteinerus.* Edidit iſte praeter ſcripta hic et *Tom.* III. *pag.* 919. a *Wolfio* adducta quoque ſcriptum germanicum ſub titulo: Kurze Unterrichtung, daß man einfältig Chriſto nachwandern, ihm und ſeinem Worte glauben, und ſich die Jüdiſchen Lehrer als ihre Rabbinen und Schriftgelehrten nicht ſolle abwenden laſſen. Noribergae 1536. 4.

Num. 1830. d. *pag.* 954. Scripta de *Tetuphoth Iudaeorum* hic a *Wolfio* adducta uberius recenſuit vir doctus in *Collectione nouantiquorum theologicorum* ad annum 1728. *pag.* 464. Plura ſcripta de iisdem adduxi in ſupplementis meis ad obſeruationes miſcellaneas de Iudaeis *Tom.* II. *Bibliothecae hebr.* a *Wolfio* editas.

Num. 2175. *R. Schimon ben Iochai.* Neſcire me fateor, quo pacto id, quod *Wolfius* noſter de *Cremonenſi* editione libri *Sohar* obſeruauit, eandem eſſe *mendoſiſſimam*, cum iis conciliari poſſit, quae de eadem teſtatur *Daſſovius* in Tractatu *de mortuorum reſurrectione ex Iudaeorum ſententia Dedicat. b.* 2. ubi ſcripſit: „*Cuius libri Sohar Cremonenſis editio de A. C.* 1558. *in folio eſt optima, „et nouellis Commentariis effulget, v. gr. Sitre Torâh, Medraſch Hammeolam, „Toſiphta, Sepher Bahir, Medraſch Ruth, Medraſch Chaſis* cet." Indicis tantum promiſſi in eadem editione deſiderantur. Vid. plura de hoc libro in *Supplementis meis ad Tom.* I. *pag.* 1134. *ſequ.*

Num. 2187. *pag.* 1002. *R. Schimon bar Zemach Duran.* Ad [illegible] *Wolfii*: *Huic fortaſſe tribuenda eſt cet.)* Huius libri mentionem quoque fecit *Baumgartenius* in Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothek. *Tom.* I. *Part.* 1. *pag.* 41. ubi idem Auctor coniicit, librum hunc partem alteram peculiaris alterius libri conſtituere, quod praeſertim ex eo clariſſime conſtare videtur, quod Auctor eius ſaepius v. gr. *fol.* 46. *col.* 1. 48. b. 56. b. priorem partem huius libri citauerit.

Ad ſupplementa huius Tomi de ſcriptis Anonymis.

Num. 114. *pag.* 1042. *Gale Raſaja.* An hic liber umquam exiterit, vehementer dubitarunt *Io. Leuſdenius* in *Philologo hebraeo pag.* 250. *Io. Henric. Haeuerus* in diſſert. *de ritu benedictionis ſacerdotalis cap.* II. §. 27. et *Io. Morinus* in *Exercitationibus biblicis pag.* 17. ſcripſit, *hunc librum ab omnibus fere Iudaeis ignorari.* Interim exſtat de eodem clariſſimum teſtimonium *Io. Chriſtoph. Wagenſeilii* in *Telis Satanae igneis pag.* 221. ubi ita de eo ſcribit: „*In vetuſtiſſi-„mo libro Gale raſia. Nam is, etſi a multis eruditorum id vocatum fuerit in du-„bium, longe diverſus tamen ab eo, quem Galatinus nobis ſuppoſuit, exſtat omni-„no in natura rerum manuſcriptus, vidimus illum cum Iudaeis pauciſſimis a Polono „exule acceptum poſſidentem.*" Vide quoque *Groddeckii Hexcentadas ſcriptorum*

Pſeu-

Pseudonymorum hebraicorum num. 10. apud *Wolfium Tom.* IV. *pag.* 1011. *sequ.* Codex manuscriptus huius libri quoque asseruatur in *Bibliotheca Senatus Lipsiensis*, uti memoratur in *Museo librorum nouorum. Tom.* I. *Part.* XII. *pag.* 729.

Num. 211. *pag.* 1045. *Chorban beth hammikdasch.* Liber hic Iudaicus Hebraeo-germanico idiomate quoque *Threnis Ieremiae* in libro Iudaico *Zennarenna* adiectus est. Plura de eodem adduxit *Carpzouius* in *dissertatione* II. *praeliminari in librum Ruth. pag.* 14.

Num. 246. c. *pag.* 1047. *Ialkut.* Excerpta quaedam ex hoc libro Auctor anonymus, qui sub literis B. L. latere voluit, in opusculo, quod inscribitur: Merkwürdige Unterredung zwischen einem Juden und Christen, quod *Tubingae* 1739. 8. prodiit, et 6. plagulas comprehendit, exhibuit. Conf. *Collectio nouantiquorum theologicorum* ad annum 1743. *pag.* 113. *sequ.*

Num. 395. *pag.* 1052. *Maaseh Adonai.* Vid. quoque supplementa haec ad *Tom.* II. *pag.* 1362. *num.* 407. Liber hic etiam prodiit *Wilmersdorfii* A. C. 1724. quod obseruauit *Io. Christian. Wibelius* in *Collectione nouantiquorum theologicorum* ad annum 1743. *pag.* 518. ubi quoque *R. Akiba Behr* pro auctore libri huius declaratur, de quo, licet *Wolfius Tom.* I. *Bibliothecae* suae *num.* 1803. *pag.* 957. III. 889. IV. 948. commentatus fuerit, nullam tamen huius scripti ab eodem Iudaico doctore libri fecit mentionem.

Num. 659. b. *pag.* 1059. *Scheeloth uteschubhoth.* De hoc libro obseruauit *Wagenseilius* in *Notitia librorum rabbinicorum pag.* 27. contineri in hoc opusculo resolutionem casuum iuridicorum. Indicem omnium fere librorum, qui hoc sub titulo inter Iudaeos circumferuntur, exhibet *R. Schabtai* in Siphte jeschepim, quorum unus autore *R. Iehuda Menz* et *R. Meir Patauino Venetiis* in 4. prodiit, ut alios omittam.

Num. 757. *p.* 1067. Praeter editiones a *Wolfio* nostro hic et supra *T.* II. *p.* 1452. obseruatas, quibus nonnullas in supplementis ad istum locum adieci, eaedem quoque prodierunt Dyrenfurti 1709. 8. sub titulo: שומרים לבקר, quae inscriptio de sumta est ex Ps. CXX. Recensetur haec editio ab auctore *Supplementi indicis librorum typis Dyrenfurtensibus euulgatorum* in *Museo librorum novorum T.* II. *P.* XIV. *p.* 96. Deinde prodierunt precationes totius anni secundum ritius *Iudaeorum Polonicorum*, *Russicorum*, *Lithuanicorum*, *Bohemicorum*. *Morauicorum* et *Germanicorum* cum grammaticis obseruationibus *R. Schabbathaei Premisliensis.* Vid. Museum citat. loco *pag.* 100. Ibidem quoque *Tom.* I. *Part.* IX. *pag.* 710. alia earundem memoratur editio inchoata, nondum ad finem perducta, cuius praefatio Wolauiae 1705. data est.

Num. 767. b. *pag.* 1068. *Tikkun lei Schauuoth.*) Prodiit quoque hic liber Iudaicus *Wilmersdorfii* 1733. 8. teste *Io. Christian. Wibelio* in *Collectione nouantiquor. theologic.* ad annum 1743. *pag.* 521.

Num. 777. b. *pag.* 1069. *Tikkun Schabbath*) Prodiit etiam iste liber Dyrenfurti 1692. 4. cuius editionis plenior inscriptio est haec: סדר תקוני שבת עם מדרש

סדרש מנוחת יעקב h. e. *Ritus Sabbathi cum oblatione Iacobi* sive *Commentario R. Iacobi Posnanienſis, filii Raphaelis*, quam editionem memorat vir doctus in *Muſeo librorum novorum. Tom.* I. *Part.* IX. *pag.* 704.

His ſcriptis a *Wolfio* memoratis Iudaicis Anonymis addantur liber *Bahir* et *Peſikta*. De priori, quem pluribus recenſuit *Groddekius* in Hexecontade *Pſeudonymorum hebraicorum num.* 5. apud *Wolfium Tom.* IV. *Bibliothec. hebr. pag.* 1008. perhibet *Buxtorfius* in *Bibliotheca rabbinica. pag.* 47. *Herborn. edit.* ſeſe inde deprompſiſſe ex eodem libro teſtimonium pro antiquitate punctorum vocalium adſtruenda, quod tantum de priori editione *Theſauri* ſui *grammatici* intelligendum eſt, cum in reliquis editionibus iſtud omittatur. Cuius defectus cauſas et fundamentum pluribus diſquiſiuit filius eius *Io. Buxtorfius* tum in ſuo Tractatu de punctorum vocalium et accentuum Veteris Teſtamenti origine et antiquitate (Baſil. 1648. 4.) tum in Anticritica ſua *Cappello* oppoſita.

Librum *Peſikta* autem quod attinet, eſt Commentarius in Leviticum, librum Numerorum et *Deuteronomion*, non autem in *Pentateuchum* univerſum. Neque veritati conſentaneum videtur, quod *Buxtorfius* de hoc libro perhibet, cum nec ipſe hunc librum oculis ſuis uſurpare potuerit. Hinc ceſpitationem *Buxtorfii* recte obſeruauit *Groddekius* in *Hexecontade Pſeudonymorum hebraicorum* apud *Wolfium Tom.* IV. *B. Hebr. pag.* 1031. Liber hic, quod adhuc obſeruo, in magno penes Iudaeos pretio habetur, et adhaeret in editione *Veneta*, quae in folio ex officina *Bombergii* prodiit *Mechiltae*, *Siphre* et *Siphrae*.

Pag. 1115. Plura de *R. Simeone Luzzati* obſeruauit *Wolfius Bibl. hebr. Tom.* I. *pag.* 1146. III. *pag.* 1150. *num.* 2183. Liber eiusdem, cuius poſtremas quasdam ſectiones *Wolfius* hoc in loco deſcripſit, prodiit Italice Venetiis 1638. 4. ſub titulo: *Diſcorſo circa il ſtato de Gl' Hebrei, et in particular dimoratinell' in Città di Venezia. Di Simone Luzzato. Rabbino Hebreo. Et e un appendice al Trattatto dell' openioni e Dogmi de gl' Hebrei dall' uniuerſal non diſſonanti è de Riti loco piu principali.* Venetiis 1638. 4. Caeterum pluribus liber hic quoad memoratu digna, quae in eodem occurrunt, recenſetur a b. *Io. Rudolpho Kieslingio* in Neuen Beyträgen von Alten und Neuen theologiſchen Sachen ad annum 1760. *Part.* VI. *pag.* 711. 725.

Pag. 1167. Ad *monumenta* de Iudaeis, quae hic addi poſſent, quoque referri queunt *Martyrologia* ſic dicta Iudaeorum, in quibus tum ea, quae in inquiſitione Hiſpanica ab iisdem perpeſſa ſunt, ſedulo narrantur, tum memoria eorum, qui propter fidei ſuae conſtantem confeſſionem in Hiſpania combuſti ſunt. Specimen fragmenti perantiqui unius eiusmodi ſcriptorum exhibuit *Io. Chriſtian. Wibelius* in *Collectione nouantiquor. theologicor.* ad annum 1740. *Part.* I. *pag.* 10. *ſq.*

Pag. 1218. Specimen *epitaphii* Iudaici *R. Iechanjae* legitur in *Collectione* memorata 1730. *pag.* 876. *ſeqq.*

In

In *Indice Tomo* IV. *Wolfii* adiecto ſub articulo *Abraham fil. Elimelech* numerus Tomorum huic nomini adſcriptus 53. cum numero 54. permutandus eſt.

Ibidem ſub articulo: *Abraham fil. Meir Aben Eſra* numerus adiectus ita exprimendus erit: *Tom.* I. III. IV. 110.

* * *

Promiſi in his *Analectis* meis ſubiungere Indicem Iudaeorum quorundam vel recentiorum vel antiquiorum, qui poſteritati monumenta ingenii ſui reliquerunt, et hinc omnino merentur, ut memoria eorum conſeruetur, quibus ſubiungam tandem Indicem ſcriptorum, qui de itineribus in Arabiam et Palaeſtinam inter Iudaeos commentati ſunt, quibus abſolutis labori meo in his Analectis meis conficiendis ſatis moleſto finem imponam. Sequitur ergo nunc

I. *Index Rabbinorum recentium aut a Wolfio omiſſorum alphabeticus.*

R. Abraham Cohen Sopher, qui ſcripſit librum ſub titulo: רבי שבקרשה, qui impreſſus eſt anno C. 1694. apud Moſen Blochium, et 12. foliis conſtat. Adduxit *Wolfius* noſter *ſcriptum eiusdem fere inſcriptionis Tom.* I. *pag.* 744. *lin.* 1. quod vero nonniſi in inſcriptione cum hoc, cuius iam mentionem feci, convenit. Forte *Wolfius Tom.* III. *pag.* 985. *num.* 1901. tribuit immerito hunc librum *R. Ruben fil. Hoſchke.*

R. Benjamin Zeen. Floruit hic doctor Iudaicus A. C. 1534. Scripſit librum, qui inſcriptus eſt: Quaeſita et Reſponſa, quem librum teſte *R. Chaſim Ioſeph Aſulai* et *filio* eiusdem *Agedolimo* compoſuit. Ex coniectura *Orlandi* in *Catal. Biblioth. Bodlejanae* editus eſt Venetiis A. C. 1499. quam vero ſententiam damnat, et potius anno aerae Iudaicae [illegible] C. 1539. prodiiſſe teſtatur doctiſſimus *Iohannes Bernhardus Deroſſius* in *diſquiſitione de Hebraicae typographiae origine et primitiis. Cap.* VIII. §. 19. *pag.* 108.

R. Serach bar Iehuda Soter, qui operam et ſtudium ſuum codici manuſcripto bibliorum hebr. quem poſſedit *Io. Capnio*, deſcribendo impendit teſte *Io. Henr. Maio* in *vita Io. Reuchlini pag.* 536.

R. Iacob Raphael fil. Schemuel. Extat liber eius ſub titulo *Omek Halacha* ſeu *Profunditas Conſtitutionis*, in quo libro expoſuit Auctor *Halachoth* Talmudis difficiliores, additis, quae lucem iisdem adfundunt, figuris, qui liber prodiit Cracouiae 1598. 4. Liber eſt rariſſimus, ex ſententia *Theodor. Daſſouii* in diſſert. de ſigno crucis §. 10. in Bibliotheca *Bodleiana* et aliis inſtructiſſimis Oxonienſibus fruſtra quaeſitus, qui tandem in bibliotheca *Cantabrigienſi Daſſouio* ut ſingulare cimelium oſtenſus fuit, unde non immerito a *Io. Vogtio* in *Catalogo librorum rariorum pag. m.* 360. in rariorum librorum numerum refertur. Hinc

forte etiam derivandum eſt, quod eius in *Wolfii* bibliotheca hebraea nulla facta fuerit mentio.

R. Iekuthiel Kofman. Scripſit de hoc Auctore Iudaico vir doctus in *ſupplemento librorum Dyrenfurtenſium Tom.* II. *Part.* XIV. *pag.* 97. librum eius exſtare ſ. t. חקי משפט, *ſtatuta Iuris.* Idem auctor non modo ſcripſit in *Choſchen Miſpath*, ſed etiam in reliquos Ordines operis Iudaici *Schylchan Aruch.* Mihi praeſto ſunt, pergit ibidem vir doctus loco citato, eiusdem חקי חיים *Statuta Vitae*, in *Orach Chajim* et חקי דעת, *Statuta ſcientiae* in *Ioreh Deah*, quorum Opuſculorum utrumque Berolini A. C. 1700. in 12. prodiit. Expoſitioni in *Even Haeſer* ab ipſo elucubratae titulum dedit חקי דרך, *Statuta Viae*, cuius editionis annum ſeſe ignorare idem vir doctus ingenue profitetur.

R. Kalonymus, ben R. Mardochai) Prodiiſſe eius opera et ſtudio editionem primi ordinis *Arba Turim*, qui inſcribitur *Orach chajim*, quae prodiit Lublini anno ſupputationis Iudaicae 359. C. 1599. fol. ſupra obſeruatum eſt in his *Analectis* ad *Tom.* I. *Bibliothec. hebr. pag.* 467. et 583.

R. Meir incertus, diuerſus ab eo, quem *Wolfius* memorat ſimiliter incerto. *Tom.* I. *Bibliothec. hebr. pag.* 743. *num.* 1366.) Scripſit hic ipſe Iudaeus doctor librum ſ. t. שחיטה, *Hilcoth ſchechitha* ſeu conſtitutiones mactationis, qui liber editus eſt Ferrariae per *Samuelem Gallum* [illegible]que anni nota in 12mo, probabili ratione autem eius impreſſio a *Io. Bernhard. Deroſſio* in *Tract. de Typographia hebraica Ferrarienſi. Cap.* II. *p.* 30. ad annum Chriſti circiter 1552. refertur. Cum quo libello ſimul prodierunt eiusdem Auctoris הלכות הריאה *Hilcoth Hareah* ſ. *Conſtitutiones pulmonis* in 12. obſeruante *Deroſſio loco citato.*

R. Mardochai Gumpel, fil. R. Iehuda Lois Schnober filii Gumpel Schnober, Iudicis eccleſiarum Berolinenſium. Edidit iſte Encyclopaediam mathematicam et philoſophicam, quae ſub titulo מאמר התורה והחכמה h. e. *ſermo legis et ſapientiae* Londini ann. Aerae Iud. 531. C. 1771. in 4. maiori ex typographia *R. Moſcheh* eiusque ſociorum *R. Iſaaci* et *R. Iacobi* prodiit in lucem publicam. Pleniorem huius libelli hebraice ſcripti, qui octoginta et octo paginas, exceptis titulo, praefatione et indice verborum complectitur, exhibuit b. *Hirtius* in *Bibliotheca orientali et exegetica. Part.* VII. *pag.* 43-49.

Moſes Gentilis, qui quoad integrum nomen ſuum appellatur *Moſes Chepetz Sciochem bengir Trieſtna* ſeu *Moſes Gentilis, civis urbis Tergeſtes.* Librum edidit ſ. titulo: מלאכת מחשבת, quam inſcriptionem deſumpſit idem ex loco Exod. XXXV, 33. Commentarium in Moſis *Pentateuchum* ſiſtit hoc opus, in quo potiores theſes eius ex Philologia et Theologia Iudaeorum explicantur, adiectis ſimul quibusdam iconibus ad illuſtrationem neceſſariis. Indicatur hic liber, et de argumento ſectionum eius quaedam memorantur in *Muſeo librorum novorum. Tom.* I. *Part.* IV. *pag.* 348.

R. Mo-

R. Moses fil. R. Salman Dobruschki. Edidit his auctor, qui aetate recentissima vixit, explicationem novam Capitis primi *Bechinath olam R. Iedajae Happenini*, quae s. t. סצר השעשרע seu *liber deliciarum* prodiit ex *typographia Israelis filii Baehr Eitels* Pragae 1775. 4. Vid. *Wolf. Bibliothec. hebr. Tom.* I. *p.* 401. *num.* 677. et Analecta mea ad hunc locum. Methodus, ad quam Auctor iste librum hunc adornauit, fere eadem est, quam celeb. *Moses Mendelsohnius* in Commentario suo rabbinico in *Ecclesiasten Salomonis* sequitur, ita quidem, ut expositio vocum singulis segmentis *Bechinath olam* subiecta, et expositio rerum in ipso textu quaerenda sit. In praefatione libri huius Auctor vehementer de neglectu artis metaphysicae, literarum elegantiorum et Philosophiae practicae inter hodiernos Iudaeos maxime conqueritur. Caeterum Auctor in hoc scripto, cuius continuationem in lucem publicam edere promisit, magnam et plane singularem scriptorum Iudaicorum et Talmudis, ex quo permulta loca in hoc tractatu adducuntur et explanantur, clarissime prodidit, Vid. notitiam *Nova literaria Erlangensia* de Anno 1776. *Scid.* VIII.

Moses Mendelsohnius, philosophus inter Iudaeos non scholae cuidam addictus, sed philosophiae vitae et popularis acerrimus propugnator recentissimus, qui ob singularem doctrinae copiam et elegantiam, qua scripta eius se lectorum mentibus insinuant iisque sese maxime commendant, a Iudaeis pariter ac Christianis magni aestimatur. Praeter scripta eius philosophica, quo spectant eius *Phaedon*, scriptum *de notione evidentiae metaphysicae* cet. quae si uberius enarrarem, a scopo meo Analecta ad Bibliothecam hebraicam conscribendi longius quam par erat aberrarem, idem Mendelsohnius versionem totius Veteris Testamenti germanicam molitus est, cuius operis Pars prior *Pentateuchum Mosis* comprehendens prodiit Berolini 1781. in forma octava. Idem Interpres Iudaeorum sagacissimus praeterea edidit *commentarium Rabbinicum in Coheleth* inscriptum באור קהלת qui Berolini 1770. 8. prodiit, et centum paginas comprehendit, cuius uberiorem recensionem exhibuit b. *Hirtius* in *Bibliotheca orientali et exegetica. Tom.* I. *num.* 6. *pag.* 71. 99. quem librum elegantissimum Auctor *Mischnae* germanicae, *Io. Iacob. Rabius* Onoldi 1771. in forma quarta germanice translatum prodire curavit, et recentissimo aevo eius et sociorum doctissimorum eius cura prodiit liber *Geneseos* cum commentario rabbinico doctissimo Berolini 1783. 8. mai.

R. Ruben, qui a Caelio Calcagnino creatus est Doctor Medicinae. Scripta eiusdem varii generis reperiuntur in eiusdem *Calcagnini* Operibus *pag.* 356. editionis Basileensis de anno 1544. indicata. Vid. Ephemerid. Goettingens. 1783. *Scid.* 128. *pag.* 1285.

Raphael Chajim Basila, Iudaeus recentior, cu[illegible]*tiones criticas in diversitatem lectionis Hebraei codicis iam ab Euerhar[illegible] Hooght obseruatam* pluribus commendavit S. V. *Frideric. Wilhelm. D[illegible]dius* in prolusione peculiari

lari Wittebergae 1774. edita, quam pluribus recenſuit b. *Hirtius* in *Bibliothec. oriental. et exegetic. Part.* VIII. *pag.* 413. 416.

R. Sabbathias Ambron. Auctor hic magno labore et ſtudio conſcripſit Hiſtoriam omnium coeli ſyſtematum, quod opus iconibus centum et pluribus inſtruxerat. Cum vero huius operis impreſſio eius propter varia, quae in eodem fidei Romano-catholicae adverſari viderentur, tum ab Inquiſitione *Romae*, ubi imprimendum erat, tum a Reformatoribus reipublicae *Venetae* prohiberetur, opus ſuum transmiſit *Lipſiam*, ut ibi imprimeretur. An vero factum ſit, ignoro. Interim operis huius facta eſt mentio in *Muſeo librorum novorum. Tom.* III. *Part.* XXV. *pag.* 60. Idem ſcriptor Iudaicus ſcribere voluit *Bibliothecam Rabbinicam*, quae *Bartoloccianam* maxime ſuperaret, de qua quaedam memorant Auctores *Muſei* citati *Part.* XXVI. *pag.* 143. *ſequ.*

R. Salomo Hanouienſis dictus חכהן. Liber huius Auctoris exſtat ſub titulo: ספר יסוד ותניקוד ſ. *fundamentum punctationis hebraicae*, editus prima vice Amſtelodami 1730. Hunc librum *Eſaias Aubry*, paſtor eccleſiae Gallicae ope alius docti Rabbini Medici Francofurtenſis, *Aſer Anſchel Wolff Worms* dicti e rabbinico latine tranſtulit variisque rationibus, *Altingii*, *Waſmuthi* et *Danzii* veſtigia relegens locupletavit et illuſtravit, eum in finem, ut univerſae anomaliae ad regulam redactae, ſolis exceptis notis maſorethicis, opus rationale grammaticum, verbumque Dei divina ſic dignum ſapientia, nec ab humano pendens arbitrio, vel temporum ſucceſſione corruptum oſtendant. Indicatur hic liber ſuſceptus in *Ephemeridibus Hamburgenſibus literariis* ad annum 1739. *Scid.* XXXIX. *pag.* 329. qui vero an impreſſus fuerit, me ignorare fateor.

R. Secharja. Scripſit iſte librum hebraicum ſ. t. סֵפֶר זִכָּרוֹן, liber memoriae, qui varia de Iudaeis memoratu digna continet. Prodiit ſine mentione anni Wilmersdorfii, quod memorat *Io. Chriſt. Wibelius* in *Collectione nouantiquorum theologicorum* ad A. C. 1743. *pag.* 520.

R. Tobias Metenſis. Edidit iſte ſcriptum ſ. t. מעשה טוביה Rabbinicum, in quo uniuerſam Theologiam pariter ac Philoſophiam Iudaicam exhibere ſtuduit, quod praeter alias editiones prodiit Ieſſnitii 1721. 4. et 1. Alphabet. ſeptem et dimid. plagulas complectitur, quam editionem memorat vir doctus in *Collectione nouantiquorum theologicorum* ad A. C. 1722. *pag.* 331. *ſequ.*

עזריאל בר יהודא *Lublinenſis.* Quisnam hic fuerit Iudaeus, ignoro. Interim eius facta eſt aliqua mentio in margine editionis *Lublinenſis* de anno 359. C. 1599. fol. *Orach chajim*, quam obſervavi in *Analectis* meis ad *Tom.* I. *pag.* 583. *lin.* 1.

II. *Index*

II. *Index Alphabeticus Scriptorum Iudaicorum, qui Itineraria in Palaestinam vel mappas geographicas huius terrae consignarunt.*

R. Abraham fil. Mardochai Perizol. Prostat eius liber Rabbinicus s. t. אגרת ארחות עולם, Itinera [illegible]di, de quo plura in medium adduxit *Wolfius Bibliothec. ebr. Tom.* I. *pag.* 89. III. 55. IV. 767. ubi quoque *Analecta* mea ad priorem locum conferantur.

R. Benjamin fil. Ionae, Tudelensis. Notissimum opus eius est, quod inscripsit מסעות seu *Itinera.* Vid. *Wolf. Bibliothec. hebr. Tom.* I. *pag.* 248. *sequ.* III. 152. *sequ.* IV. 798. *num.* 395. et ad priorem locum Analecta mea.

R. Iacob Zaddik fil. Abraham. Referente *Wolfio Tom.* I. *pag.* 612. *num.* 1097. idem mappa ampliore delineauit Palaestinam. Vid. *Analecta* mea ad istum locum.

R. Moses Petachias. Vid. Analecta nostra ad *Wolf. Bibliothec. Tom.* I. *pag.* 888. *num.* 1635. et *pag.* 996. *num.* 1859.

R. Samuel filius David Iemsel Karaeus. Vitam huius Geographi inter Iudaeos clarissimi enarravit *Wolfius* noster *Bibliothec. suae hebr. Tom.* III. *pag.* 1080. *num.* 2054. b. quo in loco etiam *pag.* 1081. 1094. inserta leguntur excerpta nonnulla Itinerarii eiusdem, praeter quae nihil de hoc opere typis expressum exstat. Equidem b. *Conrad. Ikenius* integram editionem huius itinerarii ad [illegible] sancta terrae Israel, promiserat in lucem publicam edere, quam dissertation[illegible] philologico-theologicis postea a *Io. Hermann. Schachtio* Vltrajecti 1770 [illegible]dicere voluit, dira morte impeditus autem, quippe quae optimis literatorum virorum consiliis impedimenta iniicere solet, consilio suo abstinuit, quod obseruauit b. *Ernestius Bibliothec. theologic. nouissim. Tom.* I. *Part.* V. *pag.* 473.

In numero Iudaeorum doctorum, qui iter in terram sanctam susceperunt, collocatur a *Wolfio* nostro *R. Israel filius Elieser.* Vid. *Bibliothec. hebr. Tom.* I. *pag.* 710. *num.* 1312.

Mapparum quoque *geographicarum Palaestinae* delineationem exhibentium crebrior quoque in scriptis *Iudaeorum* fit mentio, quarum exempla nonnulla memorat *Io. Albert. Fabricius* in *Bibliographia antiquaria Cap.* V. *pag.* 194. *not. edit. nouiss.*

III. *Mantissa Supplementorum ad Tomum* I. *huius Bibliothecae novae hebraicae.*

Pag. 12. *Abraham ben Isaac Granatensis*) Appellatur hic doctor Iudaicus in libro *Sepher habberith R. Abraham Merimon Hasophradi.*

Pag. 12. in fine paginae ad *num.* 106. *Tomi* I. *Wolfii R. Abraham Levita fil. Ioseph.* Scriptum eius *Megilloth taanith* non impressum est Amstelod. 1656. uti *Wolfius* hoc in loco perhibet, sed potius A. C. 1659. cum annus aerae Iudai-

cae 419. expreſſus ſit in hac editione. — Iterum editum eſt hoc opuſculum a *Io. Meyer*, qui illud editioni ſuae maiori tractatus de temporibus ſacris et feſtis Ebraeorum Amſtel. 1724. 4. adiecit.

Pag. 14. ad *Wolf. pag.* 83. *num.* 3. Sepher hataſchboroth. Codicem manuſcriptum huius libri Iudaici poſſedit olim *Io. Scaliger*, ex quo permulta latine traducta *notis* ſuis *in Manilii aſtronomicon pag.* 336. 347. inſeruit.

Pag. 19. *lin.* 8. *edidit*) quae iterum typis deſcripta legitur in eiusdem *Opuſculis novis theologicis et hiſtoricis num.* X. *pag.* 235. 273.

Pag. 22. ad finem narrationis de *Elia Leuita*) Memorat vir doctus in *Ephemeridibus Goettingenſ. literar.* 1783. *Scid.* 128. *pag.* 1281. nepotem eiusdem Eliae fidem romanae eccleſiae amplexum fuiſſe, qui poſtea Romae in collegio quod ibi floret, hebraicas literas docuerit, et a P. m. Pio V. ad Coptos, deinceps autem a P. m. Gregorio XIII. ad Maronitas Palaeſtinenſes miſſus fuerit.

Pag. 26. ad *Wolf. num.* 254. *pag.* 163. *R. Moſes Elias de Vidas*) potius Elieſer, cum nomen eius hebraeum ſit אליעזר.

Pag. 27. ad *Wolf. num.* 330. *pag.* 200. *Kne binah*) non editum eſt hoc ſcriptum, uti *Wolf.* affirmat, 370. C. 1610. ſed potius A. 375. C. 1615. 4. quae editio conſtat 40. foliis. Citatur hoc ſcriptum in pluribus quam iis, quos *Wolfius*, obſeruauit ſcriptoribus.

Pag. 34. *lin.* ante verba: *Praeter Gallicam cet.*) Legantur quoque de hac Bec[illegible]miſſa editione ea quae de eadem obſeruauit vir doctus in *literariſchen Muſeo. Tom.* II. *Part.* IV. *pag.* 515. 518.

Pag. 37. ad *Wolf. Tom.* I. *num.* 453. *p.* 281. *lin.* 2. C. 1587.) corrige ita: C. 1617. cum tempus aerae Iud. 377. expreſſum ſit.

Pag. 38. ad *Wolf. num.* 477. *pag.* 291. *David ben Arieh Löw*). Scriptis eius a *Wolfio* memoratis adde שיר ירדורים, cuius codex manu exaratus memoratur in *Catalogo codicum manuſcriptorum bibliothecae Vffenbachianae. Codic.* CXLV.

Pag. 39. ad *Wolf. num.* 490. *pag.* 296. *num.* 1. 8.) mino[illegible]nae et conſtat quatuor plagulis.

Pag. 39. ad *Wolf. pag.* 301. *lin.* 25. *chronologiae Danzii*) corrige: *Davidis Ganzii.*

Pag. 40. ad *Wolf. pag.* 303. *in Pſalmos*) Praeter editiones memoratas prodiit quoque hic Commentarius Cremonae 1561. 8.

Pag. 42. ad *Wolf. num.* 504. *David de Lida*, ad verba: *Archiſynagogus Amſtelod.*) antea Archiſynagogus Mogumtinenſis.

De ſcripto eius *Berith Iehova* adnexo eius *Sod Iehova*, cuius auctor non ipſe, ſed potius *R. Mardochai ben R. Arje Loew* eſt, conferas *Wolf. Tom.* I. *pag.* 789. ubi idem liber ſub alio titulo, nempe *Mikueh Iiſchraal* recenſetur.

Pag.

Pag. 43. ad *Wolf. num.* 556. *pag.* 352. *Herbanus*) Idem postea sacris Christianorum fidem dedit, et nomen Leo accepit, uti narrat *Gregentius pag.* 201. a.

Ibid. *lin.* 6. exstat in biblioth. Vindobonensi) quod negat b. *Fabricius Bibliothec. graec. Vol.* IX. *pag.* 15.

Pag. 47. ad *Wolf. num.* 603. *pag.* 370. 1. *Pferdae*) adde: anno aerae Iud. 452. C. 1692. fol.

Ibid. ad *Wolf. pag.* 401. *n.* 7. a fine paginae ad verba: *quatuordecim sectionibus*) scribe potius: quadringenta et duabus.

Ibid. *lin.* 3. a fine *pag. Cracou.* C. 1591. 8.) potius in 12mo.

Pag. 49. ad *Wolf. pag.* 415. *num.* 12. ad verba: *Lipsiae* 1656.) potius: 1683.

Pag. 54. ad *Wolf. pag.* 537. *num.* 897. *lin.* 6. *editio Sabionetensis*) Idem *Wolfius* eundem librum *Tom.* III. *pag.* 401. *Venetiis* A. C. 1554. editum et perperam hanc editionem ad Sabionetam referri contendit. Interim tamen cel. *Io. Bernh. Derossius* in *Annalib. typograph. hebr. Sabionetensis. num.* XXXI. *pag.* 44. *edit. Erlang.* qui ipse eandem possidet, testatur, nullam in ea anni et loci mentionem reperiri, siquidem una tantum inscriptio auctoris libri ab eodem observata est, qui anno 314. minoris Iudaeor. supputationis, C. 1554. operi huic colophonem imposuisse dicitur. Ex quibus *Derossius* optime colligit, *Wolfium* annum, quo conscriptus est hic liber cum eo quo typis impressus est permutasse atque ex mera coniectura ad Venetias retulisse. Idem *Derossius* nihil certi de loco impressionis eius definiri posse contendit. Hinc dubium manet, utrum *Venetiis* an *Sabionetae* tribuenda sit haec editio, de qua re auctor tacet, qui nunc Venetiis nunc Sabionetae commoratus est.

Pag. 63. in medio adde: Ex loco *Iosephi Antiquit. Iud. lib.* XV. *cap.* 14. *edit. Colon. cap.* 11, *edit. Hauercamp.* non euinci posse templum aliquod tertium Hierosolymitanum, demonstravit b. *Hirtius* in *Opusculis novissimis argumenti. historici, exeget. atque theolog.* (Witteb. 1783.) Exerc. 1. *pag.* 3. 24. simulque huic loco clarissimum adfudit lucem.

Ibid. *lin.* 6. adde: Easdem causas silentii huius doctissime observauit quoque *A. I. Roustan* in *epistolis* suis *pro veritate religionis christianae conscriptis Epist.* III. *p.* 254. *edit. Danou.* simulque liquido demonstrauit, istud silentium auctoritati sacrarum paginarum plane nullum adferre detrimentum.

Pag. 64. ad *Wolf. num.* 962. *pag.* 558. *lin.* 5. ad verba: *Sabionet. Iud.* 349. C. 1589. *cum accessionibus*) unde forte pro repetita operis editione hic liber non est habendus, quod etiam negauit cel. *Derossius* in *Annalib. typograph. Sabionetens. num.* XXVI. *pag.* 39. *edit. Erlang.*

Pag. 65. *Ioseph Kimchi*) In fine adde sequentia: Iampridem optarunt viri eruditi, ut paulo studiosius conferrentur et describerentur codices manuscripti librorum

rum huius Rabbini, ex quibus prae ceteris nominandi sunt Perill. *Michaelis* in *Bibliotheca orientali et exegetica Part.* VI. *pag.* 235. et [illegible] doctus in *Ephemeridibus Gothanis literariis* ad A. 1781. *pag.* 792. Codicem manuscriptum commentarii eiusdem in Canticum Canticorum qui in bibliotheca Bodlejana Oxonii inter codices Mareschalli latitat, iam obseruatum a *Wolfio* nostro *Tom.* III. *pag.* 424. vehementer commendauit cel. *Brunsius*, et optauit, ut totus imprimeretur vel saltem excerpta ex eodem conficerentur ad allegoricam Iudaeorum circa hunc librum interpretationis rationem accuratius pernoscenda. In *Repertorio literat. bibl. et orient. Part.* XII. *pag.* 283. Ibidem obseruauit idem Vir cel. mentionem factam esse in *Indice* impresso *Manuscriptorum Bibliothecae Vaticanae*, *Rom. num.* LXXXIX. Expositionis in Prouerbia Salomonis literalis mysticae et philosophicae a *R. Ioseph. Kimchio* et *R. Iona ben R. Samuel* confectae, quorum prior commentarius sit a capite I-XXI, 14. posterior hunc Comment. ad finem perduxit, de quo simili ratione optat *Brunsius*, ut excerpta eius in lucem proferrentur.

Ad *pag.* 66. ad *Wolf. num.* 582. *pag.* 583. *lin.* 9. *Sabionet.* 319.) Obseruarunt quoque hanc editionem praeter alios *Biscionius* in *Bibliotheca graeca et hebr. Florentin. Tom.* II. *pag.* 196. *sequ.* et cel. *Deross* in *Annalibus typograph. hebr. Sabionetens. num.* VI. *pag.* 11. *sequ.* Prior memorat, ordinem quartum huius editionis, quam tenet bibliotheca Medicaea serius publici iuris factum esse. Posterior simul notauit Bartolocii errorem, qui in Bibliotheca magna Rabbinica tantum duo posteriores ordines Sabionetae excusos fuisse affirmat, quippe qui priores certe ibidem impressos, cum totum opus imperante Gonzaga in domo *Pisa* per *Adelkindum* in fronte cuiuslibet voluminis editum fuisse dicatur. *Schabbataeum* contra, qui hanc unam editionem pro duabus reputat, in excessu peccauisse, idem vir literatissimus obseruat.

Ibid. ad finem paginae:) Alias duas editiones satis antiquas operis huius clarissimi antea Bibliographis prorsus ignotas, unam quidem *Mantuanam* seu *Ferrariensem* de anno C. 1476. quae complectitur priores duo ordines eiusdem, et *Plebisaciensem*, quae quatuor continet ordines, obseruauit et data opera descripsit idem *Deross* tum in Tract. *de hebr. typographiae origine et primitiis pag.* 12. 14. 23. *edit. Erlang.* 15. 18. 29. ubi simul editionem Soncinensem valde dubiae fidei esse docuit, tum in Comm. *de Typograph. hebr. Ferrarienſi pag.* 10. *sequ. edit. Erlang.* 2. 11. *sequ.* Praeter has editiones idem in suo instructissimo librorum adparatu possidet editionem *Vlyssiponensem* de anno 1485. solius primi ordinis, et aliam omnium ordinum *Fanensem* a. 1516. quod ipse testatur in *Annalib. typograph. hebr. Sabionetensis loc. cit. pag.* 12. *edit. Erlang. latin.*

Spem fecit quoque *Schroederus* in lucem edere translationem latinam *Schilchan Aruch* teste *Massonio* in *Bibliotheca critica. Tom.* IV. *p.* 354. *seq.* quae num prodierit, me ignorare libenter fateor cum viro docto in *Ephemerid. Gottingens.* 1783. *pag.* 1283.

Pag.

Pag. 72. ad *Wolf. num.* 1067. 1. *lin.* 5. *Sabionet.* 1556.) quae editio plane non exiſtit teſte *Deroſſio Annalib. Typographiae Sabionet. num.* XV. *pag.* 25. quamobrem *Wolfium* accuſat, quod ex una editione duplicem confinxerit, cum potius haec poſterior ad annum aerae Iud. 316. ſit referenda.

Num. 2. *Schecioth ueſchubhoth.* Sabionet. 316. Veretur *Deroſſius*, quod cum libro סכיות hanc editionem confuderit Schabtai, ex cuius narratione *Wolfius* hoc in loco hauſit, in *Annalib. typograph. Sabionet. num.* XVI. *pag.* 25. 26.

Pag. 73. ad *Wolf. pag.* 630. *num.* 2. *Sabionetae Iud.* 311.) Pluribus editionem hanc, quam priorem librum hebraicum *Sabionetae* impreſſum eſſe perhibet, deſcripſit *Deroſſius* in *Annalibus typographiae hebr. Sabionetenſis num.* 1. *pag.* 1. *ſequ. verſ. latinae.* In praefatione iſtius narratur, codicem manuſcriptum huius operis ſuppeditatum eſſe ad eandem conficiendam ex bibliotheca *R. Aaronis Chavis* Piſaurenſis. Eandem laudat *Deroſſius*, quod non prima tantum ſit, ſed etiam incorrupta et originalis, unde miratur, Iudaeos Sabionetenſes libro religionem et principes iſtius aevi maledictis laceſſente typographiae ſuae cepiſſe primordia. Nomen Ieſu in loco quodam adducto ex *fol* 110. non auſus eſt exprimere editor, relicto tamen ſpatio, ut lector illud vel ſubaudire vel calamo adiicere queat, quo loco et omnibus aliis, in quibus Nozrim ſeu Chriſtianorum fit mentio, Veneta et aliae poſteriores editiones prorſus carent. Caeterum haec editio in principio libri regnante Veſpaſiano in domo Tobiae Foae A. M. 5311. (unde perperam *Io. Henr. Maius* in *vita Abarbanelis praeconi ſalutis* adnexa *pag.* 14. hanc editionem ad a. 1513. refert) ſub initium menſis Siuan opera ſocietatis typis excuſa dicitur et abſoluta die hebdomadis XXV. Abh anno Iud. aerae 311. In fine huius editionis reperiuntur duo poemata ebraica, quorum alterum R. Aſariam de Rubeis, alterum vero editorem huius editionis *Iacobum ben Neftali Haccohen Gazolenſem* auctorem habet. Extat exemplar rariſſimae huius editionis, quam rariorem eſſe editionibus Pentateuchi de annis 1579. 1584. 1604. quas *Clement. Bibliothec. curieuſ. des livres rares. Tom.* I. *pag.* 7. libris rarioribus adnumerauit. in bibliotheca Laurentiana, quod memorat *Biſcionius* in *Bibliotheca graeca et hebr. Florentin. Tom.* II. *pag.* 13. *ſeq.*

Pag. 80. ad *Wolf. Tom.* I. *num.* 1206. *pag.* 660. *Sabionetae*) quam editionem quoque memorant *Deroſſius Annal. typogr. Sabionetenſis. pag.* 7. et *Biſcionius loc. cit. Tom.* II. *pag.* 446. Titulus eius rabbinico charactere exaratus hic eſt: פירוש מגלת רות מגלה סוד הגאולה h. e. *Commentarius in librum Ruth, revelans myſterium liberationis.*

Pag. 80. lin. ult. ad verba: *edit. Hufnagel.*) qui tamen in *Annalib. typograph. hebr. Sabionet.* obſeruat, hanc editionem vel plane non exiſtere vel procul dubio ad annum 1509. referendam eſſe.

Pag. 81. in medio *pag.* 673. apud *Wolf.* ad verba ספר גלגולים ראשון) An huius operis ab auctore Anonymo in ſcripto minori Anglici idiomatis: *two hundred queries* (Lond. 1684. 12.) promiſſa verſio latina vere prodierit necne,

me nescire cum viro docto in *Ephemeridibus Gottingens. literar.* 1783. *pag.* 1283. fateor.

Pag. 82. ad *Wolf. pag.* 687. *num.* 2. *lin.* 4. *Sabionetae*) quam editionem quoque memorant *Biscionius* et *Deroſſius* in *Annalib. typograph. hebr. Sabionet. num.* III. *pag.* 7. 8. Prior commemorat duo editionis huius exemplaria bibliothecae Laurentianae, posterior autem ingenue [illegible]avit errorem *Plantavitii*, qui in *Bibliothec. rabbin. pag.* 571. eandem male [illegible] ad annum 1550. simulque eam, quam *Bartoloccius* Sabionetae 1590. impressam esse pronunciat, pro spuria declaravit. Ansam huic errori forte praebuit permutatio cum altera editione anni 1552. quam charactere quadrato foras ediderat Foa, et quae in fine operis die 26. mensis Marcheſuan anni 1553. finita dicitur.

Pag. 84. ad *Wolf. pag.* 701. *Sabionetae* 327. C. 1567. 4.) quae editio absoluta est in domo Conti sub initium mensis Illul anni memorati, quod ad calcem refertur. Comprehendit haec editio folia 38. et character eius est quadratus. Haec observauit cel. *Deroſſius* in *Annalib. typograph. hebr. Sabionetenſ. num.* XXVI. *pag.* 38. *ſequ. verſ. latinae.*

Pag. 85. ad *Wolf. num.* 1336. *pag.* 722. Scriptoribus hic a *Wolfio* memoratis de hoc falso Iudaeorum Messia addantur *Io. Seldenus de Diis Syris. Syntagm.* II. *Cap.* VI. *pag.* 305. *Baſnagius* in *Hiſtoire des Iuifs. Tom.* VII. *pag.* 342. *ſequ. Sam. Baſnagius* in *Annalibus politico-eccleſiaſtic. Tom.* II. *pag.* 76. *ſequ.* V[illegible]quoque *Wolfium* infra *Tom.* I. *pag.* 955. *num.* 1801.

[illegible]. ad *Wolf. num.* 1430. *pag.* 764. *lin.* 6. a fine et III. *pag.* 686. *Sabionetae*) Teste *Deroſſio* in *Annalib. typogr. hebr. Sabionetenſ. pag.* 43. *num.* XXX. haec editio charactere quadrato exarata comprehendit folia 263. non 260. uti perhibet *Wolfius Tom.* III. et in fine epigraphes praefationem excipientis a Conti opera minimi ex typographis Israelis Zifroni Gastallensis, incolae Gazolensis curata dicitur. Refert eandem *Deroſſius* ad annum 1567. quo restauratio typographiae Sabionetensis facta est vel subsequentem. De editione Ferrariensi linea praecedenti a *Wolfio* memorata conferas *Deroſſium Comm. de typographia hebr. Ferrarienſi pag.* 32. et *edit. Erlangenſ. pag.* 36.

Ibid. ad *Wolf. pag.* 772. *lin.* [illegible]. a fine paginae.) Errare videntur [illegible]c asserto una cum *Hinkelmanno Wolfius* noster, cum in titulo huius libri auctor eius tantum per literas ע"ד indicatur, et lectores remittuntur in eodem ad ea, quae *R. Ieſchaia Haleui Horwitz* in peculiari epistola ex Palaestina ad *R. Abraham ben Dior* missa de auctore huius scripti memorauit, ex quo fonte hic error *Hinkelmanni* et *Wolfii* derivandus est iudice viro docto in *Ephemerid. Gottingenſ. literar.* 1783. *Scid.* 128. *pag.* 1283.

Pag. 92. ad *Wolf. num.* 1517. 2. *Sabionetae*) impress. per *Cornel. Adelkind in domo Foae.* Constat haec editio 196. foliis et nostris temporibus est rarissima teste *Deroſſio Annal. typogr. hebr. Sabionet. num.* XII. *pag.* 16.

Ibid.

Pag. 94. ad *Wolf. pag.* 808. *num.* 4. Editionibus a *Wolfio* memoratis addatur *Isnitiensis* de anno aerae Iud. 482. C. 1722.

Pag. 94. ad *Wolf. pag.* 827. *lin.* 7. ad verba: *R. Isaac* (שטיין) Optime nomen huius Rabbini cum *Wolfio* exprimendum est per *Isaac Stein* non *Satin*, qua ratione istud expressit auctor *catalogi codicum bibliothecae Bodlejanae*, neque per *Sciatian*, uti expressit *Bartolocius*, iudice cel. *Brunsio* in *Repertorio literaturae biblicae et oriental. Part.* XII. *pag.* 270.

Pag. 97. ad *Wolf. pag.* 838. post medium paginae: *Sabionet.* — C. 1559.) Veretur tamen *Deroſſus* in *Annalibus typograph. hebr. Sabionetenſ. num.* XXIX. *pag. m.* 37. *edit. Erlang.* ne editio haec cum illa ipsa, quae hoc anno *Rivae Tridentum* teste *Bartolaccio* prodiit, confundatur. Plura idem ibidem de editionibus tractatuum mischnicorum obseruavit.

Pag. 98. ad *Wolf. pag.* 843. *lin.* 6.) Editio *Witteriana* huius tractatus tantum comprehendit expositionem decem priorum huius tractatus capitum.

Pag. 99. ad *Wolf. pag.* 847. *Lib.* XIV. *cap.* 1.) Translationem quoque latinam huius capitis *Henricus Houtynius* appendicis loco adiecit versioni suae latinae tractatus *Roſh haſchanah*, quae prodiit Amstelodami 1699. 4.

Pag. 101. ad *Wolf. pag.* [illegible] *num.* 4. *Sabionet.* C. 1553.) Editionem hanc praeter alios memorant et data opera recensent *Bisciomus* in *Bibliotheca graeca et hebr. Florent. Tom.* II. *pag.* 383. et cel. *Deroſſus* in *Annalib. typograph. Sabionetenſ. num.* IV. *pag.* 8. 10. Posteriorem eandem hodie rarissimam et locupletissimam esse censet, quippe quam *Buxtorfius* in adornanda huius operis versione normae instar secutus sit, quod in praefatione ipse testatur *Buxtorfius*. Simili ratione obseruat in suo exemplari non deesse in tergo folii 146. versiculos perpaucos, sicut in *Buxtorfii* exemplari defuerint, unde coniicit, aut locum huius lacunae falso indicari a *Buxtorfio*, aut folium istud in quibusdam exemplaribus prelo denuo fuisse subiectum. Curata est haec editio Vespasiano Gonzaga ad gubernacula reipublicae Sabionetensis sedente, initio mensis Schebat c. 313. in domo senis praesulis *Tobiae Foae*, per *Cornel. Adelkind* e tribu Leui, qui typographus clarissimi nominis permultos libros hebraicos Venetiis imprimi curavit, quod in fronte libri memoratur. Folium tituli inversum continet perbreve poema *R. Raphaelis Iosephi Treues Buxtorfii* versioni praefixum. Literae textus sunt ebraicae, commentariorum rabbinicae, totaque haec editio continet folia 174. Caeterum sequitur haec editio, antiquissimam editionem huius operis a *Wolfio pag.* 856. notatam, quae absque anni loique characteres quadrato eoque rudi prodiit.

Pag. 103. ad *Wolf. pag.* 890. *num.* 2. *lin.* 3. *Furthi* 1701. 8.) Nota loci huius in titulo plane non extat. Forte *Wolfius* hoc tantum ex eo collegit, quod affirmatur in titulo, prodiisse hanc editionem ex officina *R. Modelii* Onoldini, in qua etiam משל אברהם [illegible] esse constat. Mirandum est, quod ita concludat *Wolfius*, hunc librum [illegible] prodiisse *Furthi*,

thi, quum *Moschlus* dictus pluribus in locis officinas typographicas habere potuerit, in quibus libri ederentur, quod notavit vir doctus in *Ephemerid. Goettingens. literar.* 1783. *Scid.* 128. *pag.* 1284. qui etiam in suo exemplari tempus anni Iud. 461. C. 1701. se non reperisse testatur. Vniuersum hoc scriptum septem sectionibus constat, quarum sexta et septima continent compendium libri *Pardes Rimmonim.*

Pag. 107. ad *Wolf. pag.* 934. *num.* 7. *lin.* 4. *In praefat. — Pragae excusus*) quod in nonnullis exemplaribus in titulo legitur, teste viro docto in *Ephemerid. Goettingens. litterar. loc. citato.*

Pag. 111. *lin.* 7. a fine paginae: *refertissimum.*) Vnus ex Iudaeis *R. Asarjas* in *Meor Enajim cap.* L. iis accessit, qui τὸ Vrim et Thumim aiunt fuisse lapides pectoralis, praeter quem *Buxtorfius* neminem Interpretum Iudaeorum se reperisse testatur, qui hanc interpretationem diserte sit amplexus, quae tamen vulgo a Christianis recipi coepit. Haec obseruauit *Io. Henric. Maius* in dissert. de *imagine veritatis fatidica et iuridica, siue Vrim et Thumim Hebraeorum* (Gissae 1696.) §. XIII. *pag.* 22.

Pag. 118. ad *Wolf. num.* 1767. *pag.* 999. *R. Levi Hirsch*) In utroque libro huius doctoris Iudaici vocatur iste non *Hirsch*, sed tantum *Zebhi*, cum *Hirsch* mera sit translatio vocis צבי, cuius cognominis rationem forte suppeditat locus biblicus Ieremiae III, 19.

Ibid. *lin.* 5. a fine numeri ad verba: Ante praefationem legitur *Index Auctorum*), Aliter se rem habere testatur vir doctus in *Ephemeridibus Goettingens. literariis.* 1783. *Scid.* 128. *pag.* 1284. in cuius exemplari excerpta ex *Sohar* et Cabbala iudaica sequuntur.

Pag. 120. ad *Wolf. num.* 1927. *lin.* 3. *quaestiones et respons.*) adde: in *Choschen Mischpath.*

Pag. 122. ad *Wolf. pag.* 1064. *lin.* 6. Sabionet. 317. C. 1557. 4.) quae editio 124. foliis constat et publici iuris facta est a Tobia Foa obseruante *Derossio* in *Annalibus typographiae hebr. Sabionetensis num.* XIX. *pag.* 32. *sequ.* ubi et alia quaedam de potioribus sex antiquissimis huius operis editionibus memorauit, quae omnes atque singulae in Bibliotheca eiusdem Viri instructissima asseruantur.